



Wunder's Ausgabe des Oedipus Coloneus recensirt in der Alterthumswissenschaft 1834 Nr. 67 u. 68.

BIBLIOTHECA GRAECA

VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA ET COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO IACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

A.

POETARUM

VOL. IX.

CONTINENS

SOPHOCLIS TRAGOEDIARUM VOL. I.

ED.

EDUARDUS WUNDERUS.

GOTHAE ET ERFORDIAE
SUMPTIBUS GUIL. HENNINGS.
MDCCCXXXI.

SOPHOCLIS

TRAGOEDIAE.

RECENSUIT ET EXPLANAVIT

EDUARDUS WUNDERUS.

VOL. I. SECT. I.

CONTINENS

PHILOCTETAM.

GOTHAE ET ERFORDIAE

SUMPTIBUS GUIL. HENNINGS.

MDCCCXXXI.

ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.
ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.
ΧΟΡΟΣ.
ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.
ΕΜΠΟΡΟΣ.
ΗΡΑΚΛΗΣ ΕΠΙΦΑΙΝΟΜΕΝΟΣ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΦΙΛΟΚΤΗΤΟΥ.

Ἀπαγωγὴ Φιλοκτήτου ἐκ Λήμνου εἰς Τροίαν ὑπὸ Νεοπτολέμου καὶ Ὀδυσσέως καθ' Ἑλένου μαντείαν, ὃς κατὰ μαντείαν Κάλχαντος, ὡς εἰδὼς χρησμοὺς συντελοῦντας πρὸς τὴν τῆς Τροίας ἅλωσιν, ὑπὸ Ὀδυσσέως νύκτωρ ἐνεδρευθεὶς, δέσμιος ἤχθη τοῖς Ἕλλησιν· ἡ δὲ σκηνὴ ἐν Λήμνῳ. ὁ δὲ Χορὸς ἐκ γερόντων τῶν τῷ Νεοπτολέμῳ συμπλεόντων. κεῖται δὲ καὶ παρ' Αἰσχύλῳ[1] *ἡ μυθοποιία. ἐδιδάχθη ἐπὶ Γλαυκίππου*[2]. *πρῶτος ἦν Σοφοκλῆς.*

1) Composuerunt fabulas Philoctetae nomine inscriptas praeter Sophoclem et Aeschylum, de quo vide Aristotel. A. P. XXII, 13. p. 60 sq. Herm. et Athenaei Deipn. IX. p. 394. a., Epicharmus (vid. Athen. IX. p. 371. a. et XIV. p. 628. b.), Strattis Comicus (vid. id. Athen. VII. p. 327.), Euripides (vid. Aristotel. A. P. XII. p. 60 sq. Herm., Auct. Rhetor. ad Alexandr. c. 18. p. 92. ed. Buhl., et Valcken. Diatr. in deperd. Eur. Tragg. c. XI.), Achaeus Eretriensis (vid. Suid. v. *ἐλελεῦ*), Philocles Atheniensis (v. Suid. v. *Φιλοκλῆς*), et Theodectes Atheniensis (v. Fabricii Bibl. Gr. II, 19. p. 692. ant. edit.). Ipsius Sophoclis praeter Philoctetam in Lemno, quae hodie sola superest, olim etiam *Φιλοκτήτης ἐν Τροίᾳ* exstabat [vide Brunck. in Fragmm. deperd. Soph. dramatum et Hermannus in praef. ad hanc fab. p. X., qui eam Satyricis adnumerandam esse recte statuit.]. MATTHAEI.

2) Glaucippus ineunte anno Olymp. XCII tertio, i. e. ante Chr. nat. 410. Theopompo archonti successerat; vide Diod. Sic. XIII, 43. p. 574, 44. Wess.; coll. Lysiae *Ἀπολογ. δωροδοκ.* p. 698. Vol. V. Oratt. Gr. ed. Reisk. MATTHAEI.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΕΜΜΕΤΡΟΣ.

Χρύσης Ἀθηνᾶς βωμὸν ἐπικεχωσμένον,
ἐφ' οὗπερ Ἀχαιοῖς χρησθὲν ἦν θῦσαι, μόνος
Ποίαντος ᾔδει παῖς ποθ' Ἡρακλεῖ συνών.
ζητῶν δὲ τοῦτον ναυβάτῃ δεῖξαι στόλῳ,
πληγεὶς ὑπ' ἔχεως ἐλίπετ' ἐν Λήμνῳ νοσῶν.
Ἕλενος δ' Ἀχαιοῖς εἶφ' ἁλώσεσθ' Ἴλιον
τοῖς Ἡρακλέους τόξοισι, παιδί τ' Ἀχιλλέως.
τὰ τόξ' ὑπῆρχε παρὰ Φιλοκτήτῃ μόνῳ·
πεμφθεὶς δ' Ὀδυσσεὺς ἀμφοτέρους συνήγαγεν.

DE FABULA PHILOCTETAE.

Quo brevius in argumento Graeco de Philoctetae fabula, quam in scenam produxit Sophocles, commemoratum est, eo magis necessarium mihi videtur, ut quae veteres scriptores de eo alii aliter tradiderunt diligenter hic referam et via atque ordine exponam, praesertim quum Sophocles pluribus in locis huius tragoediae ita de fatis eius locutus sit, ut nisi ea aliunde cognita habeamus, quae sententia eius fuerit, vix possit recte intelligi.

§. 1.

Quum Hercules in acerbissimum morbum illum, quo morte tantum liberari potuit, Deianirae uxoris culpa incidisset, atque in Oetam montem delatus rogum, quo combureretur, adscendisset, a Philocteta, Poeantis filio, impetravit, ut acceptis divinis eius sagittis rogum incenderet.

Hoc consentienter omnes, quorum aliqua auctoritas est, scriptores tradunt. Sophocles huius fab. v. 670. *εὐεργετῶν γὰρ καὐτὸς αὔτ' ἐκτησάμην.* et 801 sqq. *κἀγώ τοί ποτε τὸν τοῦ Διὸς παῖδ'*

ἀντὶ τῶνδε τῶν ὅπλων, ἃ νῦν σὺ σώζεις, τοῦτ᾽ ἐπηξίωσα δρᾶν. Et in Oeta monte concremasse Herculem v. 726 sqq.

Adde Diodor. Sic. IV, 38., Philostrat. iun. Icon. p. 889., Philostr. Heroic. p. 702. ed. Olear. p. 124. ed. Boiss., Ciceron. Tusc. II, 7, 19., Ovid. Met. IX, 229 sqq. Ib. 253., Senec. Herc. Oet. 1648. coll. 1660., Auson. ep. 70., Lactant. I, 9., Hygin. CII. et XXXVI., Serv. ad Virg. Aen. III., 402., Dict. Cretens. de bello Troi. I. p. 14. ed. Amst., Tzetz. ad Lycophr. 914 — 918.

Patri Philoctetae traditas sagittas esse, quod is rogum incendisset, Apollodorus narrat II, 7, 7., eumque sequuntur Tzetzes ad Lycophr. 50 sq. p. 349 sq. ed. Müll. et Zenobius Cent. I, 33. et qui ex his sua hauserunt. Tzetzes addit a Poeante postea Philoctetae sagittas traditas esse.

Ceterum illud non negligendum est, a multis horum quos commemoravi scriptorum, maxime a Philostratis, Philoctetam dici perpetuum comitem et ministrum Herculis fuisse ab eoque artem iaculandi didicisse. Facit hoc ad huius tragoediae v. 1131 (1109 meae ed.) recte intelligendum.

§. 2.

Sua sponte deinde Philoctetes, sagittandi arte celebratus, cum principibus Achivorum ad oppugnandam Troiam septem navibus navigavit, sed in itinere morsu serpentis vulneratus in insula Lemno relictus est.

Ita haec narrat Homerus Il. β, 716 sqq.:

Οἳ δ᾽ ἄρα Μηθώνην καὶ Θαυμακίην ἐνέμοντο
καὶ Μελίβοιαν ἔχον καὶ Ὀλιζῶνα τρηχεῖαν·
τῶν δὲ Φιλοκτήτης ἦρχεν, τόξων εὖ εἰδώς,
ἑπτὰ νεῶν· ἐρέται δ᾽ ἐν ἑκάστῃ πεντήκοντα
ἐμβέβασαν, τόξων εὖ εἰδότες ἶφι μάχεσθαι.
ἀλλ᾽ ὁ μὲν ἐν νήσῳ κεῖτο κρατέρ᾽ ἄλγεα πάσχων
Λήμνῳ ἐν ἠγαθέῃ, ὅθι μιν λίπον υἷες Ἀχαιῶν,
ἕλκεϊ μοχθίζοντα κακῷ ὀλοόφρονος ὕδρου·
ἔνθ᾽ ὅγε κεῖτ᾽ ἀχέων· τάχα δὲ μνήσεσθαι ἔμελλον
Ἀργεῖοι παρὰ νηυσὶ Φιλοκτήταο ἄνακτος.

Neque haec ab ullo scriptore veteri aliter memoriae prodita scio. Ac Sophocles quidem in ipsa illa profectione Philoctetam in insula Lemno relictum esse diserte dicit v. 279 sq., septemque navium, quibus sua sponte Philoctetes Troiam navigarit, mentionem facit 1026 sq.

Quae autem silentio praetermisit Homerus, quo in loco et qua occasione a serpente vulneratus, deinde quomodo et cuius auctoritate expositus, denique a quo reductus Troiam sit, in iis non leviter veteres scriptores a se dissentiunt.

§. 3.

Quum Achivis Troiam navigantibus praedictum esset, nisi aram Chrysae, in insula cognomine exstructam, reperissent in eaque sacra fecissent, non posse Ilium expugnari, Philoctetes quum eam ostenderet, a serpente, qui custodiebat, in pede vulneratus, ob eamque causam Lemni relictus est.

Hanc famam quin Sophocles et Euripides secuti sint, non poterit dubitare qui quae de ea re obiter narrant diligenter perlegerit, et quae alter silentio praeteriit ex altero suppleverit. Sophoclis quae huc pertinent verba, haec sunt: 261 sqq. *ὅδ᾽ εἰμ᾽ ἐγώ σοι κεῖνος — Φιλοκτήτης, ὃν οἱ δισσοὶ στρατηγοὶ χὠ Κεφαλλήνων ἄναξ ἔῤῥιψαν αἰσχρῶς ὧδ᾽ ἔρημον, ἀγρίᾳ νόσῳ καταφθίνοντα, τῆς ἀνδροφθόρου πληγέντ᾽ ἐχίδνης ἀγρίῳ χαράγματι· ξὺν ᾗ μ᾽ ἐκεῖνοι, παῖ, προθέντες ἐνθάδε ᾤχοντ᾽ ἔρημον, ἡνίκ᾽ ἐκ τῆς ποντίας Χρύσης κατέσχον δεῦρο ναυβάτῃ στόλῳ.* et 191 sqq. *οὐδὲν τούτων θαυμαστὸν ἐμοί· θεῖα γάρ, εἴπερ κἀγώ τι φρονῶ, καὶ τὰ παθήματα κεῖνα πρὸς αὐτὸν τῆς ὠμόφρονος Χρύσης ἐπέβη, καὶ νῦν ἃ πονεῖ δίχα κηδεμόνων οὐκ ἔσθ᾽ ὡς οὐ θεῶν του μελέτῃ* etc. et 1326 sq. *σὺ γὰρ νοσεῖς τόδ᾽ ἄλγος ἐκ θείας τύχης, Χρύσης πελασθεὶς φύλακος, ὃς τὸν ἀκαλυφῆ σηκὸν φυλάσσει κρύφιος οἰκουρῶν ὄφις.*

Euripideus Philoctetes apud Dion. Chrysost. in Valcken. diatr. Eur. p. 123. (p. 128. ed. Lips.) haec de Ulixe conqueritur: *ὥςπερ ἀμέλει κἀμὲ ἐξέθηκας, ὑπὲρ τῆς κοινῆς σωτηρίας τε καὶ νίκης περιπεσόντα τῇδε τῇ ξυμφορᾷ, δεικνύντα τὸν Χρύσης βωμόν, οὗ θύσαντες κρατήσειν ἔμελλον τῶν πολεμίων· εἰ δὲ μή, μάτην ἐγίγνετο ἡ στρατεία.*

Male Valckenarius ibid. p. 126. ambiguum esse dicit, utrum Chryse locus an persona verbis τὸν Χρύσης βωμόν significetur. Personam ut intelligamus, Graecorum consuetudo loquendi postulat. Idem quod Euripides dicit, significat Sophocles verbis Χρύσης πελασθεὶς φύλακος, ὃς τὸν ἀκ. σηκὸν φυλάσσει. Nam et ibi et 194. Χρύσην dici personam, non locum, manifestum est.

Cum utroque etsi consentiunt maximam partem, tamen etiam dissentiunt hi scriptores:

Philostratus Icon. 17. p. 889. ed. Ol.: Ἀναπλέοντες ἐς Τροίαν οἱ Ἀχαιοὶ καὶ προσσχόντες ταῖς νήσοις ἐμαστεύοντο τὸν τῆς Χρυσῆς βωμὸν, ὃν Ἰάσων ποτὲ ἱδρύσατο, ὅτε εἰς Κόλχους ἔπλει. Φιλοκτήτης δὲ ἐκ τῆς ξὺν Ἡρακλεῖ μνήμης τὸν βωμὸν τοῖς ζητοῦσι δεικνύς, ἐγχρίσαντος αὐτῷ τοῦ ὕδρου τὸν ἰὸν ἐς θάτερον τοῖν ποδοῖν, οἱ μὲν ἐπὶ Τροίαν οἱ Ἀχαιοὶ στέλλονται, ὁ δὲ ἐν Λήμνῳ ταύτῃ κεῖται, διαβόρῳ νόσῳ, φησὶ Σοφοκλῆς, καταστάζων τὸν πόδα.

Pausanias VIII, 33. Λήμνου γὰρ πλοῦν ἀπεῖχεν οὐ πολὺν Χρύση νῆσος, ἐν ᾗ καὶ τῷ Φιλοκτήτῃ γενέσθαι συμφορὰν ἐκ τοῦ ὕδρου φασί· ταύτην κατέλαβεν ὁ κλύδων πᾶσαν.

Eustathius p. 330. Rom. τινὲς δὲ περί τινα Χρύσην νῆσον (scilicet δηχθῆναί φασι τὸν Φιλοκτ.) ὁμώνυμον Χρύσῃ τινὶ νύμφῃ, ἧς μέμνηται Σοφοκλῆς, ὠμόφρονα εἰπὼν αὐτήν.

Scholion alterum ad Phil. 194: Χρύσης Ἀθηνᾶς ἄγαλμα οὕτως καλεῖται· ἔστι δὲ καὶ πόλις Χρύση πλησίον Λήμνου, ἔνθα ὑπὸ τοῦ ὄφεως ἐδήχθη, τὸν βωμὸν ζητῶν, ἐν ᾧ ἔθυσεν Ἡρακλῆς, ἡνίκα κατὰ Τροίας ἐστράτευσεν.

Tzetzes ad Lycophr. 911: ἔκειτο δὲ ἐν Λήμνῳ πρώην δηχθεὶς ὑπὸ ὄφεως ὕδρου τοῦ καὶ χελύδρου λεγομένου, ὅτε ἐκάθαιρεν ἐν Χρύσῃ τὸν κεχωσμένον βωμὸν τῆς Ἀθηνᾶς.

Addit igitur, quod neque ab Sophocle neque ab Euripide memoratum est, ab Iasone olim aram illam exstructam fuisse, Philostratus Icon. p. 889., quocum consentit Dosiades in Ara (vid. Iacobs. Anthol. Gr. T. I. p. 203.):

καθαρὸς γὰρ ἐγὼ
ἰὸν ἱέντων τεράων, οἷα κέκευθ᾽ ἐκεῖνος
ἀμφὶ Νέαις Θρηϊκίαις, ὃν σχεδόθεν Μυρίνης
σοί, Τριπάτωρ, πορφυρέου φὼρ ἀνέθηκε κριοῦ.

Porro Philoctetam ab Hercule, cuius comes fuisset, quum adversus Troiam iret, compertum habuisse, quo in loco sita esset ara illa, idem Philostratus et auctor argumenti metrici v. 3. referunt.

Deinde, de quo silent Sophocles et Euripides et Philostratus, quae fuerit Chryse illa, cuius aram ostenderit Philoctetes, duplex est eorum, quorum testimonia attulimus, scriptorum sententia; alii enim nympham, alii Minervam fuisse dicunt.

Nympham fuisse unus tantum, quod scio, Eustathius loco supra allato monuit. Idem tamen ibid. a quibusdam Minervam esse habitam dicit: *Φιλοκτήτης ἐν Λήμνῳ καθαίρων βωμὸν τῆς Χρύσης Ἀθηνᾶς ἐδήχθη ὑπὸ ὕδρου· καὶ ἀνίατα τραυματισθεὶς εἰάθη αὐτόθι ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν, εἰδότων, ὡς οἱ τοῦ Ἡφαίστου ἱερεῖς ἐθεράπευον τοὺς ὀφεοδήκτους.* Ac Minervae fuisse aram illam praeterea referunt Dosiades l. l., Tzetzes ad Lycophr. v. 911., cuius verba iam attulimus, Scholia ad Hom. Il. *β*, 725., quae infra allaturus sum, et Scholiastes ad Philoct. 1326: *Σύ, ὦ Φιλοκτῆτα, νοσεῖς ἐκ θείας προνοίας, πλησίον ἀπελθὼν τοῦ ὄφεως τοῦ φυλάττοντος τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς· καὶ οὐκ ἔστιν ἴασις, εἰ μὴ ἐκ τῶν Ἀσκληπιαδῶν.*

Sophocles quam famam secutus esset, recte perspexit Eustathius p. 330. Rom. l. l., nympham ab eo v. 194. habitam Chrysen esse monens. Non potuit enim *ὠμόφρων* dea Minerva dici; recteque Hermannus ad v. 194. et 1327. ed. Br. et Buttmannus p. 57. Eustathio assentiuntur.

Hermannus tamen praeterea ad 194. adnotavit: „Quemadmodum de insula Chryse omnia incerta sunt, sic etiam de nympha quam fabulam secutus sit Sophocles, ignoramus. Quum eam *ὠμόφρονα* dicat, illud fortasse probavit, quod est apud Tzetzam ad Lycophr. 911., amore eius spreto crudelitatem expertum esse Philoctetam.“

Tzetzae verba haec sunt: *Ἔκειτο δὲ ἐν Λήμνῳ πρώην δηχθεὶς ὑπὸ ὄφεως ὕδρου τοῦ καὶ χελύδρου λεγομένου, ὅτε ἐκάθαιρεν ἐν Χρύσῃ τὸν κεχωσμένον βωμὸν τῆς Ἀθηνᾶς. Οἱ δέ φασιν, ὅτι Χρύσῃ νύμφη τις ἠράσθη ἐκεῖ τοῦ Φιλοκτήτου, μὴ πεισθέντος δὲ αὐτοῦ συγγενέσθαι αὐτῇ, τῇ ταύτης ὀργῇ ὑπὸ τοῦ λεγομένου ὕδρου ἐδήχθη.* Eadem fere in scholio

altero ad Philoct. 194. referuntur ita: *Χρύση, νῆσος πρὸ τῆς Λήμνου, ἔνθα διέτριβεν Χρύση τις νύμφη, ἣ ἐρασθεῖσα τοῦ Φιλοκτήτου καὶ μὴ πείσασα, κατηράσατο αὐτῷ· διὸ καὶ ὠμόφρονα αὐτὴν ἐκάλεσεν.*

Miror autem vehementer Hermanno ineptam illam fabulam, ab indoctis et recentioribus grammaticis excogitatam, ut cuius nemo veterum scriptorum praeter Tzetzam et scholiastam ad Soph. Philoctetam ullam mentionem faciat, Sophoclem videri potuisse secutum esse, qui disertissimis verbis v. 1327 sq. *Χρύσης πελασθεὶς φύλακος, ὃς τὸν ἀκαλυφῆ σηκὸν φυλάσσει κρύφιος οἰκουρῶν ὄφις* eam se famam sequi ostendat, ex qua Philoctetes, quod aram Chrysae, in qua sacrificare Achivi debebant, investigasset, a serpente, custode eius, vulneratus esse perhibebatur. Cfr. Philoct. Eur. in Valk. diatr. Eur. p. 123., quem locum supra iam attulimus.

Non minus inepta sunt et antiquis scriptoribus incognita quae Hyginus fab. CII. narrat: „Philoctetes, Poeantis et Demonassae filius, quum in insula Lemno esset, coluber eius pedem percussit, quem serpentem Iuno miserat, irata ei ob id, quia solus praeter ceteros ausus fuit Herculis pyram construere, quum humanum corpus est exutum et ad immortalitatem traditum. Ob id beneficium Hercules suas sagittas divinas ei donavit. Sed quum Achivi ex vulnere tetrum odorem ferre non possent, iussu Agamemnonis regis in Lemno expositus est cum sagittis divinis; quem expositum pastor regis Actoris, nomine Phimachus, Dolophionis filius, nutrivit.“ Similia tradidit Servius ad Virg. Aen. III, 402: „Philoctetes autem fuit Poeantis filius, Herculis comes; quem Hercules, quum ignem sibi in Oeta monte componeret, petiit, ne alicui sui corporis reliquias indicaret. De qua re eum iurare compulit, et ei pro munere dedit sagittas hydrae felle tinctas. Postea Troiano bello responsum est, sagittis Herculis opus esse ad Troiae expugnationem. Inventus itaque Philoctetes, quum ab eo Hercules quaereretur, et primo negaret se scire, ubi esset Hercules: tandem confessus est mortuum esse. Inde quum acriter ad indicandum sepulcrum eius cogeretur et primo negaret, pede locum percussit, quum nollet dicere. Postea pergens ad bellum quum exerceretur sagittis, unius sagittae casu vulneratus est pedem, quo percusserat tumulum. Ergo quum pu-

torem insanabilis vulneris Graeci ferre non possent, diu quidem eum pro oraculi necessitate ductum tandem apud Lemnum sublatis reliquerunt sagittis. Hic postea horrore sui vulneris ad patriam redire neglexit; sed sibi parvam Petiliam in Calabriae partibus fecit."

Fuerunt quidem, qui ipsum Sophoclem v. 776 sqq. *τὸν Φθόνον δὲ πρόςκυσον* (Philoctetes dicit Neoptolemo, arma ei traditurus) *μή σοι γενέσθαι πολύπον' αὐτὰ, μηδ' ὅπως ἐμοί τε καὶ τῷ πρόσθ' ἐμοῦ κεκτημένῳ* ad fabulam illam a Servio memoratam respexisse statuerent, sed id statui non posse ex eiusdem poetae v. 261 sqq. et 1326 sqq. manifesto apparet. Quae sit verborum illorum sententia, a me planum esse factum puto.

Postremo memoranda certe sunt quae Scholiastes ad Soph. Phil. 270. narrat, praeterea a nemine veterum scriptorum tradita: *λέγεται, ὡς ἐν Λήμνῳ βουλόμενος ἀναστῆσαι βωμὸν Ἡρακλεῖ παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ὑπὸ ὄφεως ἐπλήγη.*

Restat, ut Buttmanno respondeamus, qui quod Chryse ab aliis nympha, ab aliis Minerva dicta est, sic putat explicandum esse:

„Haec omnia, inquit p. 58., sic dispicienda videntur esse. *Χρυσῆ* cognomen erat Minervae, non de loco, sed honoris. Sophocl. O. R. 188. *ὦ χρυσέα θύγατερ Διός, εὐῶπα πέμψον ἀλκάν.* Schol. *χρυσέα δὲ, ὅ ἐστι τιμία· φασὶ γὰρ οὕτω τιμᾶσθαι Χρυσῆν.* Quod cognomen seorsum quoque usurpatum quum pronuntiatione vulgari accentum retraxisset, factum, ut de peculiari etiam aliquo numine sive nympha intelligeretur. Nihil enim in mythologia sollemnius quam ut deorum dearumve cognomina transierint in heroas nymphasque, et ita fabulas a deorum illorum historia distinctas cum iisdem tamen fere coniunctas procrearint. Itaque hi etiam tragici, ut ex eo colligo, quod ter apud eos in hac Philoctetae historia, locis supra indicatis, solum *Χρύσης* nomen occurrit, de nympha Chryse cogitabant, non de Minerva. Locus autem, quo hoc numen colebatur, et ipse nomen inde Chryses traxit. Iam fama erat antiquitus propagata, Iasonem in Colchos proficiscentem in itinere alicubi huic Chrysae, Minervae opinor, omnium qui labores fortiter exantlant sociae, aram exstruxisse; inque ea Herculem quoque postea, illius aemulum, quum adversus Troiam iret

sacrificasse; eandemque eodem consilio Graecos quoque ad Troiam pergentes investigasse. Belle itaque aliam famam, de Philocteta veneno serpentis in pede contacto, cum illa ita coniunxerunt mythorum auctores, ut hunc Herculis socium, dum Graecis aram illam indicat et instaurat, a serpente ictum esse narrarent."

At verissime contra Buttmannum Hermannus ad v. 1311. (1327. ed. Br.) haec monuit: „Quod Buttmannus ait eo loco, ubi de Chrysa disputat, honoris appellationem, qua χρυσῆ vocetur Minerva, in cognomen vertisse, id demonstrari argumentis exemplisve debebat. Quae unde depropturus sit, nescio. Aliud est enim cognomen a munere, officio, dignitate, voluntate, facto, loco petitum, aliud appellatio honorifica, quae non addito ipso dei deaeve nomine inanis est. Omniumque maxime, si quae dea χρυσῆ quasi proprio nomine dicta esset, eam non Minervam, sed Venerem esse consentaneum foret." Accedit, quod ex Buttmanni sententia statuendum esset, quod parum verisimile est, tragicos Graecos, quum pro nympha haberent Chrysen illam, antiquam famam aut ignorasse aut aliqua de causa, quae qualis fuerit aut esse potuerit nemo prorsus assequetur, non secutos esse, nosse autem multo seriores scriptores inde a Dosiade et qui postea floruerint grammaticos. Immo longe mihi probabilius videtur seriori aetate exstitisse qui, quum cur nymphae sacrificandum Achivis fuisset non perspicerent, Minervam Chrysae nomine intelligendam coniicerent aliisque persuaderent. Verum utut est, satis est in hac re nosse, quae tragicorum sententia fuerit; quos certum est hoc tantum habuisse cognitum, fuisse aliquod numen Chrysae nomine, ab insula cognomine dictum, cuius aram quum investigaret Philoctetes, a serpente eum vulneratum esse.

Restat, ut de loco, in quo Philoctetes vulneratus sit, pauca adiiciamus. In qua re consentio cum Buttmanno p. 60. haec monente: „Et illud quidem fere certum puto, in antiquissima de Philocteta fabula mentionem fuisse et numinis et loci Chryses; locum autem quum ignoraret postera aetas, alii aliter statuerunt, suaeque quisque opinioni ipsam fabulam aptarunt." Non assentior ei sic pergenti: „Et Sophoclis quidem quae fuerit sententia, ex hac fabula non satis apparet. Hoc tamen manifestum puto, Chrysen locum illi fuisse a Lemno satis remotum; neque relictum

Philoctetam, sed ex ulteriori ad Troiam profectione reductum fuisse voluntate Atridarum et consilio Ulixis. Quae patere puto ex his locis: v. 2 sqq. *Λήμνου, — ἔνθα — Ποίαντος υἱὸν ἐξέθηκ᾽ ἐγώ ποτε.* 261 sqq. *ὅδ᾽ εἴμ᾽ ἐγὼ — ὃν οἱ δισσοὶ στρατηγοὶ χὠ Κεφαλλήνων ἄναξ ἔῤῥιψαν — ἀγρίᾳ νόσῳ καταφθίνοντα — ξὺν ᾗ μ᾽ ἐκεῖνοι, παῖ, προθέντες ἐνθάδε ᾤχοντ᾽ ἔρημον, ἡνίκ᾽ ἐκ τῆς ποντίας Χρύσης κάτεσχον δεῦρο ναυβάτῃ στόλῳ· τότ᾽ ἄσμενοί μ᾽ ὡς εἶδον ἐκ πολλοῦ σάλου εὕδοντα — λιπόντες ᾤχοντο.* Quae verba omnia profecto adiacentem Lemno insulam non indicant; ut in illis, quae ex eius *Λημνίαις* a Stephano verba prolata modo vidimus, alios poeta auctores videatur secutus."

Stephani Byz. verba haec sunt: *Χρύση, βαρυτόνως, ἡ πόλις τοῦ Ἀπόλλωνος ἐγγὺς Λήμνου. Σοφοκλῆς Λημνίαις, Ὦ Λῆμνε Χρύσης τ᾽ ἀγχιτέρμονες πάγοι· καὶ ἐν Αἰχμαλωτίσι· Ταύτην ἐγὼ Κίλλαν τε καὶ Χρύσην.* Confundere eum Chrysen Troicam, Apollini sacram, ex Iliadis initio notam, cum Chrysa insula Lemno vicina, tam manifestum est, ut neminem fugerit hominum doctorum. Sitam autem prope Lemnum Chrysen insulam, in qua Philoctetes a serpente morsus sit, fuisse Pausanias etiam testatur VIII, 33., quem locum supra p. 7. descripsimus. Sophocles autem etsi non disertis verbis dicit, quo in loco Philoctetes in morbum inciderit, tamen ei, qui ad verborum sententiam diligenter attenderit, satis manifesto videbitur ostendisse, se in eadem illa insula Philoctetam esse vulneratum putasse. Nam quae tandem alia potuit causa esse, ob quam Chrysae potissimum insulae mentionem iniiceret, et tum, quum ab Chrysa insula Lemnum venissent Achivi, relictum Philoctetam diceret, nisi ibi id factum esse, ob quod Philoctetes in insula Lemno relinqueretur, significare voluit? Neque ut hanc Chrysen Sophocli valde remotam a Lemno fuisse cum Buttmanno statuamus verba v. 271. posita *ἐκ πολλοῦ σάλου* ullo modo postulant. Quidni enim, licet duobus tantum millibus Chryse ab Lemno dissita fuerit, multum et vehementer iactari fluctibus Achivi poterant, si, quod ipsa illa verba ostendunt, ventis adversis et procellosis usi erant, et per multas ambages Lemnum appulerant? Neque denique haerendum est in eo, quod non relictus tantum Philoctetes in insula Lemno, sed nonnunquam etiam expositus ab Atridis et Ulixe dicitur; mi-

nimeque propterea statuendum cum Buttmanno reductum eum ex ulteriori ad Troiam profectione esse significari. Nam relictus Philoctetes sibi videri debebat, quum nesciret ea de causa Atridas Lemnum appulisse, ut ibi se propter morbi molestiam relinquerent; expositus dici ab Ulixe potuit, qui sciret eo consilio se cum Atridis Lemnum appulisse, ut ibi Philoctetam exponerent. Itaque persevero in ea sententia, ut Sophoclem eandem secutum famam putem, quae relata a Pausania VIII, 33. est. Idem vidimus etiam p. 7. Tzetzam ad Lycophr. 911. tradidisse. Neque alia fuit sententia eius, qui argumentum metricum composuit, si scripsit, quod in codicibus est, v. 1. *Ἐν Χρύσῃ Ἀθηνᾶς* etc.

Ea autem insula quum postea absorpta diceretur, cuius traditionis auctorem habemus Pausaniam l. l., factum fortasse est, ut Dosiades, cuius verba supra p. 7. allata sunt, in insula Neis Philoctetam a serpente morsum esse fingeret. Hinc Stephanus Byz. *Νέαι, νῆσος πλησίον Λήμνου, ἐν ᾗ Φιλοκτήτης κατά τινας ἐδήχθη ὑπὸ ὕδρου.* Suidas: *Νέαι, νῆσος πλησίον Λήμνου, παρὰ τὸ νέω, τὸ κολυμβῶ· ᾗ προςενήξατό φασιν Ἡρακλῆς. περὶ ἣν κατά τινας Φιλοκτήτης ἐδήχθη ὑπὸ ὕδρου.* Hesychius: *Νέαι, νεώματα, καὶ χωρίον Λήμνου, ὅπου δοκεῖ Φιλοκτήτης δηχθῆναι.*

Alii autem, qui modestiores erant quam Dosiades, quum antiquissimam famam, quam Sophocles secutus est, ignorarent, in aliqua insula prope Lemnum sita Philoctetam calamitate illa affectum esse dicere maluerunt. Ita legitur apud Appianum in Mithridaticis c. 77. p. 755 sq.: *περὶ Λῆμνον ἐν ἐρήμῳ νήσῳ —, ἔνθα δείκνυται βωμὸς Φιλοκτήτου καὶ χάλκεος ὄφις καὶ τόξα καὶ θώραξ ταινίαις περίδετος, μήνυμα τῆς ἐκείνου πάθης.*

Postremo quod ab aliquot scriptoribus Lemni, ab aliis Tenedi vulneratus Philoctetes dicitur, eius rei causa facile mihi videtur explicari posse.

Ac primum quidem, ut in insula Lemno morsus diceretur, ambiguis Homeri verbis factum opinor, qui Il. β, 721 — 723. cecinit: *ἀλλ' ὁ μὲν ἐν νήσῳ κεῖτο κρατέρ' ἄλγεα πάσχων Λήμνῳ ἐν ἠγαθέῃ, ὅθι μιν λίπον υἷες Ἀχαιῶν, ἕλκεϊ μοχθίζοντα κακῷ ὀλοόφρονος ὕδρου.* Atque in hac sententia primum mihi videntur Philostrati fuisse, sive is, quem secuti sunt, Protesilaum dico.

Eorum alter in Heroic. p. 702. sic scribit: τοῦτον (Philoctetam) ἐν Λήμνῳ φασὶν ἄτιμον καταλειφθῆναι τοῖς Ἀχαιοῖς, ὕδρου ἐνσκήψαντος αὐτῷ ἐς τὸν πόδα, ὑφ' οὗ νοσεῖν αὐτὸν ἐπὶ ἀκτῆς ὑψηλῆς ἐν πέτρᾳ κείμενον. Alterius Icon. p. 889. verba iam supra p. 7. descripta sunt. Idem porro pro vero videtur habuisse is, qui argumentum metricum scripsit, si vera est, quam cum Brunckio et Hermanno v. 1. admisi, correctio Χρύσης Ἀθηνᾶς, pro quo codex ἐν Χρύσῃ Ἀθηνᾶς, habet. Disertis autem verbis hoc tradunt Eustathius p. 330., cuius verba supra iam p. 7. attuli, Scholiastes ad Il. β, 725. haec scribens: ἱστόρηται, ὅτι Φιλοκτήτης ἐν Λήμνῳ καθαίρων τὸν βωμὸν τῆς Χρυσῆς καλουμένης Ἀθηνᾶς ἐδήχθη ὑπὸ ὕδρου καὶ ἀνιάτῳ τραύματι περιπεσὼν κατελείφθη αὐτόθι ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων· ᾔδεισαν γὰρ τοὺς Ἡφαίστου ἱερεῖς θεραπεύειν τοὺς ὀφιοδήκτους. Porro Schol. ad Phil. 270., licet aliena admiscens: λέγεται, ὡς ἐν Λήμνῳ βουλόμενος ἀναστῆσαι βωμὸν Ἡρακλεῖ παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ὑπὸ ὄφεως ἐπλήγη. et Hyginus fab. CII., cuius verba p. 9. descripsimus. Fortasse etiam traditio illa, exstitisse promontorium Lemni, Chryse dictum, ab eo orta est, qui repugnantiam, aliis Lemni aliis Chrysae morsum esse Philoctetam dicentibus, ita tollere studuit, ut Chrysen πόλιν τῆς Λήμνου non πόλιν ἐγγὺς τῆς Λήμνου (notum est enim, πόλιν saepe pro νῆσος usurpari) fuisse diceret. Eustathius enim p. 34. Rom., ex quo emendandus Stephanus Byz. est, refert: ἐλέγετο δέ φασι Χρύσῃ καὶ ἀκρωτήριον περὶ τὴν Ἡφαιστίαν τῆς Λήμνου, βλέπον πρὸς Τένεδον. Certe nostra aetate discrepantiam illam sic tollendam putavit, quamvis temere, Salmasius in notis ad aram Dosiadae p. 146.

Simili modo effecit Cypriorum scriptor, ex quo in Procli Chrestom. p. 475. ed. Gaisf. haec allata sunt: ἔπειτα καταπλέουσιν εἰς Τένεδον· καὶ εὐωχουμένων αὐτῶν Φιλοκτήτης ὑφ' ὕδρου πληγεὶς διὰ τὴν δυςοσμίαν ἐν Λήμνῳ κατελείφθη, ut essent qui in insula Tenedo, licet id non claris sit verbis ab eo dictum, Philoctetam vulneratum putarent. Scribit enim Eustathius p. 330. Rom.: δηχθῆναι δὲ τὸν Φιλοκτήτην ὁ Πορφύριος λέγει κατά τινας περὶ Τένεδον ἢ Ἴμβρον, ἐκεῖθεν δὲ ἐκτεθῆναι εἰς Λῆμνον. Idem scriptum in Villoisoni schol. ad Il. β. p. 81.

Ceterum cur Lemni fuerit relictus Philoctetes, eius rei haec a scholiastis et Eustathio ad Il. β, 722. refertur ratio, quod sacerdotes Vulcani ibi fuerint, qui viperarum morsus sanare sciverint.

Cypriorum scriptor, ut supra p. 14. vidimus, ob foetorem ulceris expositum eum tradidit; neque id negat Sophocles v. 1032. dicens: πῶς, ὦ θεοῖς ἔχθιστε, νῦν οὐκ εἰμί σοι χωλός, δυςώδης; quanquam addit propter male ominata verba, quibus sacra turbarit, expositum eum esse, v. 8 sq. 1032 sqq. Recessit autem Sophocles ab Aeschylo et Euripide quum aliis in rebus, tum in eo, quod in deserto Lemni loco per novem annos commoratum esse finxit, de quo vide quae ad v. 2. monui; quum illi teste Dione Chysostomo p. 549. D. chorum fabulae ex Lemniis composuissent. Quid, quod Euripides etiam Lemnium quendam introduxit, Hectorem nomine, quocum aliqua Philoctetae necessitudo intercederet.

§. 4.

Anno decimo belli Troiani quum Helenus, vates Troiánus, ab Ulixe captus, respondisset non posse Ilium nisi Herculis sagittis expugnari, missi sunt Lemnum qui Philoctetam eiusque sagittas Troiam reducerent.

Oraculi hanc fuisse sententiam, ut non sagittae tantum, sed ipse etiam, qui optime iis uti putabatur, Philoctetes reduceretur, iam ex Homero patet Il. β, 724 sq. Cf. Lesches in Iliad. parva ap. Gaisford. p. 482. Sophocles Phil. 196 — 200. 604 — 613. 839 — 841. 1324 — 1342. Euripides ap. Dion. Chrys. in Valck. diatr. p. 119 sq. Pausanias V, 13. Philostrat. p. 702. Schol. ad Pind. Pyth. I, 100. p. 305. ed. Boeckh. Orpheus Lith. 351 sqq. Quintus Cal. IX, 326. Tzetzes in Posthom. 573.

Dissentiunt autem in eo veteres scriptores, a quo Lemno Troiam reductus Philoctetes sit.

Lesches in Iliade parva p. 481. ed. Gaisf. a Diomede eum reductum tradit, quocum consentit Pausanias I, 22.; Euripides, Quintus Cal. IX, 334., et Hygin. fab. CII. ab Ulixe

et Diomede; Philostratus sive Protesilaus apud Philostratum Heroic. p. 703. a Diomede et Neoptolemo.

Sophocles quod eum ab Ulixe et Neoptolemo reduci facit, eo magis mirum videri potest, quum secundum Leschis Iliad. parvam Neoptolemus nondum Troiam venisset, quum Philoctetes reduceretur. Verum videtur Ilias illa non tantum habuisse auctoritatis, ut, qui ab ea recederet, contra fidem historiae facere videretur. Contra facile intelligitur, quanto maiore varietate ac venustate fabula illa ad scenam composita sit eo, quod non Ulixes et Diomedes, quorum simillimus erat animus et ingenium (vide 416 sq.), sed cum Ulixe, homine vafro et callido, qui ut id quod volebat consequeretur non dubitabat turpissimis uti consiliis (vide 111.), Neoptolemus, adolescens magnanimus ac generosus, qui honeste agendo spe excidere malebat quam turpiter faciendo victoriam reportare (vide 94 sq.), in scenam producebatur.

Ceterum non est mea sententia negligendum, quod Sophocles per falsum illum nauclerum, qui v. 542. in scenam prodit, ut Philoctetae abductio festinetur, Ulixem et Diomedem ad arcessendum Philoctetam Lemnum navigare (570 sq. 591 sq.) dicit. Videtur enim mihi ea re ostendere voluisse non ignorare se famam illam, ex qua Diomedes et Ulixes missi Troia Lemnum dicebantur, qui Philoctetam arcesserent, sed pro falsa traditione habere, ut falsa erant illa, quae loquentem nauclerum istum introduxit.

§. 5.

Reductus Troiam Philoctetes ab aliis expugnato Ilio liberatus morbo esse, ab aliis morbo liberatus expugnasse Ilium dicitur.

Claudo pede pugnasse ad Troiam Philoctetam Pindarus tradit Pyth. I. 105 sqq.; cui assentiri videtur Philostrat. Heroic. p. 702. Sophocles (1329 — 1335. 1423 — 1430.) liberatum morbo pugnaturum eum dicit.

Porro Sophocles v. 1333., quod ipsum tradit Philostrat. Heroic. p. 703., ab Asclepiadis, contra 1437. ab Aesculapio sanatum eum iri ait; Machaonem morbi eius curatorem dicit Lesches in Iliade parva p. 481. ed. Gaisf., cumque eo Propertius II, 1, 61., Orpheus Lith. 343., quem sequitur Tzetzes Posthom.

583., et Dionysius apud Tzetz. ad Lycophr. 911.; Podalirium Quintus Smyrn. IX, 462.

De mirifica arte, qua composita haec fabula a Sophocle sit, egregie disseruerunt Fr. Iacobsius in Supplem. ad Sulzeri Theor. Artt. IV. 1. p. 127 sqq. et Car. Fr. Guil. Hasselbachius in singulari, quem vernaculo sermone de hac fabula scripsit, libello, Stralsundiae 1818 edito. Horum posterior controversiam etiam illam, quae inter summos viros aetatis nostrae orta erat de clamoribus et eiulatibus Philoctetae, quos alii reprehendendos, alii defendendos, alii interpretandi quibusdam artificiis removendos putarant, praeclarissime composuit.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἀκτὴ μὲν ἥδε τῆς περιῤῥύτου χθονός,
Λήμνου, βροτοῖς ἄστειπτος, οὐδ᾽ οἰκουμένη,
ἔνθ᾽, ὦ κρατίστου πατρὸς Ἑλλήνων τραφεὶς

V. 1. Apte et ἀκτή initio versus positum et μέν particula addita est. Hoc enim dicit: Ad litus quidem insulae, Lemni, pervenimus; verum quaerendum iam antrum est, quod habitare Philoctetam probabile est. Sequitur autem apodosis vs. 15.

V. 2. ἄστειπτος, οὐδ᾽ οἰκουμένη] nullius pede trita, nedum habitata. Sic O. C. 39. ἄθικτος, οὐδ᾽ οἰκητός. Ceterum tenendum est non totam insulam, quam ab incolis non vacuam fuisse ex Hom. Il. I, 594. XXI, 40. constabat, sed oram eius maritimam tantum, in qua expositus fingitur Philoctetes, a Sophocle desertam dici: ἀκτὴ — ἄστειπτος. Neque dubium, quin propterea poeta Philoctetam in deserto Lemni loco expositum et novem per annos commoratum dixerit, quo miserabiliorem vitae eius conditionem redderet.

V. 3 sq. Neque Buttmanno assentiendum est, qui τραφεὶς πατρός eadem ratione dictum putat, qua μαθεῖν et τυχεῖν τινος dicatur, neque Matthiaeo, qui Gr. Gr. §. 374. τραφείς pro ὤν dictum arbitratur. Non enim unquam τρέφεσθαί τινος Graeci dixerunt; errabitque vehementer, qui quem casum participia verborum quorundam adsciscunt, eum omnino ab verbis illis regi putabit posse. Nam participia saepe nominum substantivorum naturam induunt. Cf. Lobeck. ad Ai. v. 358. p. 277., Schaef. ad Greg. p. 139. et ad Eur. Or. 491. ed. Pors., et Seidl. ad Eur. El. 123. Cf. Rost. Gr. §. 130. annot. 6. Ut dicitur τεκὼν τινος, qui aliquem genuit, genitor alicuius, quanquam nunquam τίκτειν τινός in usu fuit, ita τραφείς τινος poetae dixerunt hoc sensu, ut esset der Erzeugte Iemandes, natus alicuius. Similiter explicandum est Eur. El. 123. κεῖσαι σᾶς ἀλόχου σφαγείς, et Or. 491. πληγεὶς θυγατρός. Poterat Sophocles vulgarem dicendi consuetudinem secutus dicere πατρὸς γεγώς, ut dixit in Scyr. fr. II. σὺ δ᾽ ὦ τὸ λαμπρὸν φῶς ἀποσβεννὺς γένους ξαίνεις, ἀρίστου πατρὸς Ἑλλήνων γεγώς, sed, quae est eius consuetudo, insolentius nunc loqui maluit. — Ceterum nota Graecorum consuetudinem, dicentium κρατίστου πατρὸς Ἑλλήνων τραφείς, ita ut pro πατρός potius ἀνδρός requiras. Sic in fr. II. Scyr. modo allato; adde Soph. El. 341. πατρὸς, οὗ σὺ παῖς ἔφυς. ibid. 365 sq. Aesch. S. c. Th. 793. παῖδες μητέρων

Ἀχιλλέως παῖ Νεοπτόλεμε, τὸν Μηλιᾶ
Ποίαντος υἱὸν ἐξέθηκ' ἐγώ ποτε,
ταχθεὶς τόδ' ἔρδειν τῶν ἀνασσόντων ὕπο,
νόσῳ καταστάζοντα διαβόρῳ πόδα·
ὅτ' οὔτε λοιβῆς ἡμὶν οὔτε θυμάτων
παρῆν ἑκήλοις προςθιγεῖν, ἀλλ' ἀγρίαις
κατεῖχ' ἀεὶ πᾶν στρατόπεδον δυςφημίαις,
βοῶν, ἰύζων. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τί δεῖ
λέγειν; ἀκμὴ γὰρ οὐ μακρῶν ἡμῖν λόγων·

V. 11. Pro vulg. στενάζων cum Dindorfio recepi ἰύζων ex *Γ*, qui ἤυζον habet. Vide Trach. 787.

τεθραμμέναι. Eur. Troad. 725. λέξας ἀρίστου παῖδα μὴ τρέφειν πατρός.

V. 4. Νεοπτόλεμος hic, ut plerumque, quattuor syllabis pronuntiandum. Cave vero pronunties Νουπτόλεμος, quod inauditum Graecis, sed, ut in πόλεως aliisque vocibus, audiri quidem ε debet, sed ita correptum, ut non sit syllabae loco. HERM.

Ibid. Errare, si quis Μηλιεῖς et Μαλιεῖς diversos putet, ostendit Palmerius in Exerc. p. 275. Doricam formam, ut usu vulgarem, adspernatos esse tragicos monitum ad Trach. 193. HERM. Schol.: τὸν Μηλιᾶ· τὸν Θεσσαλόν· ἀπὸ πόλεως. Ἀττικὸν δὲ τὸ Μηλιᾶ.

V. 6. Similiter O. C. 850 sq. ὑφ' ὧν ἐγὼ ταχθεὶς τάδ' ἔρδω.

V. 7. Schol. διαβόρῳ, τῇ τὸν πόδα ἐσθιούσῃ, σηπτικῇ, τῇ διαβιβρωσκούσῃ· τῇ καλουμένῃ φαγεδαίνῃ· πάθος δὲ τοῦτό ἐστιν οὕτω λεγόμενον παρὰ τοῖς ἰατροῖς. Καταστάζοντα δέ, οἷον καταῤῥέοντα, τηκόμενον, λυόμενον. Aesch. in Philoct. fr. ap. Arist. A. P. c. 22. φαγέδαιναν, ἥ μου σάρκας ἐσθίει ποδός. Sophocles νόσον dixit, genus pro specie poetarum more ponens et significans saniem, quam cancrum, quo morbo Philoctetes laborasse fertur, mittere solere constat (Cato R. R. 157, 3.). Eodem sensu v. 39. νοσήλεια dictum. Καταστάζειν πόδα νόσῳ, habere pedem stillantem sanie. Sic Ai. 10. κάρα στάζων ἱδρῶτι, et Eur. Suppl. 586. στόμα ἀφρῷ καταστάζοντα. Cf. Matth. §. 424, 4. Dicitur νόσος διαβόρος etiam Trach. 1084. Contra passivo sensu dictum διάβορος Trach. 676.

V. 8. λοιβή libationes, θῦμα suffitus significat; ex utrisque sacrificia constabant. Similiter Hom. Il. IX, 500. λοιβῇ τε κνίσῃ τε. Verbum θῦμα sic etiam ab Eur. Phaet. 52. ed. Herm. usurpatum.

V. 9. προςθιγεῖν] ut apud Latinos attingere rem pro operam dare rei. Cf. Cic. ad Att. II, 22. in Rull. II, 12. MATTH.

V. 10. δυςφημίαις] verbis male ominatis, quae a sacris aliena erant.

V. 11. Eur. Hec. 939. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τί δεῖ θρηνεῖν;

V. 12. Schol.: ἀκμή, ἀντὶ τοῦ καιρός. Ai. 822. οὐχ ἕδρας ἀκμή. Simile est quod dixit O. C. 1163. οὐ γὰρ ἦδ' ἕδρα σμικροῦ λόγου.

μὴ καὶ μάθῃ μ' ἥκοντα, κἀκχέω τὸ πᾶν
σόφισμα, τῷ νιν αὐτίχ' αἱρήσειν δοκῶ.
ἀλλ' ἔργον ἤδη σὸν τὰ λοίφ' ὑπηρετεῖν,
σκοπεῖν θ', ὅπου 'στ' ἐνταῦθα δίστομος πέτρα
τοιάδ', ἵν' ἐν ψύχει μὲν ἡλίου διπλῆ
πάρεστιν ἐνθάκησις, ἐν θέρει δ' ὕπνον
δι' ἀμφιτρῆτος αὐλίου πέμπει πνοή.
βαιὸν δ' ἔνερθεν ἐξ ἀριστερᾶς τάχ' ἂν
ἴδοις ποτὸν κρηναῖον, εἴπερ ἐστὶ σῶν.
ἅ μοι προσελθὼν σῖγα σήμαιν', εἴτ' ἔχει
χῶρον πρὸς αὐτὸν τόνδε γ', εἴτ' ἄλλῃ κυρεῖ·

V. 29. *στίβου γ'* est e Triclinii recensione. Codd. et editt. vett. *στίβου τ'*, praeter *Γ*, in quo *στίβου δ'* est.

V. 13. Respondent sibi *καί — καί*. Cf. Matth. §. 620. Verbum *ἐκχέω* perdendi notione usurpatum etiam Aesch. Pers. 831. ed. Blomf., quem vide ibi in Gloss.

V. 15. Non recte Hermannus: „*ἔργον ἤδη σόν*, non *σὸν ἔργον ἤδη* dixit, quia *σοφίσματι* opponit *ἔργον*: effectio doli, quem excogitavi, iam tua est.“ Immo *ἔργον* opponitur *λόγοις*, et verba *ἀλλὰ* etc. verbis *ἀκμὴ — λόγων*, ut sensus sit: Non loquendi nunc tempus est, sed agendi, et quidem tuum etc. Pronomen *σὸν* autem postpositum est, quia non personarum, sed rei oppositio est.

Ibid. *τὰ λοίφ' ὑπηρετεῖν*] male interpretatur Winshemius reliqua administrare; nam *ὑπηρετεῖν* semper ministrum esse alicui, succurrere, auxiliari denotat, neque accusativum regit, sed dativum. *τὰ λοιπά* notat in reliquis. Sic infra 1024. *οἷς σὺ ταῦθ' ὑπηρετεῖς.* et Eur. Rhes. 153. *πάντα ὑπηρετεῖν τινι*, accusativus accipiendus sic, ut in exemplis a Matthiaeo §. 446. n. 7. et §. 471, 13. allatis.

V. 16. Saepe a tragicis *πέτρα* pro *ἄντρον* dici monuit Elmsl. ad Eur. Med. 1326.

V. 17. Spelunca illa pervia erat, patens et orienti soli et occidenti, ut, ubi frigus esset, in antemeridiano et pomeridiano sole sedere posset Philoctetes, quae est *ἡλίου διπλῆ ἐνθάκησις*· in aestivo autem calore perflans aura ad somnum invitaret. HERM. De locutione *ἡλίου ἐνθάκησις* vid. Matth. §. 380. n. 3. p. 700.

V. 19. Schol. *ἀμφιτρῆτος· τοῦ ἀμφοτέρωθεν τετρημένου.* Suidas: *ἀμφίτρητον, τὸ ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν τετρημένον ἄντρον.* At Sophocles *ἀμφιτρής*, masculini et feminini generis nomen, genere neutro usurpavit; de qua ratione vide Lobeck. ad Ai. 323. HERM. Vide Matth. §. 112, 6. n. 1.

Ibid. *αὔλιον* etsi plerumque de stabulo usurpatur, significat omnino locum quemcunque in agris et sub dio quieti capiendae opportunum, quod monuit Spanhem. ad Callim. H. in Dian. 87 sq. p. 228. ed. Ern. MATTH. Pro *δι' ἀμφ. αὐλίου* proprie debebat *δι' ἀμφοτέρου στόματος* dici, quum verba *πέτρα τοιάδε, ἵνα* praecedant. Excusatur autem

ὡς τἀπίλοιπα τῶν λόγων σὺ μὲν κλύῃς,
ἐγὼ δὲ φράζω, κοινὰ δ' ἐξ ἀμφοῖν ἴῃ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἄναξ Ὀδυσσεῦ, τοὔργον οὐ μακρὰν λέγεις·
δοκῶ γὰρ οἷον εἶπας ἄντρον εἰςορᾶν.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἄνωθεν, ἢ κάτωθεν; οὐ γὰρ ἐννοῶ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τόδ' ἐξύπερθε, καὶ στίβου γ' οὐδεὶς κτύπος.

Ibidem. *κτύπος* ego primus restitui ex La, Lc, V, R, in quo additum *γρ. τύπος*, Ven., Paris., et Ms. Morelli. *Γ* cum ceteris *τύπος*, sed cum *γρ. καὶ κτύπος*.

repetita antri mentio eo, quod verba *ἐν ψύχει — ἐνθάκησις* interiecta sunt.

V. 20. *βαιὸν δ' ἔνερθεν*] sc. *τοῦ ἄντρου*, paullo infra antrum.

V. 22 sq. Verbi *ἔχει* subiectum non Philoctetam, sed pronomen *ἃ* esse, verissime ab Hermanno monitum puto. In reliqua huius loci interpretatione non puto ei assentiri posse. Totum fabulae exordium docet ante omnia Neoptolemo quaerendum fuisse, utrum locus is, quem a Philocteta habitari Ulixes putabat, in vicinia, id est in iis rupibus, quae in scena ante oculos Ulixis et Neoptolemi (v. 16. *ὅπου'στ' ἐνταῦθα διστ. πέτρα*) positae erant, an alibi esset. Itaque accedere nunc ad eas (*προςελθὼν σῖγα*) sine strepitu iubetur et significare Ulixi, sintne (*ἃ*) antrum eiusmodi, quale modo descriptum erat, et fons ad eum versus locum, quem nunc teneat Ulixes, an aliorsum sita. Hanc veram horum versuum explicationem esse manifesto ostendunt verba *χῶρον πρὸς αὐτὸν τόνδε γ'*, quibus et locum significatum esse, et quidem eum ipsum, quem qui haec loquebatur obtinuerit, Graecorum loquendi ratio statuere nos cogit. Apte nunc etiam *πρὸς* praepositionem positam esse patet. Cf. Eur. Hec. 218. Aliter hunc locum explic. Reisigius in Enarr. O. C. p. XXVII.

V. 24. *τἀπίλοιπα τῶν λόγων*] vid. ad Viger. p. 62. et Matth. §. 442, 3 et 4. Eur. Hel. 976. *ἃ σοι παρέλιπεν ἥδε τῶν λόγων, φράσω.*

V. 26. Schol.: *τοὔργον οὐ μακρὰν λέγεις· οὐ μακροῦ πόνου δεόμενον. ἤδη γὰρ εἰςεῖδον ἄντρον, ὃ λέγεις.* Et glossa: *οὐ μακρᾶς διδαχῆς δεόμενον.* Unde Ged. et Wak. *μακρόν* coniecerunt, quod Buttm. solum putat aptam sententiam praebere. Immo aptior sine dubio vulgata scriptura est, cuius hic est sensus: id, quod a me quaerendum dicis, non longe abest. Attulit Herm. Aesch. Ag. 1659. *τοὔργον οὐχ ἑκὰς τόδε.*

V. 28. Schol.: *ἄνωθεν, ἢ κάτωθεν; ταπεινόν, ἢ ὑψηλόν.* — *οὐ γὰρ ἐννοῶ*, non intelligo, inquit, utrum supra, an infra. Eadem verba in O. R. 559. HERM.

V. 29. *τόδ'*, scilicet *ἄντρον*,

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ὅρα, καθ' ὕπνον μὴ καταυλισθεὶς κυρῇ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ὁρῶ κενὴν οἴκησιν ἀνθρώπων δίχα.

V. 30. *καταυλισθείς*· sic La, Lb, R, et Γ. Ceteri *κατακλιθείς*.

quod est demonstrantis, ut consuerunt loqui, significans hic. HERM.

Ibidem. *καὶ στίβου γ' οὐδεὶς κτύπος*. Sic ego iam in Adv. p. 45 sqq. scribendum contendi. Vulgatam scripturam *τύπος*, quam editt. omnes tuentur, Erf. cum Ged. ita explicat: „Neoptolemus nulla vestigii apparente nota una cum Ulixe dubitare incipit, an hoc Philoctetae sit antrum, donec ceteris, quas reperit, notis fidem adhibet.“ Buttm. ita: „*στίβου τύπος* non de recentibus vestigiis, sed de semita intelligendum; quali deficiente per rupes in altum enitendum erat. Ita nihil indigemus lectione *κτύπος*, perquam incommoda et ipsa.“ Herm. sic: „*στίβος* non tantum semitam, sed proprie vestigium significat. Itaque hoc dicit, nullum conspici vestigium, unde aut introiisse illum aut exiisse appareat.“ In eo non argutandum, quae soli conditio fuerit. Tale enim fingi, in quo cerni vestigia possint, verba indicant. Non utitur autem adversativa particula, quia timere Ulixem Philoctetae praesentiam scit. Unde consentaneum erat dici: est hic spelunca, et quidem vacua.“ Erfurdti explicatio primum propterea ferri nequit, quod Neoptolemus, qui modo verbis *τόδ' ἐξ.* reperisse se antrum dixisset, si denuo dubitare se, an non esset antrum eius, significare voluisset, necessario pro *καὶ* copula particula adversativa uti debuit. Ex Hermanni explicatione Neoptolemus hoc dicat necesse est: non habitatur antrum a Philocteta, aut, si habitatur, nunquam exierit necesse est. Nam haec sola eius potest esse sententia, qui ante speluncam, quam alius habitari ab aliquo putat, nullam vestigii comparere notam dicit. Atqui non habitari a Philocteta dicere Neoptolemum non posse iam vidimus. Altera explicatio, nunquam exisse Philoctetam, pariter atque Buttmanniana propter proxima, quae sequuntur, Ulixis verba improbari debet. His enim quum admoneatur Neoptolemus, ut videat, ne Philoctetes dormiendi causa recubuerit, necesse est, quae modo dixerat Neptolemus verba eiusmodi sententiam continuerint, quae Ulixem ut illud moneret impulerit. Minime autem ad ea, quae ex Hermanni et ceterorum editt. opinione Neoptolemus dicit, Ulixis quadrare monitum in promptu est videre. Id quum sic demum aptum sit, si Neoptolemum dixisse statuimus nullum incessus strepitum esse, vel nullum incedentis strepitum audiri, eo consilio, ut Ulixem, qui veritus adhuc, ne antro inesset Philoctetes, procul afuerat ideoque ne satis quidem cognoscere illud potuerat, propius iam accedere posse significaret, Philoctetam non inesse suspicans: eo minus dubitavi *κτύπος* restituere, quo meliores

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

οὐδ' ἔνδον οἰκοποιός ἐστί τις τροφή;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

στειπτή γε φυλλὰς ὡς ἐναυλίζοντί τῳ.

V. 32. Brunck. tacite scripsit οἰκ.

pluresque codd. ita Sophoclem scripsisse testantur. Neque enim obstant quae Herm. contra me monuit: „Permirum foret Neoptolemum, ut non adesse Philoctetam indicaret, strepitum incedentis audiri nullum dicere. Multo enim verisimilius erat sedere aut recubare hominem aegrotum.“ Nam Philoctetam ambulare solitum esse ex hac ipsa tragoedia scimus; qui quoties exibat ex antro, profecto antequam exiret, in antro movere se debebat. Iam si nullum qui ante antrum stabat incedentis strepitum audiebat, profecto is in alterutra versari sententia debebat: aut non inesse Philoctetam, aut, si inesset, recubuisse. Prius crediderat Neoptolemus, posterius cautior Ulixes reputandum monet. Ceterum στίβος recte incessus notione dici docui in Adv. p. 48.

V. 30. Male editores omnes κἀθ' ὕπνον καταυλισθεὶς κυρεῖ, vel, ut antea legebatur, κατακλιθεὶς, explicant dormit. Immo significant haec verba: ad dormiendum recubuit. De quo praepositionis κατά usu cfr. Matth. §. 581. p. 1153. Ceterum recte Schaefer. Mel. cr. p. 115. ὅρα μὴ — κυρῇ valere, cave ne —, vereor ne —, contra ὅρα μὴ — κυρεῖ vide num —, docuit, in eo tantum falsus, quod requiri hic sententiam vide num —, putavit ideoque κυρεῖ scribi voluit. De κυρῶ cum part. iuncto vid. Matth. §. 553. δ.

V. 31. Rei accuratius describendae causa sic loquitur. Ita in O. R. 57. ἔρημος ἀνδρῶν μὴ ξυνοικούντων ἔσω. HERM. Adde huius fab. v. 487. et Ant. 445.

V. 32. Schol.: οἰκοποιός· ἐν οἴκῳ γενομένη τροφή. Neque τροφή hic nutrimenta significare potest, neque οἰκοποιός contra ceterorum compositorum analogiam passive intelligi: neque enim αὐτοποιός huc referri potest in O. C. 698.; sed, ut ex iis quae respondet Neoptolemus apparet, τροφή omnem victum apparatumque, quo ad vitam sustentandam opus est, notat, οἰκοποιός autem active dictum videtur, ut comprehendat utensilia, quibus locus aliquis in modum domus instruatur. HERM.

V. 33. Schol.: στειπτή γε φυλλάς· χαμαιστρωσία ἐκ φύλλων. ἡπλωμένη καὶ πατουμένη, ὡς κοιμωμένου ἐπ' αὐτῇ τινος. Eustath. p. 806, 57. (727, 11.) verba ὡς ἐναυλίζοντί τῳ afferens, activum pro passivo positum monet. Pollux I, 73. in verbis, quae huiusmodi quid significant, et ἐναυλίσαι et ἐναυλίσασθαι commemorat, sed activi, praeter hunc Sophoclis locum, non vidi exemplum, ut verear, ne id non, ut medium, stationem aut stratum habere, sed stratum facere significet. Ceterum de dativo miror Buttmannum ambigere, utrum sit, qui commodi vocatur, an ex omisso participio, ut παρεσκευασμένη, pendeat. Immo pendet ex adiectivo στειπτή. HERM. Sensus est: folia calcata

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

τὰ δ' ἄλλ' ἔρημα, κοὐδέν ἐστ' ὑπόστεγον;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

αὐτόξυλόν γ' ἔκπωμα, φλαυρούργου τινὸς
τεχνήματ' ἀνδρός, καὶ πυρεῖ' ὁμοῦ τάδε.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

κείνου τὸ θησαύρισμα σημαίνεις τόδε.

V. 36. Male Brunck. plurali offensus scripsit ἀνδρὸς τέχνημα sine ulla codd. auctoritate.

sic, ut ab eo, qui stratum facit. Non recte h. l. explicat Matth. Gr. §. 568. p. 1122.

V. 34. τὰ δ' ἄλλ' ἔρημα] insolenter dictum. Sensus est: reliquusne locus speluncae vacuus? — ὑπόστεγον. Schol. ὑπὸ τῇ στέγῃ. Cfr. de hoc adiectivi usu Matth. Gr. §. 446. nr. 8. p. 834.

V. 35. αὐτόξυλον male Hesych. explicat αὐτοδημιούργητον ξύλον. Recte Schol.: ποτήριον μονόξυλον, τέχνημα ἀνδρὸς φαύλως ἐργαζομένου, ὅ ἐστιν ἰδιώτου καὶ οὐ τεχνίτου. Eustath. p. 1332, 17. (1457, 34.) ὅμοιον δὲ πρὸς τὸ αὐτοχόωνον, τὸ αὐτοκάβδαλον, καὶ τὸ παρὰ Σοφοκλεῖ αὐτόξυλον ἔκπωμα· καὶ ὅλως ὅσα ἔργα οὐκ εἰς κάλλος ἐσκεύασται. Addit Musgr. ad O. C. 188. αὐτόπυρος ἄρτος ex Athenaeo p. 114. C. Eadem significatione αὐτόξυλος dicitur Pan in Apoll. Epigr. X. Anal. Br. II. p. 134. (Anth. Pal. II. p. 697. nr. 235.) Vid. Iac. Anim. ad Anthol. Gr. IX. p. 219.

V. 36. Plurale τεχνήματα recte defendit Porson. ad Eur. Or. 1051. Cfr. Matth. §. 431. p. 801. — πυρεῖα igniaria sunt, quae hic non lignea videntur intelligenda esse, de quibus dixere Salmas. in Exerc. Plin. p. 126., Casaub. Lectt. Theocr. c. 20., Wesseling. ad Diod. Sic. V, 67., sed silices, ex quibus ignis eliciebatur (vid. v. 296.), nec solum hi, sed etiam quae accensi ignis reliquiae prodebant, quem illi silices usum haberent, ut carbones, cineres: ut perridicula sit dubitatio, quae a quibusdam excitata est de repugnantia, quae sit inter hunc locum et v. 296. HERM.

V. 37. Non recte Brunck. interpretatus est: viri totam supellectilem narrat scilicet. Sensus hic est: illius est supellex haec, quam significas. Quo dicit Ulixes sine dubio a Philocteta speluncam, quam investigabat Neoptolemus, habitari.

V. 38. ταῦτα, ut v. 36. τάδε, notat hicce. Cfr. Schaef. Mel. cr. p. 78. — ἄλλα non abundanter additum, sed est elliptice potius dictum. Solent enim Graeci frequenter pronomen illud ibi, ubi plures res enumerantur, quae omnes ad unum quoddam genus pertinent, per attractionem quandam cum eo nomine, quo species indicatur, ita coniungere, ut notio pronominis non ad nomen, cui appositum est, sed ad illud, quo genus indicatur, nunc commemoratum a scriptoribus nunc suppressum, referri de-

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἰού, ἰού· καὶ ταῦτά γ' ἄλλα θάλπεται
ῥάκη, βαρείας του νοσηλείας πλέα.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἀνὴρ κατοικεῖ τούςδε τοὺς τόπους σαφῶς,
κἄστ' οὐχ ἑκάς που. πῶς γὰρ ἂν νοσῶν ἀνὴρ
κῶλον παλαιᾷ κηρὶ προςβαίη μακράν;
ἀλλ' ἢ 'πὶ φορβῆς νόστον ἐξελήλυθεν,

V. 40. *ἀνήρ*· libri ἀνὴρ.

beat, nomenque, quocum *ἄλλος* coniunctum est, explicationem pronominis et substantivi, ad quod notio pronominis pertinet, continere existimandum sit. Itaque verba *καὶ ταῦτά γ' ἄλλα θάλπεται ῥάκη* in hunc sunt sensum dicta: *καὶ τοῦτό γ' ἄλλο θησαύρισμα, δηλονότι ῥάκη, ἃ θάλπεται.* Alia huius usus exempla collegerunt Schaef. ad Eur. Med. 298. ed. Pors., Elmsl. ad eundem locum, aliique.

V. 39. *νοσήλεια*, ut v. 7. *νόσος*, de sanie accipiendum, quae dicitur *βαρεῖα*, quod molesta est, taedium movet.

V. 40. Ne quem Buttmanni annotatio ad h. l. et in uberiore Gr. gr. p. 120. conturbet, operae pretium duxi monere alia nomina apud tragicos modo habere articulum, modo non habere, etiam ubi non sunt infinite dicta, sed ad unam certam rem referuntur, alia autem constanter et necessario sibi postulare articulum in re certa designanda, neque carere eo nisi ubi infinite de quavis re accipi possunt. In his esse nomen *ἀνήρ*, ubi virum aut hominem, non maritum significat, non poterit dubitare qui reputaverit nusquam illud nomen in iis partibus tragoediae, quae Atticam linguam habent, prima longa inveniri; nisi ubi cum articulo coalescat; nusquam, ubi ea syllaba brevis sit, opus esse articulo; nusquam in casibus obliquis non addi articulum, ubi de certo viro sermo sit. HERM.

V. 42. *κήρ* et hic et infra 1166. non simpliciter *νόσον* significat, ut Schol. putat, sed morbum fatalem. Fatalem autem cur putaverit morbum Philoctetae, explicat poeta ipse v. 191 — 200. — *προςβαίη μακράν*, ad locum remotum accesserit. Prorsus eodem modo dictum O. C. 122. *προςδέρκου πανταχῇ.*

V. 43. *ἐπὶ φορβῆς νόστον ἐξ.* significat: in viam, qua victum quaereret, se contulit, i. e. breviter: ad victum quaerendum exiit. *Νόστος* pro via et itinere simpliciter saepius apud tragicos positum, ut in Eur. Iphig. A. 966. 1261. Rhes. 427., et sic etiam *νοστεῖν* in Helen. v. 481. 897. Cfr. Schaef. in Melet. cr. p. 90. HERM. Suidas: *περινοστοῦντας· περιερχομένους· νόστος κυρίως μὲν ἡ ἀπ' ἀλλοδαπῆς οἴκαδε ἄφιξις, καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἡ ἀπὸ τόπου εἰς τόπον.*

ἢ φύλλον εἴ τι νώδυνον κάτοιδέ που.
τὸν οὖν παρόντα πέμψον εἰς κατασκοπήν,
μὴ καὶ λάθῃ με προςπεσών· ὡς μᾶλλον ἂν
ἕλοιτό μ' ἢ τοὺς πάντας Ἀργείους λαβεῖν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἀλλ' ἔρχεταί τε καὶ φυλάξεται στίβος.
σὺ δ', εἴ τι χρῄζεις, φράζε δευτέρῳ λόγῳ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἀχιλλέως παῖ, δεῖ σ' ἐφ' οἷς ἐλήλυθας
γενναῖον εἶναι μὴ μόνον τῷ σώματι,

V. 47. Herm. cum Erfurdtio ex F, Harl. et editt. Ald. et Brubb. pro λαβεῖν edidit μολεῖν, sensum hunc esse monens: „magis enim ille cupiat me quam quosvis alios Graecorum huc venisse, quippe de me ante ceteros omnes vindictam sumpturus.“ At inepte Sophocles locutus esset, si id, quod maxime erat dicendum, lectoribus subintelligendum reliquisset, et id, quod sine explicatione intelligi non potest, posuisset. Itaque retinui λαβεῖν,

V. 44. Schol.: φύλλον εἴ τι νώδυνον· βοτάνην τινὰ παυσώδυνον. Structura haec est: ἢ ἐξελ. ἐπὶ νόστον φύλλου νωδύνου, εἴ τι (ὅ τι) κάτοιδέ που.

V. 45. τὸν οὖν παρόντα] Schol. ὡς τινὸς παρισταμένου αὐτῷ. Eiusmodi muti pedissequi, qualem Neoptolemum secum in scenam adduxisse ex hoc loco intelligimus, ubique reges vel personas primarias comitati videntur. Cfr. Lobeck. ad Ai. 1104. p. 393. — εἰς κατασκοπήν. Cfr. Matth. Gr. §. 578. p. 1145.

V. 46. Καί minime abundat, neque nostro ia, quod Martinus putat, respondet, sed etiam significat. Hoc enim Ulixes dicit: ne qui nunc ubi sit nescio lateat etiam me, quum accedet. προςπεσών autem subitaneum significat adventum, ut v. 156. Ceterum imitatus Sophoclem videri potest Eurip. Heracl. 338. πρῶτα μὲν σκοποὺς πέμψω πρὸς αὐτὸν, μὴ λάθῃ με προςπεσών. — De τοὺς πάντας vid. Matth. §. 266.

V. 46. 47. Ne quem pronomen encliticum μὲ in comparatione offendat, tenendum est hoc dici a poeta: illico enim me comprehendat, idque lubentius quam omnes Argivos. Ita saepe in comparatione pronomen eius, de quo potissimum sermo est, forma enclitica effertur. Vide huius fab. 524. 1051. O. R. 1478.

V. 48. Schol.: ἀπέρχεται, φησίν, ὁ θεράπων εἰς κατασκοπήν. Male quidam ἔρχεται de Philocteta adveniente intellexerunt. Ἔρχεσθαι saepius usurpatur de abeunte, ut infra v. 1183. μὴ ἔλθῃς. BUTTM. Scilicet qui antea prope me stetit et nunc ire dicitur, is profecto a me abire intelligitur. Similiter ἵστασθαι pro ἀνίστασθαι usurpatur, de quo vide ad 893. — φυλάξεται iam schol. monuit pro φυλαχθήσεται esse positum. De hac futuri medii significatione cfr. Matth. §. 496. 8. p. 935. Rost. §. 114. annot. 1.

V. 49. Verbis δευτέρῳ λό-

ἀλλ᾽ ἤν τι καινὸν, ὧν πρὶν οὐκ ἀκήκοας,
κλύῃς, ὑπουργεῖν, ὡς ὑπηρέτης πάρει.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί δῆτ᾽ ἄνωγας;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

τὴν Φιλοκτήτου σε δεῖ
ψυχὴν ὅπως λόγοισιν ἐκκλέψεις λέγων.
ὅταν σ᾽ ἐρωτᾷ, τίς τε καὶ πόθεν πάρει,
λέγειν, Ἀχιλλέως παῖς· τόδ᾽ οὐχὶ κλεπτέον·
πλεῖς δ᾽ ὡς πρὸς οἶκον, ἐκλιπὼν τὸ ναυτικὸν

quod omnes etiam ab Elmsleio collati codd. et *Γ* habent. Fortasse tamen a Sophocle *ἑλεῖν* scriptum fuit, quod et in *μολεῖν* et in *λαβεῖν* facile mutari potuit.

V. 53. Pro *ὡς* Musgr. *οἷς* coniecit, ego olim *ὧν*, sed recte vulg. scriptura se habet. Vide annotationem.

V. 55. *ἐκκλέψεις*· sic Brunck. ex G primus rescripsit. Ceteri codd. *ἐκκλέψῃς*.

γῳ alterum significat Neoptolemus colloquium, quod reperto antro secum de capiendo Philocteta habiturum Ulixem esse meminerat; qui supra v. 24. dixerat *ὡς τἀπίλοιπα τῶν λόγων σὺ μὲν κλύῃς* etc. Eodem fere sensu *δεύτερον* dictum ab Eur. Hec. 967.

V. 50. *ἐφ᾽ οἷς*. cfr. Matth. §. 585. p. 1164 sq.

V. 52. *καινόν* ut effectum adiicit; i. e. *ἤν τι ὧν πρὶν οὐκ ἀκήκοας, ὥστε καινὸν εἶναι, κλύῃς*. HERM.

V. 53. *ὡς ὑπ. πάρει*] oportet te, si quid praeter exspectationem tuam dixero, obsequi, ut qui mihi adiutor datus sis. Confirmat ipse Neoptolemus v. 93. HERM.

V. 55. De locutione *δεῖ σε ὅπως ἐκκλέψεις* vide Matth. §. 623. 2. p. 1266., quanquam is vitiose scriptum hunc locum attulit.

Ibidem. In verbis *λόγοισιν ἐκκλέψεις λέγων* nihil non recte dictum. Verbum *λόγοις* arctissime cohaeret cum *ἐκκλέπτειν*, ita ut *λόγοις ἐκκλέπτειν τινὰ* significet, ficta alicui dicere, decipere aliquem. Tum ad *λέγων* subintelligendum *λόγους* hoc sensu: decipere debes animum Philoctetae, quum verba ad eum facies, i. e. verba eiusmodi facere ad Philoctetam debes, quibus animum eius decipias. Hinc ipse Philoctetes infra 1268. *καὶ τὰ πρὶν γὰρ ἐκ λόγων καλῶν κακῶς ἔπραξα σοῖς πεισθεὶς λόγοις*. De addito *λέγων* vide etiam 1322. et Trach. 425. et de *λόγῳ κλέπτειν* El. 56. *ὅπως λόγῳ κλέπτοντες ἡδεῖαν φάτιν φέρωμεν αὐτοῖς*.

V. 56. Male Buttm. *ὅταν τ᾽ ἐρ.*: nam universe indicato quid secuturum sit, id quod sequitur adiici sine copula solet. De quo more quum alibi, tum ad Eur. Bacch. 275. dictum. HERM.

V. 57. *λέγειν* pendet ex antecedente *δεῖ*.

V. 58. *ὡς πρὸς οἶκον*] Vide Gramm. §. 136. Zeun. ad Vig. p. 567. Aristoph. Eq. extr.

στράτευμ' Ἀχαιῶν, ἔχθος ἐχθήρας μέγα;
οἵ σ' ἐν λιταῖς στείλαντες ἐξ οἴκων μολεῖν,
μόνην ἔχοντες τήνδ' ἅλωσιν Ἰλίου,
οὐκ ἠξίωσαν τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων
ἐλθόντι δοῦναι κυρίως αἰτουμένῳ,
ἀλλ' αὔτ' Ὀδυσσεῖ παρέδοσαν· λέγων ὅσ' ἂν
θέλῃς καθ' ἡμῶν ἔσχατ' ἐσχάτων κακά.

V. 66. Ex necessaria Buttmanni coni. τούτῳ pro τούτων primus posui. Male enim et ego olim in Adv. p. 50 sq. et Hermannus ad h. locum vulgatae scripturae patrocinium suscepimus. Nam etsi recte dicitur ἀλγύνειν τινά τι, ut dicitur ἀνιᾶν, ἀτιμᾶν, λυπεῖν, ὑβρίζειν τινά τι, quarum locutionum exempla in Adv. p.

κἀκεῖνον ἐκφερέτω τις ὡς ἐπὶ τὴν τέχνην (ad artem exercendam). BUTTM.

V. 59. ἔχθος ἐχθήρας μέγα] supple αὐτούς, et cfr. El. 1034. οὐδ' αὖ τοσοῦτον ἔχθος ἐχθαίρω σ' ἐγώ. Cfr. Matth. §. 421. n. 3. p. 775. Debebat autem Neoptolemus infestum se Atridis simulare, quo magis Philoctetae, qui maximo eos odio persequebatur, benevolentiam captaret. Quod intellexit iam Schol., monens: οἱ γὰρ ἐξ ἑνὸς ἠδικημένοι φιλοῦσιν ἀλλήλους.

V. 60. ἐν λιταῖς male Doederl. in Spec. p. 69. explicat inter preces; eodem modo dictum, quo v. 102. ἐν δόλῳ et 1393. ἐν λόγοις. Solent autem Graeci pro Latinorum ablativo instrumenti saepe nunc ἐν praepositionem ponere, significaturi in ea re, cuius nomini praepositio adiuncta est, vim aut facultatem alicuius rei agendae sitam esse, nunc ἐκ praepositionem, ut qua ex re vis aut facultas agendi proficiscatur indicent. Itaque ἐν λιταῖς στείλαντες etc. proprie sic explicandum: qui te Troiam adduxerint ita ut vis adducendi in precibus sita esset; et v. 102. cur abductio eius debet in dolo consistere? Exempla huius usus, etsi rationem eius minus perspexit, multa congessit Matth. §. 396. n. 2. p. 725. De ἐκ vide ad 91.

Ibidem. Duobus in locis Sophocles, et hic et Ant. v. 165., στέλλειν cum verbo veniendi coniunxit; alibi arcessendi notione solum verbum activum στέλλειν usurpavit. Sic O. T. v. 860. O. C. v. 298. Neque tamen nihil inter hos et illos locos discriminis intercedit. In illis enim locis sermo de eo est, qui arcessitur, sed nondum venit sive adest; in his autem de iis, qui, postquam missi ad eos sunt, qui advocarent, revera venerunt. Ex quo apparet, neque h. loco μολεῖν neque Ant. v. 165. ἱκέσθαι prorsus inutiliter esse adiectum. Comparari potest v. 1349. κοὐκ ἀφῆκας εἰς Ἅιδου μολεῖν. et O. C. 1286. ἔνθεν μ' ὧδ' ἀνέστησεν μολεῖν. — Ceterum de re narrata cfr. Hom. Od. XI, 506 sqq.

V. 61. Hoc dicit poeta: solam habentes hanc Ilii expugnandi facultatem. Saepenumero enim substantiva verbalia in σις desinentia facultatem agendi denotant. Sic 691. οὐκ ἔχων βάσιν, non habens facultatem eundi. Τήνδε recte explicavit Scholia-

τούτῳ γὰρ οὐδέν μ' ἀλγυνεῖς· εἰ δ' ἐργάσει
μὴ ταῦτα, λύπην πᾶσιν Ἀργείοις βαλεῖς.
εἰ γὰρ τὰ τοῦδε τόξα μὴ ληφθήσεται,
οὐκ ἔστι πέρσαι σοι τὸ Δαρδάνου πέδον.
ὡς δ' ἔστ' ἐμοὶ μὲν οὐχί, σοὶ δ' ὁμιλία
πρὸς τόνδε πιστὴ καὶ βέβαιος, ἔκμαθε.
σὺ μὲν πέπλευκας οὔτ' ἔνορκος οὐδενὶ,

51. attuli, ideoque recte dicitur *οὐδέν τινα ἀλγύνειν*, tamen nullo pacto *οὐδέν τινος τινα ἀλγύνειν* graece posse dici hoc sensu: nullum ex aliqua re alicui facere dolorem, alio loco extra omnem controversiam ponam. Audacius Dindorf. scripsit: *τούτων γὰρ οὐδὲν ἀλγυνεῖ μ'*.

stes: *τὸ σὲ ἐλθεῖν εἰς Ἴλιον*. Sic Trach. 483. *εἴ τι τήνδ' ἁμαρτίαν νέμεις*.

V. 62. *ἠξίωσαν*] Pronomen repetendum e v. 60.; tum infinitivus *δοῦναι* explicative additus, ut in pleniore sermone intercedente *ὥστε*. BUTTM.

V. 64. *παρέδοσαν*] petenti permiserunt. HERM. — *λέγων*, participium hoc applicat se infinitivo eiusdem verbi *λέγειν* (v. 57.), quo ob longiorem sermonem interiectum aures non offenduntur: est enim perinde ac si dicat *εἰπὲ ταῦτα, λέγων καθ' ἡμῶν* etc. BUTTM.

V. 65. *ἔσχατ' ἐσχάτων κακά*] Cfr. O. T. 465., O. C. 1238., El. 849. et Matth. §. 446. 5.

V. 66. Male hunc locum Matth. §. 425. 5. explicat. *Οὐδέν*, ut latinorum nihil saepe usurpatur, adverbialiter positum.

V. 67. *βαλεῖς* pro composito *ἐμβαλεῖς* dictum, ut *βαλών* in Eur. Phoen. 1530. *σκότον ὄμμασι βαλών*, pro *ἐμβαλών*. HERM.

V. 68. Schol.: *προτρεπτικῶς εἰς τὴν συμμαχίαν οὐ τὸν ἄνδρα, ἀλλὰ ψιλῶς τὰ τόξα ὠνόμασεν· εἰς δὲ τὴν πόρθησιν τὸν Νεοπτόλεμον*. Cf. v. 114 sq.

V. 69. *τὸ Δαρδάνου πέδον*] Dardanus, Iovis et Electrae filius, auctor generis regum Troianorum, quem sub Ida monte Dardaniam condidisse Homerus tradit. CAMER.

V. 70 sqq. Ulixes, timorem suum dissimulans, probabiles rationes praetexit, cur in conspectum Philoctetae venire nolit. Ad *ἔνορκος* Scholiastes annotavit: *ὤμοσαν γὰρ τῷ Τυνδάρεῳ πάντες οἱ Ἕλληνες συνελθεῖν, ἐὰν ἁρπασθῇ ἡ Ἑλένη*. Nobile quidem inter Graecos fuit illud sacramentum, ut ex Euripidis Iphig. Aul. constat, sed hic nescio an praestet fidem Agamemnoni datam a ducibus Graecorum intelligi, quam respicit etiam Homerus Il. II, 339. Quanquam ibi quoque veterum quidam Tyndarei illud sacramentum dici existimant. Sunt autem quae Ulixes affert tria, quae Neoptolemo non sint cum aliis communia, primum, quod non iurarit se socium belli fore; secundum, quod non imperio coactus cuiusquam iverit; tertium, quod non fuerit in iis, qui primum Troiam oppugnatum profecti sint. Horum secundum nihil ad Ulixem, sed primum et tertium. Nam qui iure iurando obstrictus esset, eum non visum iri Philoctetae redire in patriam, re nondum confecta; qui autem in prima navigatione fuisset, in qua expo-

οὔτ' ἐξ ἀνάγκης, οὔτε τοῦ πρώτου στόλου·
ἐμοὶ δὲ τούτων οὐδέν ἐστ' ἀρνήσιμον.
ὥςτ', εἴ με τόξων ἐγκρατὴς αἰσθήσεται,
ὄλωλα, καὶ σὲ προςδιαφθερῶ ξυνών.
ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο δεῖ σοφισθῆναι, κλοπεὺς
ὅπως γενήσει τῶν ἀνικήτων ὅπλων.
ἔξοιδα καὶ φύσει σε μὴ πεφυκότα
τοιαῦτα φωνεῖν, μηδὲ τεχνᾶσθαι κακά·
ἀλλ' ἡδὺ γάρ τοι κτῆμα τῆς νίκης λαβεῖν,

V. 79. Non male Erfurdt. pro καὶ coniecit παῖ.
V. 81. Pro τοι La, Lb, R, Ven. et Par. τι habent.

situs est Philoctetes, eum non posse ab illo non hostem iudicari. Itaque τούτων οὐδέν ad haec duo potissimum referendum est. HERM. Verbis οὔτ' ἐξ ἀνάγκης non dubito equidem, quin eo respiciatur, quod Ulixes, patefacto dolo eius, quo detrectare expeditionem studuerat, Troiam oppugnatum proficisci coactus est. Cfr. v. 1025 ibique notam.

V. 73. οὔτε τοῦ πρώτου στόλου] Genitivi pendent a notione, quae verbo πέπλευκας inest, ἦσθα ναυβάτης (cfr. v. 246 sq.), vel a simplici verbo ἦσθα, ut verba τοῦ — στόλου valeant, οὔτε ἦσθα τῶν πρῶτον πρὸς Ἴλιον πλευσάντων. Sic Xen. Anab. I, 2, 3. ἦν δὲ καὶ ὁ Σωκράτης τῶν ἀμφὶ Μίλητον στρατευομένων. Cfr. Matth. §. 322. 7. p. 629.

V. 75. Schol.: τόξων ἐγκρατής· ἔχων τὰ τόξα.

V. 76. ὄλωλα] cfr. Matth. §. 500. p. 945 sq. — Invertit poeta paullisper orationem, ξυνών dicens pro eo, quod dici a prosaico scriptore debuit, ξυνόντα, id est: te, qui mecum sis, coniunctus sis.

V. 77. Schol.: σοφισθῆναι· σοφίσασθαι. Cfr. Matth. §. 495. b. p. 929 sq.

V. 79. καί recte dictum est, quia hoc in mente habet Ulixes, non modo non adsuetum esse dolis Neoptolemum, sed etiam natura sua ab iis abhorrere. Itaque dicit, non sum nescius vel natura te non ad huiusmodi dicta factum esse. Nos: ich weiss, dass du schon von Natur nicht zu solchen Reden gemacht bist. De illo φύσει πεφυκέναι Erf. annotavit disseruisse Wopkensium Lectt. Tull. p. 287. addens Batonem apud Athen. p. 163. C. HERM. De infinitivo a πεφυκ. pendente cfr. Matth. §. 531. p. 1036.

V. 81. De usu particularum ἀλλὰ — γάρ cfr. Schaef. Melet. cr. p. 77., Elmsl. ad Eur. Heracl. 481., et Matth. §. 615. p. 1242. De τοὶ particulae usu cfr. Pors. ad Eur. Hec. 232. et Heind. ad Plat. Prot. §. 89. p. 597.

Ibidem. Non probo Hermanni interpretationem huius loci, qui verba ἡδὺ κτῆμα praedicati loco esse, ex eoque intelligi debere subiectum τὸ κτῆμα putat, ita ut integra haec fuisse loquendi ratio existimanda sit, ἡδὺ κτῆμά ἐστι τὸ κτῆμα τῆς νίκης, sensumque hunc dicit esse: victoriae dulcis res est ad adipiscendum. In qua interpretatione, ut alia

τόλμα· δίκαιοι δ' αὖθις ἐκφανούμεθα.
νῦν δ' εἰς ἀναιδὲς ἡμέρας μέρος βραχὺ
δός μοι σεαυτόν, κᾆτα τὸν λοιπὸν χρόνον
κέκλησο πάντων εὐσεβέστατος βροτῶν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἐγὼ μὲν οὓς ἂν τῶν λόγων ἀλγῶ κλύων,
Λαερτίου παῖ, τοὺς δὲ καὶ πράσσειν στυγῶ.
ἔφυν γὰρ οὐδὲν ἐκ τέχνης πράσσειν κακῆς,
οὔτ' αὐτὸς, οὔθ', ὥς φασιν, οὐκφύσας ἐμέ.

V. 87. τοὺς δέ cum Herm. et Buttm. dedi. Libri τούςδε.

omittam, et κτῆμα admodum displicet, pro quo χρῆμα potius dicendum fuit, et verbum λαβεῖν nimis otiose additum. Nihil verius quam κτῆμα λαβεῖν ex more tragicorum usitatissimo dictum esse pro κτᾶσθαι. Sic Eur. Iphig. T. 985. νόστον λαβεῖν pro νοστῆσαι, et in fragm. inc. LXXVIII, 3. μεταμέλειαν λαμβάνειν pro μεταμέλεσθαι, et ibid. pariter atque fragm. CXIII. φίλων πεῖραν λαβεῖν pro πειρᾶν dixit. Similiter Soph. v. 536 sq. et 656. huius fab. θέαν λαβεῖν dixit pro θεᾶσθαι. Non sine voluptate in eandem interpretationem incidisse Matthiaeum §. 309. p. 612. vidi.

V. 83. εἰς ἀναιδές] pro εἰς ἀναίδειαν. Sic v. 675. τὸ νοσοῦν et τἀναιδές in Eur. Iph. A. 368., et τὸ εὐγενές in Eur. Phoen. 1623.

V. 84. Terentius Ad. V, 3, 53. da te hodie mihi. BR.

V. 85. De imperativo κέκλησο cfr. Buttm. Gr. ampl. T. I. p. 443 sq., Matth. §. 500. p. 947. et Rost. §. 124. 4.

V. 86. Enuntiatio relativa quando praemitti soleret, monuit Matth. §. 478. p. 893., huius loci non immemor.

V. 87. Λαερτίου] Fallitur Scholiastes, quum ait Λαέρτιος possessivum esse pro primitivo. Duplex forma est huius nominis, utraque primitiva. Eustath. ad Hom. p. 13. διφορεῖται γὰρ τοῦτο. καὶ οὐ μόνον Λαέρτης λέγεται, ἀλλὰ καὶ Λαέρτιος, ὡς δηλοῖ καὶ Σοφοκλῆς. Hanc formam adhibitam videmus solum, ubi alteram metri lex non admittit. BR. Usurpavit Sophocles productiorem formam his locis: v. 417. 628. 1357., et contracte Λαρτίου v. 401. 1286. et Ai. 1. Casu recto nunquam a Sophocle Λαέρτιος dictum.

Ibidem. τοὺς δέ] non τούςδε scribendum esse viderunt Herm. et Buttm., contra quem quos locos Matthiae ad Soph. Trach. v. 23. affert, eos omnes alienos esse intelliget qui Buttmanni notam attente perlegerit. Ceterum recte Herm. verborum sententiam hanc esse dixit: ego quidem quae audire indignor, ea vero etiam facere odi.

V. 89. οὐκφύσας ἐμέ] Recte a dmonet Scholiastes Achillei illius dicti Il. ι, 312. ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀίδαο πύλῃσιν, ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ βάζῃ. BUTTM.

ἀλλ' εἴμ' ἕτοιμος πρὸς βίαν τὸν ἄνδρ' ἄγειν,
καὶ μὴ δόλοισιν. οὐ γὰρ ἐξ ἑνὸς ποδὸς
ἡμᾶς τοσούςδε πρὸς βίαν χειρώσεται.
πεμφθείς γε μέντοι σοὶ ξυνεργάτης ὀκνῶ
προδότης καλεῖσθαι· βούλομαι δ', ἄναξ, καλῶς
δρῶν ἐξαμαρτεῖν μᾶλλον ἢ νικᾶν κακῶς.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἐσθλοῦ πατρὸς παῖ, καὐτὸς ὢν νέος ποτὲ
γλῶσσαν μὲν ἀργόν, χεῖρα δ' εἶχον ἐργάτιν·
νῦν δ' εἰς ἔλεγχον ἐξιὼν ὁρῶ βροτοῖς
τὴν γλῶσσαν, οὐχὶ τἄργα, πάνθ' ἡγουμένην.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί οὖν μ' ἄνωγας ἄλλο πλὴν ψευδῆ λέγειν;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

λέγω σ' ἐγὼ δόλῳ Φιλοκτήτην λαβεῖν.

V. 100. In hiatu *τί οὖν* temere Pors. ad Phoen. 892. offensus est. Vide huius fab. 733. 753. 917. et Aesch. Eumen. 902. *τί οὖν μ' ἄνωγας τῇδ' ἐφυμνῆσαι χθονί;*

V. 106. Elmsl. ad Heracl. 269. *οὐτἄρ' ἐκείνῳ* etc. sine in-

V. 90. *πρὸς βίαν*] cfr. Matth. §. 591. p. 1183.

V. 91. *ἐξ ἑνὸς ποδός*] Vide ad v. 60. Proprie sic explicanda haec locutio: non enim ex uno pede facultatem nos, qui tam multi simus, domandi sumet. Sic 563. *ἐκ βίας — ἢ λόγοις.* 710. *ἐξ ὠκυβόλων τόξων.* 1268. *ἐκ λόγων καλῶν κακῶς ἔπραξα.* Schaef. ad Dionys. p. 295 sq. et Matth. §. 574. p. 1133 sq.

V. 92. Male reddit Brunck. *ἡμᾶς τοσούςδε* nos tanto valentiores, peius etiam Matthaei: me tam robustum, tantis viribus instructum. Ex verbo opposito *ἑνός* manifesto apparet *τοσούςδε* multitudinis debere notionem habere. Significat Neoptolemus et se et chorum, quem post Ulixis abitum accessurum sciebat. Cfr. v. 126. *ἐάν μοι — δοκῆτέ τι* etc.

V. 93 sq. Sententia haec est: nolo tamen, qui missus sim, ut te adiuvarem, ita rem gerere, ut prodidisse te dicar. De usu verbi *ὀκνῶ* cfr. Elmsl. ad Eur. Heracl. 244 sqq.

V. 94 sq. Schol: *θέλω εἰπὼν τὸ ἀληθὲς ἀποτυχεῖν μᾶλλον ἢ ἐξαπατᾶν καὶ ἐπιτυχεῖν.*

V. 97. *γλῶσσαν ἀργόν*] cfr. Phryn. ed. Lob. p. 104.

V. 98. Schol.: *εἰς ἔλεγχον ἐξιών· εἰς πεῖραν τῶν πραγμάτων·* usu rerum et experientia edoctus, ut *μολὼν εἰς ἔλεγχον* O. C. 1297. cl. ibid.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί δ' ἐν δόλῳ δεῖ μᾶλλον ἢ πείσαντ' ἄγειν;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

οὐ μὴ πίθηται· πρὸς βίαν δ' οὐκ ἂν λάβοις.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὕτως ἔχει τι δεινὸν ἰσχύος θράσος;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἰοὺς ἀφύκτους καὶ προπέμποντας φόνον.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὐκ ἆρ' ἐκείνῳ γ' οὐδὲ προςμῖξαι θρασύ;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

οὔ, μὴ δόλῳ λαβόντα γ', ὡς ἐγὼ λέγω.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὐκ αἰσχρὸν ἡγεῖ δῆτα τὰ ψευδῆ λέγειν;

terrogatione. Recte factum putabo, ubi demonstratum videro non recte habere vulgatam. HERM.

V. 108. Male Brunck. ex Vauvillersii coni. τὸ pro τὰ scripsit.

834. τάχ' εἰς βάσανον εἶ χερῶν. MATTH. Adde Eur. Alc. 656. ἔδειξας εἰς ἔλεγχον ἐξελθών.

V. 99. Schol.: τὴν γλῶσσαν, οὐχὶ τἄργα· κρείσσονα τῶν ἔργων οὖσαν τὴν γλῶσσαν. διαβάλλει τοὺς καθ' ἑαυτὸν ῥήτορας ὁ ποιητής, ὡς διὰ γλώσσης πάντα κατορθοῦντας.

Ibidem. Schol.: πάνθ' ἡγουμένην· προηγουμένην εἰς ἅπαντα. ἀνύουσαν.

V. 101. λέγω] iubeo. cfr. Elmsl. ad O. R. 350.

V. 102. ἐν δόλῳ] vide ad v. 60.

V. 103. οὐ μὴ πίθηται] nullo modo ei persuadebitur. cfr. Matth. §. 517. p. 987 sq. Rost. §. 135. 7.

V. 104. Tantamne, inquit, virium suarum fiduciam habet? i. e. tantaene sunt vires, quibus fretus est? HERM.

V. 106. Schol.: οὐκοῦν οὐδὲ προςελθεῖν αὐτῷ εὐθαρσές ἐστι καὶ ἀσφαλές; Qui etsi sensum assecutus est, tamen significationem adiectivi θρασὺς non recte indicavit. Ut homo dicitur θρασύς, in quo fiducia conspicua est, ita recte θρασὺ negotium vel actio dicitur, in qua fiducia conspicua est, i. e., quae fit cum fiducia. Itaque hoc dicit Sophocles: ergo ne aditus quidem ad eum fieri cum fiducia potest?

V. 108. Libri recte τὰ ψευδῆ, i. e. ea quae falsa sunt. HERM.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

οὐκ, εἰ τὸ σωθῆναί γε τὸ ψεῦδος φέρει.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

πῶς οὖν βλέπων τις ταῦτα τολμήσει λαλεῖν;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ὅταν τι δρᾷς ἐς κέρδος, οὐκ ὀκνεῖν πρέπει.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

κέρδος δέ μοι τί τοῦτον ἐς Τροίαν μολεῖν;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

αἱρεῖ τὰ τόξα ταῦτα τὴν Τροίαν μόνα.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὐκ ἆρ' ὁ πέρσων γ', ὡς ἐφάσκετ', εἴμ' ἐγώ;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

οὔτ' ἂν σὺ κείνων χωρὶς οὔτ' ἐκεῖνα σοῦ.

V. 111. Pro ἐς nonnulli codices ex interpretatione, ut opinor, πρὸς habent.

V. 114. Hic quoque Elmsl. ad Heracl. 269. sine interrogatione οὔ τἄρ'. Vide ad v. 106. Ceterum male γὲ particula in codd. nonnullis omissa est.

V. 110. πῶς βλέπων] quo vultu, qua fronte? Nam βλέπειν saepe usurpatur, ut lat. tueri, v. c. acerba, torva tueri. Cfr. Aristoph. Plut. 424., Vesp. 895., Lysistr. 886. ERF.

V. 111. ἐς κέρδος] cfr. Matth. §. 578. p. 1145. Sententia eadem est in Soph. El. 61. δοκῶ μὲν οὐδὲν ῥῆμα σὺν κέρδει κακόν.

V. 112. Male Matthaei ἐς pro πρὸς positum putat. Τροία hic non urbem solum, sed adiacentes etiam agros, qui ad civitatem Troianam pertinebant, significat.

V. 114. Particula γὲ post ὁ πέρσων addita hanc habet vim, ut expugnatorem Ilii se iam non fore Neoptolemus dicat, subindicans collaturum se tantum aliquid Philocteta abducendo ad expugnandam Troiam esse. Expugnaturum autem Neoptolemum Ilium esse supra v. 69. Ulixes monuerat.

V. 116. Posterius ἂν ad eam refertur sententiam, quae est in verbis εἴπερ ὧδ' ἔχει. Id aliis verbis dicas, ἐπὶ τοῖσδ' ἂν θηρατέ' ἂν γίγνοιτο. HERM.

V. 117. Eustathium, qui ad Il. IX. p. 753, 60. (655, 7.) in his verbis, δύο φέρῃ δωρήματα, φέρῃ pro φέρεις dictum putat, iure miratur Reisig. ad O. C. p.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.
θηρατέ' ἂν γίγνοιτ' ἄν, εἴπερ ὧδ' ἔχει.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.
ὡς τοῦτό γ' ἔρξας δύο φέρει δωρήματα.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.
ποίω; μαθὼν γὰρ οὐκ ἂν ἀρνοίμην τὸ δρᾶν.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.
σοφός τ' ἂν αὐτὸς κἀγαθὸς κεκλῇ' ἅμα.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.
ἴτω· ποιήσω, πᾶσαν αἰσχύνην ἀφείς.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.
ἦ μνημονεύεις οὖν ἅ σοι παρήνεσα;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.
σάφ' ἴσθ', ἐπείπερ εἰςάπαξ συνήνεσα.

V. 116. *θηρατέ' ἂν* scripsi ex coni. Hermanni. Codd. plerique *θηρατέα*, T *θηρατέ' οὖν*, quod recepit Brunck. aliique, alii *θηρατέα γοῦν* habent.

V. 119. Pro librorum scriptura *αὖτὸς* dedi *αὐτός*. De optativi forma *κεκλῇο*, pro qua aliquot codd. *κέκλησ'*, vide Matth. §. 204. 5. p. 375 sq.

XXVII. HERM.

Ibidem. Schol.: *δωρήματα· τιμήματα.* Significat hic *δώρημα* commodum, fructum, quem ex aliqua re percipimus. Sic O. C. 647.

V. 118. De vi articuli ante *δρᾶν* positi monuit Herm. ad Ai. 114.

V. 119. Schol.: *σοφὸς μὲν διὰ τὸ κλέψαι· ἀγαθὸς δὲ διὰ τὸ πορθῆσαι. Ἢ σοφοῦ μὲν ὄντος καθόλου τοῦ δολῶσαι δυναμένου· νῦν δὲ καὶ τοῦ δόλου ἀγαθοῦ ὄντος.*

V. 122. *σάφ' ἴσθι*] sc. *μνημονεύειν με τούτων, ἅ μοι παρήνεσας.* Ceterum non recte Hermannus: „Egregie poeta generosi adolescentis ingenium ostendit, qui quum gloriae cupiditate victus tandem cessisset, indignabundus sibi ipse haec Ulixi respondet, animo ita a fraudibus abhorrente, ut iterum audire quod turpe esse videt nolit." Immo hoc dicit Neoptolemus, se memorem praecepti ab Ulixe dati fore, id est, se certo mandata eius exsecuturum esse, quum semel promiserit, significans non bis esse promittenda quae semel se facturum dixerit. Nam *συνήνεσα* est *συνεθέμην*, ut explicatum iam a scholiasta est. Sic O. C. 1508. Eur. Med. 1147. Alc. 12. 542.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

σὺ μὲν μένων νυν κεῖνον ἐνθάδ' ἐκδέχου·
ἐγὼ δ' ἄπειμι, μὴ κατοπτευθῶ παρών,
καὶ τὸν σκοπὸν πρὸς ναῦν ἀποστελῶ πάλιν.
καὶ δεῦρ', ἐάν μοι τοῦ χρόνου δοκῆτέ τι
κατασχολάζειν, αὖθις ἐκπέμψω πάλιν
τοῦτον τὸν αὐτὸν ἄνδρα, ναυκλήρου τρόποις
μορφὴν δολώσας, ὡς ἂν ἀγνοίᾳ προσῇ·
οὗ δῆτα, τέκνον, ποικίλως αὐδωμένου,

V. 123. Recte νυν editt. Triclin., pro quo Herm. ex editt. vett. νῦν reduxit.

V. 128. Pro τρόποις pauci codd. τρόπον habent.

V. 129. De producta syllaba ultima vocis ἀγνοίᾳ vide Maltby in proleg. ad Morelli Thes. p. 86., Martinum ad Trach. 350. et Matth. §. 68. 3. b. not. p. 143.

V. 124. παρών] hic sisim, ne quis putet ex abundantia esse additum.

V. 125. ὁ σκοπὸς est is, de quo supra v. 45. et 48. MUSGR. Male Herm.: „σκοπὸν non dicit eum, cuius supra mentio facta v. 45., sed quem ipse secum habebat ministrum; quem se ad navem remissurum ait, ut ibi ornatum nauclericum induat, quo deinde ornatu ad Neoptolemum rediturus sit.“ Qui enim σκοπὸν dictum fuisse probabile est, qui neque antea speculatoris officium gesserat, neque nunc erat gesturus? Accedit, quod absente Ulixe speculatore illo, de quo v. 45. dictum, nihil amplius opus erat.

V. 126 sq. Schol.: ἐάν μοι δόξητε βραδύνειν. κατὰ in verbo κατασχολάζειν refertur ad τοῦ χρόνου, si mihi videbimini ultra iustum tempus cunctari. HERM. Rectius Matthaei: Genitivus τοῦ χρόνου pendet a τὶ pronomine, et κατασχολάζειν τι τοῦ χρόνου est partem temporis, ad hoc negotium dati, otiando s. nihil agendo perdere.

V. 127. De αὖθις πάλιν, vide Bornem. ad Xenoph. Conviv. p. 178.

V. 128. Plautus Asin. I, 1, 54. nauclerico ipse ornatu per fallaciam. Et Glorios. IV, 4, 41. facito ut venias huc ornatus ornatu nauclerico: causiam habeas ferrugineam, — palliolum habeas ferrugineum, nam is colos thalassicust: id conexum in humero laevo, expapillato brachio: praecinctus aliqui: adsimulato quasi gubernator sies. Libri plerique non τρόπον, sed τρόποις. Id quomodo significantius sibi videri dicat Buttm., non perspicio, nisi non ornatum tantum, sed etiam mores indicari putavit. At de his cogitavit poeta, qui τρόποις ut exquisitius quam τρόπον praetulit. Aesch. Ag. 927. μὴ γυναικὸς ἐν τρόποις ἅβρυνε. Choeph. 477. πάτερ τρόποισιν οὐ τυραννικοῖς θανών. Eum. 444. σεμνὸς προςίκτωρ ἐν τρόποις Ἰξίονος. HERM. Ceterum cum verbis μορφὴν δολώσας cfr. Virg. Aen. I, 683. Tu faciem illius noctem

δέχου τὰ συμφέροντα τῶν ἀεὶ λόγων.
ἐγὼ δὲ πρὸς ναῦν εἶμι, σοὶ παρεὶς τάδε·
Ἑρμῆς δ' ὁ πέμπων δόλιος ἡγήσαιτο νῷν
Νίκη τ' Ἀθάνα Πολιάς, ἣ σώζει μ' ἀεί.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ α΄.

Τί χρή, τί χρή με, δέσποτ', ἐν ξένᾳ ξένον
στέγειν, ἢ τί λέγειν πρὸς ἄνδρ' ὑπόπταν;

V. 134. De forma Ἀθάνα dorica, qua tragici semper in trimetris etiam usi sunt, vide Pors. ad Or. 26. Libri male Ἀθηνᾶ.

V. 135. Sic Brunck. primus ex Triclinii recensione scripsit. Ceteri libri τί χρή, τί χρή, δέσποτα, μ' ἐν ξένᾳ ξένον.

non amplius unam falle dolo, et notos pueri puer indue vultus.

V. 129. Schol.: ὡς ἂν ἀγνοίᾳ προςῇ· ἵνα μὴ γνωσθῇ.

V. 130. Schol.: τοῦ ναυκλήρου δόλιά σοι διαλεγομένου καὶ ἀσυμφανῆ. Ceterum medium αὐδᾶσθαι pro activo et hic usurpavit Sophocles et in Ai. 773. Debebat autem falsus iste nauclerus narrationem aliquam de causis sui ad Lemnum appulsus fingere. Praecipit itaque Neoptolemo Ulixes, ut ex omni eius sermone ea potissimum arripiat, quibus consilium ipsorum adiuvari senserit.

V. 131. οἱ ἀεὶ λόγοι sunt omnia verba, vel, ut accuratius nostri, seine iedesmaligen Worte. Sic Xen. Cyr. VII, 1, 47. ὁ ἀεὶ βασιλεύων. ERF.

V. 133. ὁ πέμπων] cuius ductu huc venimus. HERM. δόλιος cognomen est Mercurii, a fallendi peritia ei inditum; cfr. Spanhem. et interpp. ad Aristoph. Plut. 1141. 1158.

V. 134. Νίκη] Scholion: οὕτως ἡ πολιοῦχος Ἀθηνᾶ Νίκη καλεῖται ἐν Ἀττικῇ. Eur. Ion. 1550. Μὰ τὴν παρασπίζουσαν ἅρμασίν ποτε Νίκην Ἀθάναν Ζηνὶ γηγενεῖς ἔπι. Victoriae nomine cultae Minervae templum erat in arce; idcirco mulieres, quae arcem occupaverant, in Aristoph. Lysistr. 317. eius implorant opem. Vide Meursii Att. Lectt. I, 20. Br. Adde Barn. ad Eur. Ion. 457. 1529. et Vossii Mythol. Briefe P. II. p. 32. — Πολιάς· non Athenis solum, sed et alibi, e. g. Spartae et in Creta, colebatur Minerva Πολιὰς sive Πολιοῦχος. Commune ei erat hoc cognomen cum Iove, qui Πολιεὺς dicebatur. Phurnutus: Ἐρυσίπολις αὐτὴ καὶ Πολιὰς ὠνομάσθη, ὥςπερ δὴ καὶ ὁ Ζεὺς Πολιεύς· ἐπίσκοποι γὰρ ἀμφότεροι τῶν πόλεων.

V. 135. Quum Ulixes abiret, chorus accessit, quem usque adhuc a scena remotum fuisse vel ex Neoptolemi verbis v. 144 sqq. intelligitur.

V. 136. Schol.: ὑπόπταν· ἀντὶ τοῦ ἐμὲ φανερὸν γεγονότα, καὶ ἐλθόντα εἰς ὄψιν. Ἢ τὸν Φιλοκτήτην, τὸν ὑφ' ἡμῶν κατασκοπούμενον. Ἄλλως· πρὸς τὸν

φράζε μοι. τέχνα γὰρ τέχνας ἑτέρας προὔχει,
καὶ γνώμα, παρ' ὅτῳ
τὸ θεῖον Διὸς σκῆπτρον ἀνάσσεται.
σὲ δ', ὦ τέκνον, τόδ' ἐλήλυθεν
πᾶν κράτος ὠγύγιον· τό μοι ἔννεπε,
τί σοι χρεὼν ὑπουργεῖν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

νῦν μὲν ἴσως γὰρ τόπον ἐσχατιαῖς

V. 148. Semel moneo ἀεὶ me et hic et ubique pro αἰεί etiam invitis codd. restituisse.

ὑφορώμενον ἡμᾶς ἄνδρα τί δεῖ λέγειν, ἢ σιωπᾶν; Ultima vera explicatio est. Dicit chorus Philoctetam suspicacem, quod verebatur, ne ille insidias sibi fieri ab advenis suspicaretur. De usu verbi στέγειν cfr. Reisig. Coni. in Arist. p. 15 sq.

V. 137 — 139. Schol.: τέχνα γὰρ τέχνας· τοῦτο ἐν τῷ καθόλου· ἡ γὰρ τέχνη, φησί, καὶ ἡ γνώμη τῶν βασιλέων προὔχει τῶν ἄλλων τεχνῶν. Structura verborum igitur haec est: τέχνας γὰρ ἑτέρας καὶ γνώμας προὔχει τέχνα καὶ γνώμα ἐκείνου, παρ' ὅτῳ etc. Similis pronominis ellipsis infra est v. 662. ἔστι τε θέμις (σοὶ), ὃς etc., 957. παρέξω δαῖτα (ἐκείνοις), ὑφ' ὧν ἐφερβόμην. et 1364. ἡμᾶς τ' ἀπείργειν (τούτων), οἵ γέ σου καθύβρισαν.

V. 139 sq. παρ' ὅτῳ τὸ θεῖον Διὸς σκῆπτρον ἀνάσσεται] Schol.: ὑφ' ᾧ ἐστι τὸ θεῖον σκῆπτρον. Pro eo, quod prosae orationis scriptor dixisset, παρ' ὅτῳ — ἔστιν, maluit poeta significantiore verbo ἀνάσσεται membrum finire, deflectens ab inchoata structura. Sic infra 1134. (1112.) ἐν μεταλλαγᾷ ἀνδρὸς ἐρέσσει, ad quos locos vide quae dixi. Similiter Electr. 104 sq. ἀλλ' ἀπὸ τῶν μετρίων ἐπ' ἀμήχανον ἄλγος ἀεὶ στενάχουσα διόλλυσαι, ubi vide notam. Ἀνάσσεσθαι σκῆπτρον autem eodem iure dici potuit, quo Virg. Aen. I, 340. dixit: imperium Dido regit. Ceterum sceptrum Iovis dicitur, quod a Iove regibus dari antiquitus putabatur. Cfr. Hom. Il. ι, 38, 98, 99.

V. 141 sq. σὲ — ἐλήλυθεν] ad te venit; vid. Matthiae §. 409. 4. a. — πᾶν κράτος proprie omnis potestas, latine summa potestas. Sic Xen. Cyrop. VII, 2, 22. εἰς πάντα κίνδυνον ἐλθεῖν, in summum periculum venire. Sic infra 397. ὕβρις πᾶσα. 1164. εὐνοίᾳ πάσᾳ. ὠγύγιον, i. e. ἀρχαῖον, quam antiquissimi maiores tui habuerunt. Cfr. Blomf. Gloss. ad Aesch. Sept. c. Th. v. 310., Soph. O. C. 1770., et Eur. Phoen. 1113.

V. 142. De τὸ, more epico pro διὰ τοῦτο, vel διὸ posito, vid. Matth. §. 291. c. p. 585.

V. 144 sq. Schol.: τόπον ἐσχατιαῖς· τὸν ἐπὶ τῷ ἐσχάτῳ τόπον. Ceterum longe plura quam quae Matth. §. 423. attulit verba intransitiva a poetis maximeque a tragicis transitivorum instar cum simplici accusativo iunguntur. In iis et κεῖσθαι τόπον est, nobis, einen Ort beliegen, [?] et haec: ἕζεσθαι ζυγόν Soph. Ai. 249.

προσιδεῖν ἐθέλεις ὅντινα κεῖται,
δέρκου θαρσῶν· ὁπόταν δὲ μόλῃ
δεινὸς ὁδίτης τῶνδ' ἐκ μελάθρων,
πρὸς ἐμὴν ἀεὶ χεῖρα προχωρῶν
πειρῶ τὸ παρὸν θεραπεύειν.

ΧΟΡΟΣ.

ἀντιστροφὴ α'.

μέλον πάλαι μέλημά μοι λέγεις, ἄναξ,

V. 150. Omisi cum Brunckio codicis R auctoritate *τὸ σόν*, quae verba male revocavit Herm., qui *μέλον* exturbavit.

ἵζεσθαι κρήνας Eur. Iph. Aul. 141. *ἵζειν νάπος* Bacch. 1046. Ion. 1314. *θάσσειν ἕδρας* Soph. O. R. 161. Eur. Ion. 91. 1214. *θοάζειν ἕδραν* Soph. O. R. 2. *χωρεῖν ναῦν* Arist. Lysistr. 605. Eur. Ion. 1593. *στείχειν δόμους* Soph. O. C. 634. 1540. *ἱέναι ἀγκῶνας* Ai. 805. *θρώσκειν* et *πηδᾶν τόπον* Ai. 30. Eur. Bacch. 307. 872.

V. 147. Schol.: *νῦν μέν, φησίν, εἰσελθὼν ὅρα τὸν τόπον· ἐπὰν δὲ ἔλθῃ, τότε σὺ τῶν μελάθρων ἀποστὰς ὑπηρέτει μοι πρὸς τὴν παροῦσαν χρείαν.* Improbat hanc explicationem Herm., ipse hanc esse loci sententiam dicens: „quum autem veniet metuendus vir, qui ex hoc antro abiit. Nihil enim obstat, quod chorus mox quaerit, forisne sit Philoctetes an intus. Consentaneum est enim ignota et latebris plena loca adeuntem timere, ne ille tamen alicubi lateat.“ Simplicius tamen et chori, quae sequitur, interrogationi accommodatius puto verba in hunc sensum dicta accipere: quum vero venerit metuendus viator, qui est ex hoc antro, id est, qui hoc antrum incolit. Cfr. Thucyd. I, 8. *οἱ γὰρ ἐκ τῶν νήσων κακοῦργοι ἀνέστησαν ὑπ' αὐτοῦ*, et Musaeus v. 153., quem locum Wak. iam attulit, *παρθένος οὔ σε λέληθεν ἀπ' Ἀρκαδίης Ἀταλάντη.*

V. 148. Schol.: *ὥσπερ ἐγὼ προχωρῶ, οὕτως ἀκολουθῶν πειρῶ με θεραπεύειν ἀεί· κυρίως δὲ ἐστιν ἀκούειν τὸ προχωρῶ, οἷον, ὡς ἂν ἐγὼ προστάσσω, τοῦτον τὸν τρόπον ποιῶν.*

V. 149. *τὸ παρὸν θεραπεύειν*] in omni re, quae agenda est, succurrere.

V. 150 sq. Scholiastes: *μέλον πάλαι μέλημα· ἀντὶ τοῦ, πρᾶγμά μοι λέγεις ἐκ πολλοῦ μοι μεμεληκός, τὸ φρουρεῖν τὸ σὸν ὄμμα, καὶ τὴν ἀπὸ σοῦ εὐκαιρίαν. τὸ σὸν φρουρεῖν ὄμμα· τὰ σὰ νεύματα φυλάττειν.* „Br., Ged., et Buttm. cum Tricl. recensione *τὸ σὸν* omiserunt, interpretis ea esse verba rati: nam potius *ἐμὸν* requiri. Ea ratione nihil difficilius atque obscurius excogitari potuit. Nam neque *ὄμμα* pro *ὄμματι* dici licet, neque *φρουρεῖν ὄμμα*, si id significare volunt suum ipsius oculum custodire, ne scilicet negligens sit, carere potest pronomine *ἐμόν*; et tamen vel addito obscure esset molesteque dictum. Tuum, inquit, vultum et nutum observare, ita ut maxime tibi opportunum est.“ Haec Hermannus, contra quem primum denuo moneo: si quis dicatur *φρουρεῖν ὄμμα τινός*, perinuti-

φρουρεῖν ὄμμ' ἐπὶ σῷ μάλιστα καιρῷ·
νῦν δέ μοι λέγ' αὐλὰς ποίας ἔνεδρος ναίει,
καὶ χῶρον τίν' ἔχει.
τὸ γάρ μοι μαθεῖν οὐκ ἀποκαίριον,
μὴ προςπεσών με λάθῃ ποθὲν,
τίς τόπος, ἢ τίς ἕδρα, τίν' ἔχει στίβον,
ἔναυλον, ἢ θυραῖον.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οἶκον μὲν ὁρᾷς τόνδ' ἀμφίθυρον

V. 156. Sic cum Hermanno scripsi. Libri *μή με λάθῃ προςπεσών ποθεν.* Brunck. pro *προςπεσὼν* dedit *πελάσας.*

V. 166. *σμυγερὸν σμυγερῶς.* Mendose vulgo legitur *στυγερὸν στυγερῶς.* In scholiis malum malo cumulatum, quum adverbium per *ἐπιμόνως* exponatur. Scriptum oportuit *σμυγερῶς, ἐπιπόνως.* Hesych. *σμυγερὸν, ἐπίπονον, οἰκτρόν, μοχθηρόν. σμυγερῶς, ἐπιπόνως.* Eustath. p. 1463. *ἔστι δε σμυγερῶς τὸ ἐπιπονως, ὀδυνη-*

liter addi fieri hoc *ἐπὶ τῷ ἐκείνου μάλιστα καιρῷ·* deinde *φρουρεῖν ὄμμα τινός,* vultum et nutum observare alicuius, locutionem esse nullo veterum scriptorum testimonio confirmatam. Contra *φρουρεῖν ὄμμα,* sic ut oculus significetur eius, qui dicitur *φρουρεῖν,* locutio est ab ipso Sophocle Trach. 914 sq., ubi scriptum: *κἀγὼ λαθραῖον ὄμμ' ἐπεσκιασμένη φρούρουν,* usurpata hoc sensu: vigilem oculum habere, oculo attentum esse. Sic in eadem illa fab. v. 225. dictum: *ὁρῶ, φίλαι γυναῖκες, οὐδέ μ' ὄμματος φρουρὰ παρῆλθε, τόνδε μὴ λεύσσειν στόλον.* Haec autem sententia quum huic loco egregie conveniat, faciatque, ut nihil inutiliter adiectum appareat, non dubitavi verba *τὸ σόν* omittere, quae facillime ab interprete, insolentioris huius locutionis ignaro, potuisse addi in promptu videre est. Itaque hoc dicit chorus: rem praecipis, quae dudum mihi curae fuit, ut oculum vigilem habeam ad tuum maxime commodum.

V. 152 sq. *αὐλὰς* et *ἕδραν* ad habitationem sollemnem Philoctetae, *χῶρον* et *τόπον* ad locum, in quo quum maxime versatur, referenda sunt; quare *αὐλὰς ναίει* etiam adiectum habet *ἔνεδρος,* ut incola, inhabitans. MATTH.

V. 156. Post *ποθὲν* inde a Turnebo male posita est plena interpunctio. Edd. vett. recte commate interpungunt. Cohaerent enim sequentia cum infinitivo *μαθεῖν.* Aliter bis eadem interrogaret chorus. HERM. Nihilominus negari nequit, esse in hac chori oratione (a v. 152 — 158.) nimiam quandam verborum copiam.

V. 157. *τίν' ἔχει στίβον*] id est *ποῦ στείβεται, ποῦ στείχει.* Schol.: *ἔναυλον ἢ θυραῖον· ἐντὸς ἢ ἐκτός.* — *θυραῖος* legitur etiam in Ai. 793 sq., ibique ei eodem fere sensu, quo hic *ἔναυλος,* opponitur v. 796. *σκηνῆς ὕπαυλος.* MATTH.

V. 159 sq. Recte se habet *μὲν* particula, quam Wak. de-

πετρίνης κοίτης.

ΧΟΡΟΣ.

ποῦ γὰρ ὁ τλήμων αὐτὸς ἄπεστιν;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

δῆλον ἔμοιγ', ὡς φορβῆς χρείᾳ
στίβον ὀγμεύει τόνδε πέλας που.
ταύτην γὰρ ἔχειν βιοτῆς αὐτὸν
λόγος ἐστὶ φύσιν, θηροβολοῦντα
πτηνοῖς ἰοῖς σμυγερὸν σμυγερῶς,

ρῶς, καὶ ὡς εἰπεῖν καυστικῶς. ἀπὸ τοῦ σμύχω τὸ καίω, ὅθεν τὸ σμύξαι πυρὶ νῆας. (Ἰλ. ι, 653.) τοῦ δὲ σμύχω δεύτερος ἀόριστος ἔσμυγον, ὅθεν τὸ σμυγερόν. Nihil verius hac emendatione. BRUNCK. Eoque minus eam recipere dubitavi, cum in codice Laur., ex quo nuper scholia ab Elmsleio edita sunt, id ipsum scriptum reperiatur, quod Br. coniecit, σμυγερῶς· ἐπιπόνως. Ceterum de origine vocis σμυγερός cfr. Buttm. Gr. ampl. T. I. p. 450.

lendam putavit. Nam apodosin, quam in mente habuit Neoptolemus, quum haec diceret, occupavit choragus, ipse vero Philoctetes ubi esset, interrogans. Similiter v. 1. ἀκτὴ μὲν etc. οἶκον ἀμφίθυρον i. q. v. 15. δίστομος πέτρα. Insolentius autem nomini κοίτης adiunctum est adiectivum πετρίνης, quod cum nomine οἴκου debebat coniungi. Hoc enim dicit Neoptolemus: domicilium saxeum hoc, quod vides, pervium, cubile eius est. Vide ad 1123 sq. (1101 sq.).

V. 161. ποῦ — ἄπεστιν] ubi ipse miser ille est, qui non est intus? Ceterum haec choragus videtur dixisse, postquam ad speluncam propius accesserat eamque vacuam viderat.

V. 163. Schol.: ὄγμος, ἡ ἐπὶ στίχον φυτεία· νῦν δὲ ἀντὶ τοῦ ἐφεξῆς πορεύεται. Suidas: ὄγμος, ἡ κατὰ στίχον ἔφοδος τῶν θεριστῶν. Hermannus: „ὀγμεύειν στίβον est viam deinceps prosequi, similitudine a metentibus repetita.“ Buttm. τόνδε πέλας που explicat: hic alicubi in vicinia. Cfr. v. 41. 42.

V. 163 sq. ἔχειν βιοτῆς φύσιν] consuetudinem vitae habere.

V. 166. Brunck. edidit σμυγερὸν σμυγερῶς, contra omnes libros. Nihil mutandum erat. Nam στυγερός saepe apud tragicos nihil aliud quam tristem vel infelicem significat. Sic στυγερὰ ζωὰ apud Eur. El. 121. Sic ὁδός apud Aesch. S. c. Th. 341., μοῖρα in Pers. 912., et Μοῦσα in Eum. 308. HERM. Horum locorum nullus est, in quo non στυγερός ita explicari possit, ut id, quod invisum, detestabile, horribile sit, significet. Neque ego unquam hominem legi στυγερὸν dictum, cuius misera vitae conditio. Itaque nihil certius, quam scriptum fuisse a Sophocle, quod ego cum Br. restitui, quodque loci sententiae accommodatissimum est. Cfr. v. 286 — 297.

V. 166 sq. Schol.: παιῶνα κακῶν interpretatur θεράπειαν, ἐπινωμᾶν autem ἐξεν-

οὐδέ τιν' αὐτῷ
παιῶνα κακῶν ἐπινωμᾶν.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ β'.

οἰκτείρω νιν ἔγωγ', ὅπως,
μή του κηδομένου βροτῶν
μηδὲ σύντροφον ὄμμ' ἔχων,
δύστανος, μόνος ἀεί,
νοσεῖ μὲν νόσον ἀγρίαν,
ἀλύει δ' ἐπὶ παντί τῳ

V. 180. Male Brunck. aliique pro οἴκων ex Suida in v. λασίοις receperunt ἥκων. Et est in duobus optimis Suidae codicibus recte οἴκων scriptum.

V. 183. Falso Herm. laborare metrum dicit, quod longam in fine versus syllabam requirat. Primum enim saepe glyconei brevi terminantur syllaba; cfr. Seidler. ad Eur. El. 207. et me

ρίσκειν. Et profecto alibi, quod sciam, semper activum est ἐπινωμᾶν: vide Ant. 139., Aesch. S. c. Th. 733., Ag. 791., Eum. 311., Eur. Phoen. 1557. Significat hoc verbum distribuere, attribuere, versare. Inprimisque Euripidis locus videtur cum Sophoclis verbis comparari posse, εἰ τὰ τέθριππά γ' ἐς ἅρματα λεύσσων Ἀελίου, τάδε σώματα νεκρῶν ὄμματος αὐγαῖς σαῖς ἐπενώμας. Hinc servandum putavi αὐτῷ, ut ἐπινωμᾶν sit circumspicere, atque animo versare, unde nanciscatur medicum malorum. HERM. Quae interpretatio mihi quidem minime apta huic loco videtur, in quo, id quod vel ex proximo chori carmine patet, Neoptolemus non hoc potest dicere, Philoctetam nullum quaerere remedium malorum, sed nullum invenire malorum medicum. Itaque non dubito, quin ἐπινωμᾶν hic aut admovendi i. e. parandi, aut, quo sensu αὐτῷ scribendum esset, accedendi significatum habeat. Hoc posteriori significatu infra 717. (704.) προσνωμᾶν usurpatum est. Vide Lobeck. ad Ai. p. 310.

V. 167. παιών saepius medicum significat, ut ap. Aristoph. Plut. 636., ubi vide interpp.; sensu quoque metaphorico ut ap. Aesch. Ag. 99. παιὼν γενοῦ τῆσδε μερίμνης, et παιώνιος λόγος ap. Longin. 16. Atque sic infra 852. chorus ad somnum tanquam ad medicum, ἴθι μοι παιών. Cfr. Suid. et Hesych. GED.

V. 169. Schol.: ἐλεῶ, φησίν, αὐτόν, πῶς δύναται διάγειν, μήτε συνοικῶν τινι, μήτε κηδόμενόν τινα ἔχων.

V. 171. Schol.: μηδὲ ὁρῶν εἰς ἄνθρωπον σύνοικον. Male haec ita interpretantur, ac si μή του κηδομένου βροτῶν sint genitivi absoluti. Hoc dicit: miseret me eius, quomodo nullius qui eum curet ne aspectum quidem vicinum habens, saevo isto morbo laborat. HERM.

V. 174. Schol.: ἀλύει δὲ ἐπὶ παντί· ἐπὶ παντὶ ἐν χρείᾳ γινομένῳ ἀπορεῖ. ἢ ὁπηνίκα χρείας καλέσῃ καιρός, ἀδημονεῖ διὰ τὸ πάντων ἀπορεῖν. Aristides T. I. p. 34. (59. Dind.) τί δ' ἂν εἴποις τὴν

χρείας ἱσταμένῳ. πῶς ποτε, πῶς δύςμορος ἀντέχει;
ὦ παλάμαι θνητῶν,
ὦ δύστανα γένη βροτῶν,
οἷς μὴ μέτριος αἰών.

ἀντιστροφὴ β'.

οὗτος πρωτογόνων ἴσως
οἴκων οὐδενὸς ὕστερος,
πάντων ἄμμορος ἐν βίῳ
κεῖται μοῦνος ἀπ' ἄλλων
στικτῶν ἢ λασίων μετὰ

in Advers. p. 117. sqq.; deinde nec in eo ulla potest esse offensio, quod brevis illa syllaba praepositionis syllaba finalis est. Nam quum in fine trimetrorum iambicorum, qui recitati sunt, saepe Sophocles praepositionem posuerit in brevem syllabam exeuntem (cfr. huius fab. 626. O. R. 555. O. C. 312. Trach. 557.), multo magis id licitum debebat esse in versibus glyconeis, quos decantatos esse constat.

περιβόητον κλῆσιν ἔν τε δὴ κωμῳδίαις καὶ τραγῳδίαις καὶ πᾶσι λόγοις· ἔτι καὶ νῦν παντὸς, ὡς εἰπεῖν, ὦ Ἡράκλεις βοῶντος ἐπὶ ἅπαντι τῷ χρείας ἱσταμένῳ; τοῦτο δὴ τοῦ Σοφοκλέους. Hermannus παντὶ τῷ scripsit, sensumque hunc esse monuit: ἀλύει ἐπὶ πάσῃ τῇ παρούσῃ χρείᾳ.

V. 176. Schol.: ὦ παλάμαι θνητῶν· ὦ τέχναι καὶ γνῶμαι. Τοῦτο θαυμάζων τὸν Φιλοκτήτην φησὶ, πῶς μόνος ὢν ἐξευρίσκει τὰ πρὸς τὴν ζωὴν ἑαυτῷ. Rectius Erf. videtur explicasse: quam parum valent artes mortalium ad pellendas miserias et morbos.

V. 178. Schol.: οἷς μὴ μέτριος αἰών· οἷς ὁ βίος οὐκ ἔχει τῶν κακῶν μέτρον. Μὴ μέτριος αἰὼν dicitur hic vita malis modum excedens, alibi rebus secundis nimia. HERM.

V. 179. Schol.: πρωτογόνων· εὐγενῶν. Non recte, ut arbitror. Est potius πρωτόγονος, qui prius est genitus, ideoque πρωτόγονοι priores, maiores. Sic ap. Eur. Hec. 458. πρωτόγονος φοῖνιξ, et ap. Aesch. Pers. 568. πρωτόμοροι, qui prius fato functi sunt. — οἶκοι autem saepissime a tragicis familiae dicuntur. Cfr. Antig. 594. Λαβδακιδᾶν οἴκων. Eur. Androm. 13.

V. 180. Nescio, cur Buttm. οὐδενὸς ὕστερος οἴκων pro οὐδενὸς ὕστερος τῶν ἐξ οἴκων accipiendum putet, quam duriorem structuram non dedecere ait sermonem lyricum; ut videatur ad οὐδενὸς intellexisse οἴκου. At tu οὐδενὸς intellige ἀνδρός. Nam eodem modo, quo in Eur. Ion. 1073. τῶν εὐπατριδᾶν γεγῶσ' οἴκων, sic ἀνὴρ πρωτογόνων οἴκων, et proinde etiam οὐδεὶς πρωτογόνων οἴκων, nempe ἀνήρ, dictum est. HERM.

Ibid. οὐδενὸς ὕστερος. Sic Ant. 746. ὦ μιαρὸν ἦθος καὶ γυναικὸς ὕστερον.

V. 183. στικτὸς voc. proprium de maculosis animalibus eorumque pellibus. Noster El. 568. στικτὸς ἔλαφος. Eur. Bacch. 790. νεβροῦ στικτὸν δέρας. [Adde O. C. 1092. πυκνοστίκτων ἐλάφων]. Vid. Schneid. ad Oppian. Cyneg. II, 403. Virg. Aen. I, 327. maculo-

θηρῶν, ἔν τ' ὀδύναις ὁμοῦ
λιμῷ τ' οἰκτρός, ἀνήκεστα μεριμνήματ' ἔχων· βαρεῖ-
α δ' ἀθυρόστομος
ἀχὼ τηλεφανὴς πικρᾶς
οἰμωγᾶς ὑπόκειται.

V. 185. Boeckhius de metris Pindari p. 323. pro librorum omnium scriptura ἔχων· βαρεῖα δ' legendum ἔχων βαρεῖ. ἁ δ', Hermannus ἔχων βάρη. ἁ δ' putavit. Neutram probari coniecturam posse in annotatione docui. Praeterea Boeckhianum βαρεῖ

sa lynx. Ovid. Met. III, 197. maculoso vellere cervi. Quare satis mirari non possum, quod Heath. et Musgr. probarunt rationem Stanleii ad Aesch. S. c. Th. 783. propositam, στικτοὺς θῆρας de avibus pictis s. variis intelligendum esse, cum στικτὸς nusquam de avibus dicatur et praeterea suavis ac grata avium pictarum imago ab hoc loco alienissima sit. MATTH.

V. 184 sq. ἔν τ' ὀδύναις ὁμοῦ λιμῷ τ' οἰκτρός dictum est pro οἰκτρὸς ὀδύναις, ἐν αἷς ἐστιν. Sic v. 312. ἐν λιμῷ τε καὶ κακοῖσι βόσκων τὴν νόσον. et v. 1160. τρέφεσθαι ἐν αὔραις explicanda sunt.

V. 185. Quod Hermannus scripsit ἀνήκ. μ. ἔχων βάρη. ἁ multis de causis pro vera scriptura haberi nequit. Explicat ille ita, ut μεριμνήματ' ἔχων dictum pro μεριμνῶν putet sensusque sit: immedicabile curans malum. At neque βάρη unquam numero plurali dictum, neque coniunctum cum adiectivo ἀνήκεστος, cui vel propter notionem suam adiungi nequit. Non minus ab omni usu loquendi abhorret, quod ἀνήκεστα non ad id nomen, ante quod positum, μεριμνήματα, sed ad illud, ad quod nemo auditorum referre poterat, pertinere statuit. Denique ne illud quidem Graecum esse, μεριμνήματα ἔχων βάρος pro μεριμνῶν βάρος, mihi persuadebitur, antequam aptiora et similiora huius locutionis exempla allata fuerint, quam quae Pors. ad Phoen. 300. et Seidl. ad Iph. T. 1061. memorarunt. Postremo μεριμνῶν βάρος inaudita locutio est. Immo nihil certius, quam Sophoclem ἀνήκεστα μεριμνήματα coniunxisse. Sunt autem μεριμνήματα sollicitudines, quibus urgebatur Philoctetes, quod et victus inopia laborabat neque morbo gravissimo mederi poterat. Hae dicuntur ἀνήκεστοι, quod liberari eis non potuit, quippe ad quem οὐδεὶς παιὼν κακῶν ἐπιτώμα, quemadmodum ἄλγος ab Hom. Il. ε, 394. dictum ἀνήκεστον est. — Postremo propterea neque Hermanni mutatio neque Boeckhii, qui βαρεῖ· ἁ scripsit, ut βαρεῖ ad λιμῷ referretur, tolerari potest, quod articulus ἁ totius loci sententiam corrumpit. Is enim si nomini ἀχώ additur, non id chorus dicit, quod dici ab eo debere totius loci sententia docet, graves etiam Philoctetam gemitus edere solere, sed praedicat aliquid de echo, tanquam de re nota, vel de sonitu gemituum eius, cuiusque sint generis describit. Itaque retinenda necessario scriptura vulgata βαρεῖα δ' ἀθ. etc., ita

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὐδὲν τούτων θαυμαστὸν ἐμοί·
θεῖα γάρ, εἴπερ κἀγώ τι φρονῶ,
καὶ τὰ παθήματα κεῖνα πρὸς αὐτὸν
τῆς ὠμόφρονος Χρύσης ἐπέβη,

ad λιμῷ relatum facit, ut sententia languidum exitum habeat. Si longa ante ἀθυρόστομος syllaba necessaria est, quod putant viri illi docti, sed minime affirmare iam pro certo possumus, metro consulueris scribendo βαρείας δ' etc.

ut βαρεῖα cum ἀχὼ coniungatur, quae verba etiam Eur. Hipp. 791. composuit. Vide et v. 208. βαρεῖα αὐδά.

V. 186. Schol.: ἀθυρόστομος· πολυλάλητος, μὴ εἰργομένη τοῦ φθέγγεσθαι· ἀθυρόστομον δὲ εἶπεν τὴν ἠχώ, ἐπεὶ πρὸς πάντας ἀντιφθέγγεται. Ὁ δὲ νοῦς· ἀεὶ δὴ ὀδυρομένου αὐτοῦ, ἠχὼ πρὸς τὸν ὀδυρμὸν ἀντιφθέγγεται. — Ego ἀθυρόστομος poetice pro ἀεὶ dictum puto.

V. 187. τηλεφανὴς hic quae procul auditur: nam sensuum vocabula permutat poetarum acumen, ut mox 202. προὐφάνη κτύπος, 216. τηλωπὸς ἰωά. BUTTM.

V. 188. Hermanni correctio οἰμωγᾶς ὑπ' ὀχεῖται ferri nequit. Nam si ἠχὼ hoc sensu accipitur, ut repercussionem soni denotet, neque ὀχεῖσθαι potuit dici, neque, quod multo minus ferendum, ὑπὸ πικρᾶς οἰμωγᾶς ὀχεῖσθαι; sin sonitus significatum habere putatur, recte quidem is vehi, id est ferri, diffundi dicitur, sed inepta sunt verba ὑπὸ πικρᾶς οἰμωγᾶς. Nam sonitum non posse dici a gemitu alicuius ferri, nemo non intelligit. Ego retinui vulgatum ὑπόκειται, non quo profectum id a Sophocle esse contendam, sed quod non venit in mentem quod scriptum ab eo esse probabilius sit. Et hoc quidem certissimum puto, genitiv. πικρᾶς οἰμωγᾶς pendere a subst. ἠχώ, et τηλεφανὴς cum verbo ὑπόκειται vel si quod aliud posuit Sophocles coniungi debere, sensumque loci hunc esse: et semper acerbos gemitus edit ita, ut repercussi (a rupibus, quibus cinctus erat) ex longinquo audiantur. Cfr. 695. 1458 sq.

V. 191. καὶ — καὶ sibi respondent. θεῖα τὰ παθήματα sunt mala a Diis immissa. Sic in Ai. 186. θεία νόσος morbus est a Diis immissus. Cfr. huius fab. 1039. 1326. Genitivus τῆς ὠμ. Χρύσης pendet a παθήματα; sic Eur. Med. v. 1251. μάταν μόχθος ἔῤῥει τέκνων, frustra fuit labor, quem pepererere liberi. Adde infra v. 423. τὰ κείνων κακά mala orta ab illis. v. 511 sq. τὸ κείνων κακόν. v. 1116. πότμος δαιμόνων. Ant. 10. τῶν ἐχθρῶν κακά. Cfr. Ast. ad Plat. Phaedr. p. 261. et Matth. §. 375. c. Significatur autem nomine παθήματα vulnus, quod serpentis morsu accepit Philoctetes, aram Chrysae investigans Graecisque ostendens. Cfr. 1326 sqq. et Argumentum.

Ibid. πρὸς αὐτὸν — ἐπέβη dixit, quod non solum accesserunt ad eum, sed eum etiam invaserunt. Cfr. O. R. 1300. et Advers. mea p. 55 sq.

καὶ νῦν ἃ πονεῖ δίχα κηδεμόνων,
οὐκ ἔσθ' ὡς οὐ θεῶν του μελέτῃ,
τοῦ μὴ πρότερον τόνδ' ἐπὶ Τροίᾳ
τεῖναι τὰ θεῶν ἀμάχητα βέλη,
πρὶν ὅδ' ἐξήκοι χρόνος, ᾧ λέγεται
χρῆναί σφ' ὑπὸ τῶνδε δαμῆναι.

στροφὴ γ'.

ΧΟΡΟΣ.

εὔστομ' ἔχε, παῖ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί τόδε;

ΧΟΡΟΣ.

προὐφάνη κτύπος,

V. 200. Hermannus hic et deinceps in hoc carmine pro chori nomine ex coni. hemichorii nomen posuit; nam hemichoria duo, vel potius eorum duces haec canere ex eo intelligi addit, quod antistropham alia persona ordiri debeat, quam quae finisset stropham. Nihilominus chori nomen contra codd. aucto-

V. 193. *καὶ νῦν ἃ* etc.] quod desertus ab omnibus novem annos Lemni morbo saevissimo laboravit miserrimamque vitam degit.

V. 194. Ad *οὐκ ἔσθ' ὡς οὐ* ex praecedentibus repetendum *πονεῖ*.

V. 195. *τοῦ μή*, quo minus. Cfr. Buttm. Gr. §. 127. Observ. 1.

V. 196. *τεῖναι — βέλη*] abusive, nam proprie solus arcus tenditur. Ita etiam Virg. Aen. IX, 590. intendisse sagittas, et pleniore phrasi Hor. Od. I, 29, 9. Doctus sagittas tendere sericas arcu paterno. WAKEF.

Ibid. *θεῶν* ad Apollinem spectat, a quo arcum et sagittas accepisse ferebatur Hercules; vid. Diod. Sic. IV, 14. Apollod. II, 4, 11. §. 9. HERM.

V. 197. Miror Hermannum *ἐξήκοι* interpretari effluxerit; quo significatu etsi vulgo *ἐξήκω* dicitur, tamen hic usurpatum esse credi nequit. Nam exacto tempore, quo Troia Herculis sagittis expugnanda erat, ineptum fuisset, adversus urbem tela dirigere. Itaque ut saepe *ἐξέρχεσθαι* et *ἐξικνεῖσθαι* perveniendi notionem habent, ipsumque *ἐξήκειν* apud Soph. Trach. 1157. habet, ita hic quoque *ἐξήκειν* significare advenire puto. Et sic iam Schol.: *πρὶν ἐλθεῖν χρόνον, ἐν ᾧ εἵμαρται αὐτὴν πορθηθῆναι.*

V. 199. Schol.: *εὔστομ' ἔχε παῖ· εἰώθασιν οὕτω λέγειν ἀντὶ τοῦ σιώπα. Τοῦτο δὲ φησὶν ὁ Χορὸς, κτύπον ἀκούσας ἐπερχομένου τοῦ Φιλοκτήτου, καὶ στένοντος κατὰ τὴν πορείαν διὰ τὸ*

φωτὸς σύντροφος ὡς τειρομένου του,
ἤ που τῇδ' ἢ τῇδε τόπων.
βάλλει, βάλλει μ' ἐτύμα,
φθογγά του στίβου κατ' ἀνάγ-
καν ἕρποντος, οὐδέ με λά-
θει βαρεῖα τηλόθεν αὐ-
δὰ τρυσάνωρ· διάσημα γὰρ θρηνεῖ.

ἀντιστροφὴ γʹ.

ΧΟΡΟΣ.

ἀλλ' ἔχε, τέκνον,

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

λέγ' ὅ τι.

ΧΟΡΟΣ.

φροντίδας νέας·

ritatem mutandum non putavi. Vide quae ad 393. (389. meae ed.) monui.

V. 201. Του Porsono auctore in Add. ad Eur. Hec. 1169. cum Erf., Schaef., Herm., et Dind. addidi.

V. 207. Quod dudum coni. θρηνεῖ pro librorum scriptura θροεῖ nunc cum G. Dindorfio recepi.

ἄλγος. De voce εὔστομα Musgr. interpp. ad Herod. II, 171. conferri iubet.

V. 200 sq. Schol.: φωτὸς σύντροφος· φωνῆς τῆς συντραφείσης αὐτῷ· δῆλον δὲ, ὅτι κακῆς καὶ οἰμωκτικῆς, ὡς κατὰ τὸ σύνηθες αὐτοῦ τειρομένου. Immo sensus est: auditus est strepitus, ut is est, qui proprius est viri alicuius laborantis etc. Cfr. v. 33.

V. 203. βάλλει φθογγά] Cfr. Wak. Hom. Il. κ, 535., Virg. Georg. IV, 340. Aen. VIII, 582. Lucan. II, 33.

V. 203 sq. Male plerique editores φθογγὰ putarunt vocis significationem hic habere; quo facto nihil haec a sqq. οὐδέ με λάθει etc. differrent. Immo strepitum nunc denotat. Ceterum verba sequentia sic putat Herm. iungenda: του ἕρποντος κατ' ἀνάγκαν στίβου, haec annotans: „Saepius ἀνάγκη cum genitivo consociatur rei, cuius est necessitas molestiaque intelligenda, ut ὠδίνων ἄναγκαι. Itaque hoc dicit: verus ad me accidit sonitus cuiuspiam gravi laboriosoque incessu ingredientis.“ De laborioso isto incessu ipse conqueritur Philoctetes v. 290 sqq.

V. 206. τηλόθεν αὐδά, i. e. τηλόθεν οὖσα. Sic Ai. 204. τοῦ Τελαμῶνος τηλόθεν οἴκου. — τρυσάνωρ recte Schol. explicat: ἐπίπονος, ἡ καταπονοῦσα τὸν ἄνδρα.

V. 208 sq. Schol.: φροντίδας νέας· τὸ ἑξῆς· ἔχε φροντίδας νέας· οἷον, καινότερόν τι βούλευσαι, τί πρὸς αὐτὸν ἐρεῖς.

ὡς οὐκ ἔξεδρος, ἀλλ' ἔντοπος ἀνήρ,
οὐ μολπὰν σύριγγος ἔχων,
ὡς ποιμὴν ἀγροβότας,
ἀλλ' ἤ που πταίων ὑπ' ἀνάγ-
κας βοᾷ τηλωπὸν ἰω-
άν, ἢ ναὸς ἄξενον αὐ-
γάζων ὅρμον· προβοᾷ τι γὰρ δεινόν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ἰὼ ξένοι,

V. 210. Male Brunck. ὡς delevit, ut versus esset anapaesticus, responderetque strophico, ut is vulgo legebatur. Non est enim, ut recte iam monuit Herm., metro anapaestico hic locus.

V. 216. Herm. mutato ordine ὅρμον αὐγάζων scripsit, quo mihi metrum videtur violari. — Ceterum τι γάρ pro librorum scriptura γάρ τι scribendum esse docui in Adv. p. 60. allato

V. 210. Schol.: οὐκ ἔξεδρος· οὐ μακράν, ἀλλ' ἐγγύς, καὶ ἐπὶ τόπου. — Ἔντοπος· ἐγγύς.

V. 211. Schol.: οὐ μολπὰν σύριγγος ἔχων· οὐ βοᾷ τερπόμενος σύριγγι, ὡς ποιμήν. Consueta tragicis locutio, qua μολπὰν ἔχειν pro μέλπεσθαι dicunt.

V. 213 sq. Schol.: ἀλλὰ τάχα προσκόπτων ὑπὸ τῶν βασάνων βοᾷ. Iunge βοᾷ ὑπ' ἀνάγκας, vociferatur prae dolore. Vid. Gramm. §. 134. p. 551. BUTTM. Matthaei de vi locutionis ὑπ' ἀνάγκας conferri iubet Wessel. ad Diod. Sic. III, 14. IV, 44. et ad Herod. I, 116.

V. 215. Schol. ita: ἢ δύσορμον τὸν λιμένα ὁρῶν, προβοᾷ ἡμῖν μὴ πελάζειν εἰς αὐτόν. Ὅμηρος· Λῆμνον ἀμιχθαλόεσσαν· τὴν ἀπροσόρμιστον. Nihil magis alienum. Immo navis inhospitalem stationem dicit quae est in portu inhospitali, atque ob id ipsum insolita. HERM.

V. 217. Solum Ulixem alloquitur Philoctetes in cognomine Attii fabula his verbis, quae citavit Varro p. 67. [et Festus v. Tesca]: Quis tu es mortalis, qui in deserta Lemnia Et tesca te apportes loca? ERF.

V. 220 sq. Male reprehendit Erfurdtius Wakefieldium, qui τύχοιμ' ἂν veritatem assequar interpretatur. Brevius atque aptius dicas, quosnam vos recte appellem [sive potius: ex qua vos patria, quove ex genere esse recte dicam?] Sic intelligenda videtur haec formula in Aesch. Ag. 1242. τί νιν καλοῦσα δυςφιλὲς δάκος τύχοιμ' ἄν; Choeph. 313. Apertius idem in Ag. 181. Ζῆνα δέ τις προφρόνως ἐπινίκια κλάζων τεύξεται φρενῶν τὸ πᾶν. Et quis non illa tam frequentata meminerit, quale hoc est, ἔκυρσας ὥστε τοξότης ἄκρος σκοποῦ. HERM. Cfr. Monk. ad Eur. Hipp. 828., Blomf. in

τίνες πότ' ἐς γῆν τήνδε ναυτίλῳ πλάτῃ
κατέσχετ', οὔτ' εὔορμον, οὔτ' οἰκουμένην;
ποίας πάτρας ὑμᾶς ἂν ἢ γένους ποτὲ
τύχοιμ' ἂν εἰπών; σχῆμα μὲν γὰρ Ἑλλάδος
στολῆς ὑπάρχει προςφιλεστάτης ἐμοί.
φωνῆς δ' ἀκοῦσαι βούλομαι· καὶ μή μ' ὄκνῳ
δείσαντες ἐκπλαγῆτ' ἀπηγριωμένον·
ἀλλ' οἰκτίσαντες ἄνδρα δύστηνον, μόνον,
ἔρημον ὧδε κἄφιλον κακούμενον
φωνήσατ', εἴπερ ὡς φίλοι προςήκετε.

Eur. Iph. T. 1036. τίν' αἰτίαν ἔχουσ'; ὑποπτεύω τι γάρ. Secuti me sunt Herm. et G. Dindorfius.

V. 226. Scripsi κακούμενον Brunckium secutus, cum ineptum sit, quod libri habent, καλούμενον. Mutata haec verba etiam in O. C. 261. Herm., qui vulg. scripturam retinuit et cum φωνήσατε cohaerere putavit, interpretans invocantem alloquimini, ante omnia demonstrare debebat φωνεῖν τινα valere posse alloqui aliquem.

Gloss. ad Aesch. Ag. 1203., et Matth. Gr. §. 553. δ. not. p. 1086.

V. 221. Ἑλλάδος στολῆς] i. e. Ἑλληνικῆς, ut mox v. 256. Ἑλλὰς γῆ, de quo primitivorum usu pro adiectivis vid. Matth. Gr. §. 429. 4. p. 796. De significatu v. σχῆμα vid. Blomf. in Gloss. ad Aesch. s. c. Th. 484.

V. 223 sq. καὶ μή μ' ὄκνῳ etc.] Nihil in his tautologiae; ὄκνῳ iungendum cum ἐκπλαγῆτε, notatque ὄκνῳ ἐκπλήττεσθαι aversari. Iam quum modo dixisset Philoctetes vehementer se cupere, ut vocem audiret hospitum, nunc ubi nolite me aversari pergit, facile intelligitur hoc eum dicere: nolite aversari quam a vobis peto responsionem. Eam quoniam quis aut verecundia, aut contemptu, aut metu aversari potest, addidit: δείσαντες ἀπηγριωμένον. Non recte Hermannus haec interpretatur: ne me aversantes, adspectu meo perterriti, ut ab homine metuendo refugite. Nam id maxime nunc quidem urgere Philoctetam, ut respondeant hospites, non hoc, ut ne refugiant quos perterritos adspectu eius immotos stetisse ipse Hermannus infra monuit, ex verbis sqq. ἀλλὰ φωνήσατε et ἀλλ' ἀνταμείψασθε manifesto apparet.

V. 224. ἀπηγριωμένον sive efferatum Philoctetam etiam Attius in scenam produxerat, ut liquet e fragm. eius ap. Nonium v. Tetritudo, a Scaligero in Coni. ad Varron. p. 101. ita emendato: Quod ted obsecro, ne isthaec adspernabilem Tetritudo mea me inculta faxit. Cfr. Quint. Cal. IX, 352 sq. MATTH.

V. 226. κακούμενον quid sit, ipse explicat poeta v. 471. μή λίπῃς μ' οὕτω μόνον, ἔρημον ἐν κακοῖσι τοῖσδ', οἵοις ὁρᾷς. Adde O. C. 261.

ἀλλ᾽ ἀνταμείψασθ᾽· οὐ γὰρ εἰκὸς οὔτ᾽ ἐμὲ
ὑμῶν ἁμαρτεῖν τοῦτό γ᾽ οὔθ᾽ ὑμᾶς ἐμοῦ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἀλλ᾽, ὦ ξέν᾽, ἴσθι τοῦτο πρῶτον, οὕνεκα
Ἕλληνές ἐσμεν· τοῦτο γὰρ βούλει μαθεῖν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ὦ φίλτατον φώνημα· φεῦ τὸ καὶ λαβεῖν
πρόςφθεγμα τοιοῦδ᾽ ἀνδρὸς ἐν χρόνῳ μακρῷ.
τίς σ᾽, ὦ τέκνον, προςέσχε, τίς προςήγαγεν
χρεία; τίς ὁρμή; τίς ἀνέμων ὁ φίλτατος;
γέγωνέ μοι πᾶν τοῦθ᾽, ὅπως εἰδῶ τίς εἶ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἐγὼ γένος μέν εἰμι τῆς περιῤῥύτου

V. 239. *οἶσθα δή.* Sic Brunck. primus e membranis suis scripsit. Ceteri libri *οἶσθ᾽ ἤδη.*

V. 242. Male in editt. omnibus interrogandi signum positum post *γῆν*, quod ego primus delevi. Cfr. Ant. 401. *ἄγεις δὲ τήνδε*

V. 228. Non statim respondente Neoptolemo, quem pro generosa indole commotum miseri viri adspectu colligere se necesse est, ut meditata ad Ulixis monitum dicta proferat, urgens eum Philoctetes, at respondete, inquit. HERM.

V. 229. Hesychius: *ἁμαρτεῖν — Σοφοκλῆς ἐν Φιλοκτήτῃ ἀντὶ τοῦ ἀποτυχεῖν.* Comparat Lob. ad Ai. p. 303. Eupol. *λέγ᾽ ὅτου ᾽πιθυμεῖς, κοὐδὲν ἀτυχήσεις ἐμοῦ.* — *τοῦτό γ᾽* Schol. explicat: *τῆς προςηγορίας*; unde Matthaei suspicatur Schol. *τοῦδέ γ᾽* legisse.

V. 232. Schol.: *θαυμαστικὸν μετ᾽ ἐκπλήξεως τὸ φεῦ ἐνταῦθα.* De *τὸ* sequente infin. vide Herm. ad Vig. p. 702. n. 19. et Matth. Gr. §. 544. p. 1068. Brunck. interpretatur: Vah, quam iuvat vel accepisse talis viri alloquium post tam longum tempus.

V. 233. *ἐν χρόνῳ μακρῷ* intelligentes de eo, quod intra longum tempus fieret, ita locum constituere vel explicare tentabant, ut quereretur Philoctetes se tam diu eo auditu caruisse. Atqui *ἐν χρ. μακρῷ* hic fortius idem valet quod *χρόνῳ* h. e. tandem aliquando, et infra 360. *οὐ μακρῷ χρόνῳ.* 598. *χρόνῳ τοσῷδε*, post longum tempus. Sic Eur. El. 1148. *πατρίδα δεκέτεσιν ἐν σποραῖσιν ἐλθόντ᾽ ἐμάν.* Et Phoen. 313. utraque loquendi formula, cum *ἐν* et sine *ἐν*, coniuncta reperitur: *ἰὼ τέκνον, χρόνῳ σὸν ὄμμα μυρίαις ἐν ἁμέραις προςεῖδον.* BUTTM.

V. 234. *τίς* non est quis homo, sed coniungi debet cum *χρεία.* Verbum *προςέσχε* recte

Σκύρον· πλέω δ' ἐς οἶκον· αὐδῶμαι δὲ παῖς
Ἀχιλλέως, Νεοπτόλεμος. οἶσθα δὴ τὸ πᾶν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ὦ φίλτατον παῖ πατρός, ὦ φίλης χθονός,
ὦ τοῦ γέροντος θρέμμα Λυκομήδους, τίνι
στόλῳ προςέσχες τήνδε γῆν, πόθεν πλέων;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἐξ Ἰλίου τοι δὴ τανῦν γε ναυστολῶ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

πῶς εἶπας; οὐ γὰρ δὴ σύ γ' ἦσθα ναυβάτης
ἡμῖν κατ' ἀρχὴν τοῦ πρὸς Ἴλιον στόλου.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἦ γὰρ μετέσχες καὶ σὺ τοῦδε τοῦ πόνου;

τῷ τρόπῳ πόθεν λαβών; et huius fab. 1090 sq. τοῦ ποτε τεύξομαι σιτονόμου μέλεος πόθεν ἐλπίδος; Vide Seidl. ad Hermanni Antig. 2.

V. 243. δὴ τανῦν cum Buttm., Herm. et G. Dind. pro librorum scriptura δῆτα νῦν dedi.

Schol. interpretatur: προςορμίσαι ἐποίησεν. Similiter Eur. Alc. 497. χρεία τίς σε Θεσσαλῶν χθόνα πέμπει;

V. 237. γένος accusativus est. Hom. Od. ξ, 199. ἐκ μὲν Κρητάων γένος εὔχομαι εὐρειάων. Scyro Troiam venisse Neoptolemum etiam ab Sophocle dictum memoravit Eustathius. HERM. Magis huc facit Od. ο, 225. ἀτὰρ γενεήν γε Μελάμποδος ἔκγονος ἦεν. Graecos imitatus Virg. Aen. I, 380. est, dicens: Sum pius Aeneas — et genus ab Iove summo.

V. 239. οἶσθα δὴ τὸ πᾶν] Talia in fine narrationum adiicere tragici solent. Cfr. El. 761. 938. O. C. 62. Ant. 37. MATTH.

V. 241. In Scyro, insula maris Aegaei (vid. Eur. Troad. 90.), Deidamia, Lycomedis, qui insulae illi imperabat, filia Achilli inter virgines latenti Neoptolemum pepererat. Vid. Apollod. Bibl. III, 3, 8. et Heyn. Nott. p. 802 sq. ed. pr. MATTH.

V. 242. Verbum προςέχειν sive προςίσχειν, subaudito accusativo ναῦν neutraliter vulgo usurpatum, dativum adsciscit loci, quo quis appellit. Hunc poeta in accusativum hic mutavit, qui verbis eundi, veniendi addi solet; vid. infra 355. κατηγόμην Σίγειον. BUTTM. Sic etiam Polyb. II, 9, 2., quem locum Matth. attulit, προςέσχε τὸν τῶν Ἐπιδαμνίων λιμένα.

V. 244. Schol.: πῶς εἶπας· θαυμάζων φησίν, ἐπεὶ μὴ εἶδεν αὐτὸν ἐξ ἀρχῆς στρατευσάμενον.

V. 245. κατ' ἀρχὴν — στόλου] eodem sensu dictum, quo supra v. 73. τοῦ πρώτου στόλου.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.
ὦ τέκνον, οὐ γὰρ οἶσθά μ' ὅντιν' εἰσορᾷς;
ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.
πῶς γὰρ κάτοιδ' ὅν γ' εἶδον οὐδεπώποτε;
ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.
οὐδ' ὄνομά γ', οὐδὲ τῶν ἐμῶν κακῶν κλέος
ᾔσθου πότ' οὐδέν, οἷς ἐγὼ διωλλύμην;
ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.
ὡς μηδὲν εἰδότ' ἴσθι μ' ὧν ἀνιστορεῖς.
ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.
ὢ πόλλ' ἐγὼ μοχθηρός, ὢ πικρὸς θεοῖς,
οὗ μηδὲ κληδὼν ὧδ' ἔχοντος οἴκαδε,

V. 249. οὐδ' ὄνομά γ' ex Hermanni coni. cum G. Dind. scripsi. Libri plerique οὐδ' ὄνομ', pauci οὐδ' οὔνομ', quod tuitus est Schaef. provocans ad Markl. ad Iph. T. 36. Sed melius Elmsl. ad Bacch. 320. Conieceram olim οὐ τοὔνομ', quod occupavit Martinus.

V. 254. Edd. vett. μήθ'. Cum Triclinianis Br. et recentiores μηδ', idque etiam in codd. esse ex silentio eorum qui con-

V. 251. ὡς εἰδότ' ἴσθι] Vide de hac loquendi ratione Matth. Gr. §. 569. 5.

V. 254. μηδαμοῦ διῆλθέ που] eadem ratione dictum, qua πεσεῖν ἐν κονίαις et sim. Genitivus Ἑλλάδος γῆς pendet ab adverbio loci. Cfr. Matth. Gr. §. 324. 8. Rost. §. 108. 2. h. p. 409.

V. 255. Schol.: οἱ μέν· οἱ Ἀτρεῖδαι.

V. 256. Cfr. v. 1023.

V. 257. τέθηλε] auctus est morbus. Sic El. 250. πήματα θάλλοντα μᾶλλον ἢ καταφθίνονθ' ὁρῶ. Eadem metaphora ἀνθεῖν Trach. 1089. ad morbum transfertur. MATTH. — ἐπὶ μεῖζον ἔρχεσθαι, augeri. Sic Eur. Hec. 377. κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται τῆς εὐγενείας ὄνομα τοῖσιν ἀξίοις. Similia sunt Soph. El. 1000. κἀπὶ μηδὲν ἔρχεται, ad nihil redit, O. T. 265. ἐπὶ πάντ' ἀφίξομαι, omnia faciam.

V. 259. κλύεις tempore praesenti, ut in prosa ἀκούεις (v. Heind. ad Plat. Gorg. 126. p 195.), de constante et durante fama, aut quod vel nunc aliquis, si nondum audivit, audire potest; ut O. T. 305. εἰ καὶ μὴ κλύεις τῶνδ' ἀγγέλων. BUTTM.

V. 262. Κεφαλλήνων] Tirones admonendi sunt locorum Homeri, inprimis Il. β, 631., unde apparet, Cephallenes nomen fuisse omnium, qui insulas Ionii maris e regione Acarnaniae et Elidis incolebant; quarum maxima, Samos vel Same, sequioribus demum temporibus nomen Cephalleniae sibi vindicavit. Erant autem hi populi omnes mercaturae maxime dediti, quae antiquis temporibus cum piratica semper coniuncta erat. Atque ii, qui heroica aetate illo vitae genere prae aliis

μήθ' Ἑλλάδος γῆς μηδαμοῦ διῆλθέ που.
ἀλλ' οἱ μὲν ἐκβαλόντες ἀνοσίως ἐμὲ
γελῶσι σῖγ' ἔχοντες· ἡ δ' ἐμὴ νόσος
ἀεὶ τέθηλε κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται.
ὦ τέκνον, ὦ παῖ πατρὸς ἐξ Ἀχιλλέως,
ὅδ' εἰμ' ἐγώ σοι κεῖνος, ὃν κλύεις ἴσως
τῶν Ἡρακλείων ὄντα δεσπότην ὅπλων,
ὁ τοῦ Ποίαντος παῖς Φιλοκτήτης· ὃν οἱ
δισσοὶ στρατηγοὶ χὡ Κεφαλλήνων ἄναξ
ἔρριψαν αἰσχρῶς ὧδ' ἔρημον, ἀγρίᾳ
νόσῳ καταφθίνοντα, τῆς ἀνδροφθόρου
πληγέντ' ἐχίδνης ἀγρίῳ χαράγματι·
ξὺν ᾗ μ' ἐκεῖνοι, παῖ, προθέντες ἐνθάδε

tulerunt colligas. Mihi servanda visa est edd. vett. scriptura. Sensus est: οὐ μηδὲ κληδὼν μήτ' οἴκαδε, μήθ' Ἑλλ. etc. Vide Elmsl. ad Med. v. 4. HERM.

V. 264. Libri τῆςδ', quod secundum Auratum et Reiskium iam Br. correxit, quem Herm. et Dind. secuti sunt. Musgr. τῇδ' coniecit.

infames erant, Taphii sive Teleboae, tanquam earundem insularum omnium incolae nominantur in historia Amphitryonis et Cephali; quorum hic populi Cephallenum conditor fuisse et insulas illas debellatas Telebois insedisse dicitur. Quin Strabo X. p. 456. memorat qui Taphios et Teleboas a Cephallenibus nihil diversos esse tradiderint; quales auctores secutus Stephanus Byz. Taphum urbem Cephalleniae esse refert. Haec omnia hic composui, ut appareret non sine convicio Ulixem Cephallenum regem hic audire Philoctetae, et infra 701. magis etiam amarulente ita compellari ὦ ξένε Κεφαλλήν. BUTTM.

V. 264. τῆς ἀνδροφθόρου] Bene se habet articulus. Non enim aliqua vipera Philoctetam momorderat, sed ὃς τὸν ἀκαλυφῆ σηκὸν φυλάσσει κρύφιος οἰκουρῶν ὄφις, quae Neoptolemi verba sunt v. 1327. ed. Br. HERM.

V. 265. Schol.: χαράγματι· δήγματι· τὸ γὰρ δῆγμα τοῦ ὄφεως μόνον χαράσσει.

V. 266—268. Temere hos versus Iacobum (in quaestion. Sophocleis), cui quodammodo assensus Buttm. est, spurios iudicasse in Advers. p. 7—12. docui.

V. 266. ξὺν ᾗ] sc. νόσῳ. Cfr. v. 1022. ὅτι ζῶ σὺν κακοῖς πολλοῖς τάλας. O. T. 303. οἵᾳ νόσῳ ξύνεστιν. El. 600. κακοῖς πολλοῖς ἀεὶ ξυνοῦσα. ibid. 610. σὺν δίκῃ ξύνεστι. Eur. fragm. inc. LXXV, 3. ὅςτις δὲ ταύτῃ τῇ νόσῳ ξυνὼν ἀνήρ. Ceterum nihil in eo offensionis, quod pronomen relativum pluribus verbis a nomine, ad quod pertinet, seiunctum est. Cfr. Trach. 358. et Reisig. in Comm. Critt. ad O. C. 261. p. 224.

ᾤχοντ' ἔρημον, ἡνίκ' ἐκ τῆς ποντίας
Χρύσης κατέσχον δεῦρο ναυβάτῃ στόλῳ.
τότ' ἄσμενοί μ' ὡς εἶδον ἐκ πολλοῦ σάλου
εὕδοντ' ἐπ' ἀκτῆς ἐν κατηρεφεῖ πέτρῳ,
λιπόντες ᾤχονθ'; οἷα φωτὶ δυσμόρῳ
ῥάκη προθέντες βαιά, καί τι καὶ βορᾶς
ἐπωφέλημα σμικρόν, οἷ' αὐτοῖς τύχοι.
σὺ δή, τέκνον, ποίαν μ' ἀνάστασιν δοκεῖς,
αὐτῶν βεβώτων, ἐξ ὕπνου στῆναι τότε;
ποῖ' ἐκδακρῦσαι; ποῖ' ἀποιμῶξαι κακά;

V. 279. Variant libri inter νόσου et νόσον et νόσῳ. Genitivum recepi cum Br., Schaef., Herm. et Dind.

V. 267 sq. ἐκ τῆς ποντίας Χρύσης] Male Schol. ποντίας explicat παραθαλασσίας, Asiae urbem sine dubio significans. Intelligendam nunc Chrysen insulam esse, in Argumento docui.

V. 269. Iungendum ἄσμενοι cum verbo εἶδον. Id enim, quod Philoctetam somno viderunt oppressum, admodum opportune Atridis, qui non animadvertentem eum exponere volebant, accidere debebat.

Ibid. Schol.: σάλου· κινήματος, πόνου. Puto equidem Scholiastam κινήματος πόντου scripsisse. Nam σάλος ut proprie ita hic quoque maris iactationem significat.

V. 270. Ante oculos hunc locum Philostratus Heroic. p. 702. ed. Ol. videtur habuisse, scribens: τοῦτον ἐν Λήμνῳ φασὶν ἄτιμον καταλειφθῆναι τοῖς Ἀχαιοῖς, ὕδρου ἐνσκήψαντος αὐτῷ ἐς τὸν πόδα, ὑφ' οὗ νοσεῖν αὐτὸν ἐπὶ ἀκτῆς ὑψηλῆς ἐν πέτρᾳ κείμενον etc.

V. 271. Rarus est hic adiectivi δύσμορος usus, ex quo de calamitate dicitur, quae in inopia victus omniumque ad vitam sustentandam rerum necessariarum posita est.

V. 272. προθέντες] Cfr. Ai. 1294. Ant. 775. ῥάκη· pannos; quos tangit Arist. Ran. 423. ποίας ποθ' ἀνὴρ λακίδας αἰτεῖται πέπλων; ἀλλ' ἢ Φιλοκτήτου τὰ τοῦ πτωχοῦ λέγεις; Ex quo loco, in quo Euripides loquens inducitur, colligas Euripidem Philoctetam laceris pannis indutum in scena exhibuisse. MATTH. — καί τι καὶ βορᾶς, ut infra 308. καί πού τι καὶ βορᾶς μέρος.

Ibid. Schol.: οἷ' αὐτοῖς τύχοι· καταρᾶται. Non tantum exsecrandi vim haec formula habet, sed simul res, de quibus sermo est, miserrimas fuisse significat. Cfr. v. 509. Similiter v. 315 sq. et Aesch. Prom. 889. ed. Blomf. Nos quoque similiter: ich habe Leiden erduldet, wie ich sie meinen Feinden nicht wünsche. Similiter Terent. Heaut. V, 6, 13. au, obsecro, istuc nostris inimicis siet.

V. 274. Schol.: ἀνάστασιν· νῦν τὴν ἐξ ὕπνου ἔγερσιν.

V. 276. ποῖα hic bis dictum pro πῶς. HERM.

V. 277. Attende ad μὲν particulae collocationem. Similis locus est v. 1136. — ἃς ἔχων

ὁρῶντα μὲν ναῦς, ἃς ἔχων ἐναυστόλουν,
πάσας βεβώσας, ἄνδρα δ' οὐδέν' ἔντοπον,
οὐχ ὅςτις ἀρκέσειεν, οὐδ' ὅςτις νόσου
κάμνοντι συλλάβοιτο. πάντα δὲ σκοπῶν,
εὕρισκον οὐδὲν πλὴν ἀνιᾶσθαι παρόν·
τούτου δὲ πολλὴν εὐμάρειαν, ὦ τέκνον.
ὁ μὲν χρόνος δὴ διὰ χρόνου προὔβαινέ μοι,
κἄδει τι βαιᾷ τῇδ' ὑπὸ στέγῃ μόνον
διακονεῖσθαι. γαστρὶ μὲν τὰ σύμφορα
τόξον τόδ' ἐξεύρισκε, τὰς ὑποπτέρους

V. 284. Plures codd. βαιῇ habent.

ἐναυστόλουν, quibuscum tum ad Troiam navigabam. Cfr. Hom. Il. β, 718.

V. 279 sq. οὐχ ὅςτις ἀρκέσειεν etc.] neque qui opem ferret ad victum quaerendum, neque qui laboranti in morbo curando succurreret. Nam συλλαμβάνειν s. συλλαμβάνεσθαί τινί τινος dicitur prima significatione qui una cum alio rem prehendit, tum qui in re aliqua alicui opitulatur, ut Arist. Vesp. 733. Pac. 437. Lysistr. 313., quos locos Br. ad h. l. attulit. MATTH. Cfr. Matthiae Gr. §. 325. et Boissonad. ad Philostr. Her. p. 384 sq.

V. 281. Verba sic ordinanda: οὐδὲν εὕρισκον παρὸν πλὴν ἀνιᾶσθαι, τούτου δὲ (τοῦ ἀνιᾶσθαι) πολλὴν εὐμάρειαν. Musgravius hunc locum Horatium putat imitatum esse II. Serm. V, 69. invenietque nil sibi legatum praeter plorare suisque.

V. 283. διὰ χρόνου] aliquantisper, dum scilicet suffecerunt alimenta, quae ei relicta fuerant. BR. Quae falsissima est interpretatio. Aliquanto melius in latinum sermonem transtulit: Interea mihi tempus sensim procedebat die diem excipiente. Nec enim significat nunc διὰ χρόνου, id quod plerumque significat interiecto tempore, de quo usu Herm. ad Vig. p. 856., Schaef. ad Lamb. Bos. p. 101., Matth. Gr. §. 580. e. exposuerunt, sed est eodem sensu dictum, quo Eur. Andr. 1251. dixit: βασιλέα δ' ἐκ τοῦδε χρὴ ἄλλον δι' ἄλλου διαπερᾶν Μολοσσίαν. Itaque recta Astii interpretatio: Die Zeit verstrich mir, eine nach der andern etc. Hoc enim dicit Philoctetes, per omne tempus, quod iam elapsum sit, se solum sibi omnia ministrare debuisse.

V. 284. Schol.: καὶ ἔδει με ἐμαυτῷ ἐξυπηρετεῖσθαι. — De vocc. διάκονος et διακονεῖν usu sollemni in apparanda mensa et victu ministrando vid. Interpp. ad Theophr. Char. c. XI., Spanhem. ad Julian. Caes. p. 453. et Burm. ad Petron. Satir. c. 31. MATTH.

V. 285 sq. Schol.: τὰ σύμφορα· τὰ ἀναγκαῖα. — ἐξεύρισκε, comparabat, suppeditabat, ut Trach. 25.

V. 286. τὰς ὑποπτέρους πελείας] Sic Ai. 140., ubi vid. Lobeck. cfr. etiam Seidl. ad Eur. Troad. 147.

βάλλον πελείας· πρὸς δὲ τοῦθ', ὃ μοι βάλοι
νευροσπαδὴς ἄτρακτος, αὐτὸς ἂν τάλας
εἱλυόμην δύστηνος ἐξέλκων πόδα
πρὸς τοῦτ' ἄν· εἴ τ' ἔδει τι καὶ ποτὸν λαβεῖν,
καί που πάγου χυθέντος, οἷα χείματι,
ξύλον τι θραῦσαι, ταῦτ' ἂν ἐξέρπων τάλας
ἐμηχανώμην· εἶτα πῦρ ἂν οὐ παρῆν,
ἀλλ' ἐν πέτροισι πέτρον ἐκτρίβων, μόλις
ἔφην' ἄφαντον φῶς, ὃ καὶ σώζει μ' ἀεί.
οἰκουμένη γὰρ οὖν στέγη πυρὸς μέτα
πάντ' ἐκπορίζει, πλὴν τὸ μὴ νοσεῖν ἐμέ.

V. 303. Temere Herm. τάχ' ἂν pro τάχ' οὖν scripsit,

V. 287. ὅ μοι βάλοι] quodcunque mihi etc. Itaque optativus positus. Cfr. Matth. Gr. §. 527. p. 1023.

V. 288. Suidas: νευροσπαδὴς ἄτρακτος παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Φιλοκτήτῃ, ὃν ἀφίησί τις τῇ νευρᾷ ἐπισπώμενος αὐτόν. Schol.: ὁ ἐπισπώμενος τὴν νευράν· διὰ γὰρ τῶν γλυφίδων ἔρχεται. Hoc probat Buttm. ut activa sit huius vocabuli potestas. At emendare potius debebat Scholiastam, qui τῇ νευρᾷ scripsit. Vis verbi passiva est significatque sagittam cum nervo retractam, ex quo consequitur a nervo eam propelli, simulatque manu mittatur. In iis quae sequuntur, αὐτὸς dicit, quia non, ut venatores, canem habebat, qui praedam apportaret. HERM.

Ibid. De hoc ἂν particulae usu imperfectis iunctae vid. Matth. §. 599. p. 1197. Rost. §. 120. 5. c. γ. p. 460.

V. 289. δύστηνος cum verbo coniunctum est, ut Eur. Med. 968. 977. et Soph. Ai. 229 sq. Cfr. Adv. p. 58 sq. Nisi velis contra omnes libros, quibus et Suidas v. ἄτρακτος et Schol. ad v. 702. accedunt, cum Cantero δύστηνον scribere et ad πόδα referre. Favent huic correctioni v. 1377. τῷδε δυστήνῳ ποδί. et Eur. Phoen. 1533. γεραιὸν πόδα δεμνίοις δύστανον ἰανών.

V. 291. καί που πάγου] si quando glacies diffusa erat super terram, ut in hieme fieri solet. Nam πάγος h. l. frigus glaciale, glacies, pruina; et χεῖσθαι dicitur quaecunque res, quae quocunque modo diffunditur, ut in Hom. Il. μ, 284. flocci nivium, in Nostr. Trach. 853. morbus. MATTH.

V. 295. Schol.: καλῶς εἶπεν ἄφαντον· οὐ φαίνεται γάρ, ἀλλὰ δυνάμει αὐτὸ ἔχει. Ceterum comparant editt. Virg. Georg. I, 135. ut silicis venis abtrusum excuderet ignem. — Ἀεὶ hic dictum, ut οἱ ἀεὶ λόγοι. i. e. quoque tempore, quod tale est. Nos iedesmal. HERM.

V. 296. Schol.: ἀντὶ τοῦ, ἡ οἰκία ἡ μετὰ πυρὸς οὖσα καλῶς διοικεῖται. Eustath. p. 1523, 30. ἀρχαῖον δὲ ἡ τοῦ πυρὸς χρῆσις παρὰ τοῖς ἐνδόξοις, ἣν καὶ ὁ τῆς τραγῳδίας Φιλοκτήτης ἐπαινῶν φησίν, ὅτι οἰκουμένη στέγη πυρὸς μέτα πάντ' ἐκπορίζει αὐτῷ, ἃ ἐκεῖνος νοεῖ.

V. 297. Quod mihi olim Gernhardoque videbatur, τινὰ pro ἐμέ scribendum esse, quia quae

φέρ', ὦ τέκνον, νῦν καὶ τὸ τῆς νήσου μάθῃς.
ταύτῃ πελάζει ναυβάτης οὐδεὶς ἑκών·
οὐ γάρ τις ὅρμος ἐστὶν, οὐδ' ὅποι πλέων
ἐξεμπολήσει κέρδος, ἢ ξενώσεται.
οὐκ ἐνθάδ' οἱ πλοῖ τοῖσι σώφροσιν βροτῶν.
τάχ' οὖν τις ἄκων ἔσχε· πολλὰ γὰρ τάδε
ἐν τῷ μακρῷ γένοιτ' ἂν ἀνθρώπων χρόνῳ.
οὗτοί μ', ὅταν μόλωσιν, ὦ τέκνον, λόγοις
ἐλεοῦσι μὲν, καί πού τι καὶ βορᾶς μέρος
προσέδοσαν οἰκτείραντες, ἤ τινα στολήν·
ἐκεῖνο δ' οὐδείς, ἡνίκ' ἂν μνησθῶ, θέλει,

quod οὖν non intelligeret. Vide annotationem.

praecedunt universe dicta sunt, receptum ab Erf. est. Recte vero Buttm. Philoctetam, sui mali cogitatione admonitum, quae universe dicere coeperat ad se transferre vidit. HERM.

V. 298. φέρε — μάθῃς] cfr. Matth. Gr. §. 516. — τὸ τῆς νήσου. cfr. idem §. 284.

V. 300 sq. οὐδ' ὅποι πλέων ἐξ. κέρδος] neque locus, in quem navigans (supple ναυβάτης ex. v. 299.) negotiando lucrum faciat. ἐξεμπολᾶν enim ut simplex ἐμπολᾶν, non tantum vendere, sed omnino negotiari, negotiando comparare, lucrari significat. Vid. [Trach. 93. κέρδος ἐμπολᾷ] Antig. 1037. ibique schol. et interpp. ad Arist. Plut. in Beck. Comm. Vol. I. p. 635. MATTH. De usu futuri cfr. Matth. Gr. §. 507.

Ibid. ξενώσεται passiva significatione, ut supra v. 46. φυλάξεται. Schol.: καταχθήσεται ὡς ξένος.

V. 302. De contractione πλοῖ vid. Matth. Gr. §. 69. p. 151. — De adiectivis cum genitivis substantivorum coniunctis cfr. idem §. 442.

V. 303. τάχ' οὖν τις ἄκων ἔσχε] itaque, si quis forte appulit, invitus appulit. — ἔσχε· προσέσχε, subintellecto τὸν πλοῦν, appellere, Hom. Od. γ, 182. ἔγωγε Πύλονδ' ἔχον. Herod. VI, 95. Thucyd. II, 25. 33. Pausan. I, 23. MATTH.

Ibid. πολλὰ γὰρ τάδε] quae contra hominum voluntatem accidunt. MATTH.

V. 304. ἐν τῷ μακρῷ ἀνθρώπων χρόνῳ] in longa hominum aetate s. vita. Cfr. O. C. 7. 8. Ai. 646. Herod. V, 9. γένοιτο δ' ἂν πᾶν ἐν τῷ μακρῷ χρόνῳ. Similiter Latini. Sic Plaut. Rud. IV, 7, 10. in aetate hominum plurimae fiunt transennae, ubi decipiuntur dolis.

V. 305. Notandus transitus a singulari τὶς (v. 303.), in quo pluralis latet, ad pluralem οὗτοι. MATTH.

V. 306. Observanda alternatio praesentis et aoristi ἔσχε — ἐλεοῦσι — προσέδοσαν — θέλει. Praesente tempore quod semper factum, aoristo quod aliquando factum significatur.

V. 307. προσέδοσαν] praeter verba, quibus misericordiam declararunt, aliquid cibi dederunt.

V. 308. ἡνίκ' ἂν μνησθῶ] cfr. Matth. Gr. §. 521. p. 1005 sqq.

σῶσαί μ' ἐς οἴκους· ἀλλ' ἀπόλλυμαι τάλας
ἔτος τόδ' ἤδη δέκατον ἐν λιμῷ τε καὶ
κακοῖσι βόσκων τὴν ἀδηφάγον νόσον.
τοιαῦτ' Ἀτρεῖδαί μ' ἥ τ' Ὀδυσσέως βία,
ὦ παῖ, δεδράκασ'· οἷς Ὀλύμπιοι θεοὶ
δοῖέν ποτ' αὐτοῖς ἀντίποιν' ἐμοῦ παθεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

ἔοικα κἀγὼ τοῖς ἀφιγμένοις ἴσα
ξένοις ἐποικτείρειν σε, Ποίαντος τέκνον.

V. 322. Libri: *θυμῷ γένοιτο χεῖρα πληρῶσαί ποτε.* Quam

V. 309. Schol.: *σῶσαί μ' ἐς οἴκους· τὸ ἀποφέρειν με εἰς τὴν πατρίδα.*

V. 311. *βόσκων*, i. q. *τρέφων* (v. 795.), ut alere morbum ap. Latinos, e. g. Corn. Nep. Vit. Att. c. 21, 6. — *ἀδηφάγον· βρωτικήν*, Schol., i. e. edacem, insatiabilem; aptum epith. in genere morborum *φαγεδαινικῶν*, qui etiam *νομαὶ* appellantur. MATTH.

V. 312. Acute poeta hic et infra 593. locutionem Homericam *Αἰνείαο βίη, βίη Διομήδεος*, in Ulixem potissimum transfert, ita tamen, ut non robur et fortitudinem, sed vim aliis ab illo fieri solitam cogitet collocutor. BUTTM.

V. 314. sq. Buttm. ad h. l. et Matth. Gr. §. 467. p. 867. *αὐτοῖς* explicant ipsis. „Id ego satis mirari nequeo. Quid enim? num poena est, quam non ipsi sufferant? aut num veretur Philoctetes, ne videatur cognatis illorum, non ipsis mala imprecari? Nihil aliud quam repetitum est pronomen: quibus dii deut iis poenas suae in me iniuriae luere. Usitatum hoc Graecis est anacoluthi genus, quo hic nihil potest aptius esse. Continetur autem eo, quod oratio abrupta denuo inchoatur, quod fit vel negligentia quadam, ut in illo, *ὧν ὁ μὲν αὐτῶν*, vel rei explicandae causa, ut *ὧν ὁ μὲν ὑμῶν*, vel quum quid in medio positum est, ut in O. R. 246. *κατεύχομαι δὲ τὸν δεδρακότ', εἴτε τις εἷς ὢν λέληθεν, εἴτε πλειόνων μέτα, κακὸν κακῶς νιν ἄμορον ἐκτρῖψαι βίον·* vid. ad Trach. 288. et ad Elmsl. Med. 1263., vel denique propter commotionem animi, quum quis aliquantisper dubitans, quibus verbis utatur, dein explet ea, quae dicere exorsus erat. Ita hoc loco, ubi si in pronuntiando post *θεοὶ* aliquam pausam feceris, senties, quae sit vis huius formulae. Sic etiam Latini, Plautus: quorum eorum unus surripuit currenti cursori solum“ HERM. Sic Cic. II. Phil. c. 8. quem, quia iure ei inimicus fui, doleo a te omnibus vitiis eum esse superatum; et in monumentis Scipionum: Quoi. ei. vita. defecit. Cfr. Garatonius ad illum Ciceronis locum, et Pflugk. ad Eur. Androm. 651.

V. 315. Rarus est hic primae personae *ἔοικα* usus, pro qua fere ubique eo sensu, quo hic

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἐγὼ δὲ καὐτὸς τοῖςδε μάρτυς ἐν λόγοις,
ὡς εἴσ᾽ ἀληθεῖς οἶδα, συντυχὼν κακῶν
ἀνδρῶν Ἀτρειδῶν τῆς τ᾽ Ὀδυσσέως βίας.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἦ γάρ τι καὶ σὺ τοῖς πανωλέθροις ἔχεις
ἔγκλημ᾽ Ἀτρείδαις, ὥςτε θυμοῦσθαι παθών;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

θυμὸν γένοιτο χειρὶ πληρῶσαί ποτε,

scripturam recte correxit Brunck., quem plerique editt. recc. secuti sunt.

usurpatum verbum illud, tertia persona poni solet. Praeivit tamen Hom. Od. χ, 348. ἔοικα δέ τοι παραείδειν ὥςτε θεῷ. Sensus: facere non possum, quin etc. Schol.: κἀγὼ ἐξίσου ἐλεῶ σε τοῖς ἀφιγμένοις ἐνταῦθα, ὥςπερ οἱ ἄλλοι ξένοι, περὶ ὧν ἔλεγες. — De dativo ab ἴσα pendente cfr. Matth. Gr. §. 386. „Ceterum observanda ambiguitas in verbis chori, quam captare solent tragici. Sic enim loquitur, ut Philoctetae videri possit miseratione tactus esse, spectatores autem idem facturum intelligant, quod alii fecerant, ut quamvis miserti, tamen nihil opis ferrent.“ HERM.

V. 317 sq. τοῖςδε μάρτυς ἐν λόγοις] insolens locutio, quam Matthaeius non satis recte, ut opinor, confert cum O. R. 1112. ἔν τε γὰρ μακρῷ γήρᾳ ξυνᾴδει τῷδε τἀνδρὶ σύμμετρος. Nam illius loci hic est sensus: provecta enim, in qua est, aetate etc. Nihilominus ἐν λόγοις τοῖςδε explicandum videtur: in his, quae dicis, i. e. de his, quae dicis.

V. 318 sq. συντυχὼν κακῶν ἀνδρῶν Ἀτρειδῶν etc.] una (tecum) expertus malos viros Atridas et Ulixem. Sic O. C. 1482. ἐναισίου δὲ συντύχοιμι. Cfr. Advers. p. 80 sqq. Praepositio σὺν simillima ratione huic verbo addita, qua saepe πρὸς verbis adiungitur, insuper denotans. Sic supra v. 76. προςδιαφθείρω et v. 309. προςδοῦναι. Vide de hoc adverbiali praepositionis σὺν in compositis usu Passovium in Lex. gr. sub h. voce. Bis Matthiae Gr. §. 428. 3. et §. 379. p. 698. de hoc loco exposuit. Contra Graecorum loquendi consuetudinem Herm. haec ita interpretatur: συντυχὼν τοῖς Ἀτρείδαις, τυχὼν αὐτῶν κακῶν ἀνδρῶν ὄντων.

V. 322. Schol.: εἴθε γένοιτό μοι ὠργισμένῳ ὅρμησις κατ᾽ αὐτῶν, καὶ τὴν δύναμιν ἐνδείξασθαι. — χειρὶ dativus est instrumenti; πληρῶσαι θυμόν, animi cupiditatem, sive ultionis sive cuiusvis alius rei, explere, elegans locutio est, de qua Valck. ad Eur. Hippol. 1327. Κύπρις γὰρ ἤθελ᾽ ὥςτε γίγνεσθαι τάδε, πληροῦσα θυμόν. Noster O. C. 778. πλήρη δ᾽ ἔχοντι θυμὸν ὧν χρῄζοις. Sic de videndi cupiditate Eur. Androm. 1084. ὄμματ᾽ ἐξεπίμπλαμεν. BRUNCK.

ἵν' αἱ Μυκῆναι γνοῖεν, ἡ Σπάρτη θ', ὅτι
χἠ Σκῦρος ἀνδρῶν ἀλκίμων μήτηρ ἔφυ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

εὖ γ', ὦ τέκνον· τίνος γὰρ ὧδε τὸν μέγαν
χόλον κατ' αὐτῶν ἐγκαλῶν ἐλήλυθας;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ὦ παῖ Ποίαντος, ἐξερῶ, μόλις δ' ἐρῶ,
ἅγωγ' ὑπ' αὐτῶν ἐξελωβήθην μολών.
ἐπεὶ γὰρ ἔσχε μοῖρ' Ἀχιλλέα θανεῖν —

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οἴμοι· φράσῃς μοι μὴ πέρα, πρὶν ἂν μάθω
πρῶτον τόδ', ἦ τέθνηχ' ὁ Πηλέως γόνος.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τέθνηκεν, ἀνδρὸς οὐδενός, θεοῦ δ' ὕπο,

V. 331. Pro vulgari *εἰ* dedi *ἦ* ex *Γ*, La, et R.

V. 323. De optativo *ἵνα γνοῖεν* cfr. Matth. Gr. §. 518. 5. p. 996.

V. 325 sq. *τίνος χόλον* significat cuius rei iram: v. ad Vig. p. 878 sqq. [cfr. huius fab. v. 751. 1039.]; *χόλον ἐγκαλεῖν* autem, ut *νεῖκος ἐγκαλεῖν* in O. R. 702., est culpae, quae movit iram, accusare. Itaque sensus est, si explicate enuntiare volumus: cuius rei culpam, quae ita tibi hanc magnam iram commovit, Atridis vitio vertens huc ades? HERM. De structura verbi *ἐγκαλεῖν* cfr. etiam Matth. Gr. §. 370. 2. p. 684.

V. 327. Schol.: *μόλις δ' ἐρῶ· ὑπὸ τῆς ὀργῆς*.

V. 328. *ἅγωγ' ἐξελωβήθην*] quas ego iniurias accepi, dictum eadem ratione, qua *βλάπτειν τινά τι* dicitur, de quo loquendi genere cfr. Matth. Gr. §. 415. 3., nisi quod *ἐκλωβᾶσθαι* sensu passivo nunc usurpatum, de qua re cfr. idem §. 495. c. p. 931. — Participium *μολών* autem noli cum eodem §. 636. p. 1311. aliisque abundanter additum putare. Significat: quum ego Troiam venissem.

V. 329. *ἐπεὶ — ἔσχε μοῖρα*] quando venit sors. Vide supra ad v. 305. MUSGR. Male; hoc dicit poeta: ubi Achillem fatum tenuit, sive occupavit, ut moreretur. Similiter O. R. 713. *ὡς αὐτὸν ἥξει μοῖρα πρὸς παιδὸς θανεῖν*.

V. 331. *ἦ τέθνηχ'*] Erf. ex Locellae correctione reposuit *ἦ*, causa manifesta, quae me tamen non movet. Quippe de re magna, quaeque animum percellit, non solemus, quando obiter memoratam audimus, statim quaerere, quomodo facta sit; sed illud ipsum, quod facta sit, iterum et data opera nuntiatum audire gestimus. Cui desiderio cum satisfacit alter, sponte ille quidem de modo, et quae scire praeterea interest, nonnulla addere solet. Sollemnis in talibus interrogandi formula est *οἴμοι*,

τοξευτός, ὡς λέγουσιν, ἐκ Φοίβου δαμείς.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἀλλ' εὐγενὴς μὲν ὁ κτανών τε χὡ θανών.
ἀμηχανῶ δὲ, πότερον, ὦ τέκνον, τὸ σὸν
πάθημ' ἐλέγχω πρῶτον, ἢ κεῖνον στένω.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οἶμαι μὲν ἀρκεῖν σοί γε καὶ τὰ σ', ὦ τάλας,
ἀλγήμαθ', ὥστε μὴ τὰ τῶν πέλας στένειν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ὀρθῶς ἔλεξας· τοιγαροῦν τὸ σὸν φράσον
αὖθις πάλιν μοι πρᾶγμ', ὅτῳ σ' ἐνύβρισαν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἦλθόν με νηῒ ποικιλοστόλῳ μέτα
δῖός τ' Ὀδυσσεὺς χὡ τροφεὺς τοὐμοῦ πατρὸς,

ἦ γὰρ τέθνηκεν; Confer infra v. 414. et O. C. 1583. In nuntio tam acerbo paullo operosius inquirit Philoctetes. BUTTM.

V. 332 sq. Verba ἀνδρὸς οὐδενός, θεοῦ δ' ὕπο pendent a verbo τέθνηκεν, et coniungenda sunt τοξευτὸς ἐκ Φοίβου δαμεὶς hoc sensu, τόξοις Φοίβου δαμείς. — De re narrata cfr. quos Matth. iam attulit, Hom. Il. φ, 278. χ, 359 sq. ω, 758 sq. Quint. Cal. III, 32 sqq. Virg. Aen. VI, 56. Ovid. Metam. XII, 600. Horat. Carm. IV, 6, 3 sqq. Hygin. fab. 107., qui omnes in eo consentiunt, Apollinis opera perisse Achillem, ita tamen, ut alii aliter rem factam tradant.

V. 334. Schol.: εὐγενής· ἀντὶ τοῦ ἀνδρεῖος, εἴ γε καὶ γενναῖος ὁ εὐγενής. — Verba κτανών et θανών amant tragici sic componere. Cfr. Ant. 1263 sq.

V. 336. Schol.: ἐλέγχω· κρίνω, ἐρωτῶ. Sic Xen. Anab. III, 5, 14. ἤλεγχον τὴν κύκλῳ πᾶσαν χώραν τίς ἑκάστη εἴη. — πάθημα, id quod Philoctetes ab Atridis perpessus erat.

V. 337 sq. τὰ σ' pro τὰ σά, de qua elisione, quam Soph. El. 1499. Eur. El. 272. habent, vid. Schaef. et Elmsl. ad O. R. 329. — τὰ τῶν πέλας (ἀλγήματα) aliorum (infortunia), ut τὰ τῶν πέλας κακά in Ai. 1151. El. 551. MATTH.

V. 339. τὸ σὸν πρᾶγμα] rem, quae ad te spectat, id est πάθημα.

V. 341. Schol.: ἦλθόν με μέτα· μετῆλθόν με. — Eustath. p. 310, 41. (235, 8.) ἡ δὲ παρὰ Σοφοκλεῖ ποικιλοστόλος ναῦς δαίδαλόν τι χρῆμά ἐστιν, ὡς πολλοῖς χρώμασι ποικιλλόμενον.

V. 342. δῖος h. l. non laudis, sed dignitatis regiae epitheton. — χὡ τροφεύς, Phoenix, qui ipse Hom. Il. ι, 481—490. suam in nutrito puero Achille curam describit. Idem in Scyrum missus ad Neoptolemum adducendum memoratur in Philostr. Iun. Imag. I. Alii Ulixi et Diomedi has partes assignant.

λέγοντες, εἴτ' ἀληθὲς, εἴτ' ἄρ' οὖν μάτην,
ὡς οὐ θέμις γίγνοιτ', ἐπεὶ κατέφθιτο
πατὴρ ἐμὸς, τὰ πέργαμ' ἄλλον ἤ μ' ἑλεῖν.
ταῦτ', ὦ ξέν', οὕτως ἐννέποντες, οὐ πολὺν
χρόνον μ' ἐπέσχον μή με ναυστολεῖν ταχύ,
μάλιστα μὲν δὴ τοῦ θανόντος ἱμέρῳ,
ὅπως ἴδοιμ' ἄθαπτον· οὐ γὰρ εἰδόμην·
ἔπειτα μέντοι χὠ λόγος καλὸς προςῆν,
εἰ τἀπὶ Τροίᾳ πέργαμ' αἱρήσοιμ' ἰών.
ἦν δ' ἦμαρ ἤδη δεύτερον πλέοντί μοι,
κἀγὼ πικρὸν Σίγειον οὐρίῳ πλάτῃ
κατηγόμην· καί μ' εὐθὺς ἐν κύκλῳ στρατὸς

V. 345. *ἤ μ'·* Sic ex codd. auctoritate dedi. Hermannus cum Erf., Schaef. et Dind. scripsit *ἢ 'μ'*, annotavitque haec: „Nam etsi aut omitti haec verba potuerunt aut *ἄλλον μου* dici, tamen neque Graece neque ulla alia in lingua accentum pronominis puto inclinari posse, consociati cum particula comparativa, quae est atque illud, quod Schol. ad *οὐ γὰρ εἰδόμην* supplendum putat, *ζῶντα.* — *εἰδόμην* pro *εἶδον*, ut Hom. Il. κ, 47. Soph. El. 893. Trach. 151.

Ibid. De temporum computatione quaeri poterat. Nam si statim e Lycomedis domo ad Troiam profectus est Achilles, nondum nato filio, Neoptolemus puer esset vix decennis. Verum in huiusmodi rebus non argutandum. Multae enim antiquae fabulae, ut quae paullatim ex variis interque se dissimillimis narrationibus conflatae sint, miris modis, maximeque in temporum rationibus, sibi ipsae repugnant. Quas repugnantias callide occultare solent scriptores, ubi non in promptu est aliquid commenti, quo eas expediant. HERM.

V. 343. *μάτην·* ἀντὶ τοῦ ψεῦδος· ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ (El. 642.) ματαίαν βάξιν, ἤγουν ψευδῆ φήμην· μάταιον δὲ, τῷ λόγῳ πεπλασμένον καὶ ἀνυπόστατον. Phavor. Sic ap. Dion. Cass. XLVI, 10. *μάτην συκοφαντεῖν·* falso cavillari. WAKEF.

V. 345. *πέργαμα*, quae fere *Τροίας πέργαμα* dici solent, sic nude dixit etiam v. 1334.

V. 347. Brunckium et Musgravium, qui *ἐπέσχον* numeri singularis putabant esse, bene refutavit Buttm., sic explicans: haec eorum verba quam maxime me incitarunt, ut ocius navigarem, inprimis quidem cupidine ductus etc. Figura usitatissima Graecis est, ut negent id, cuius intelligi contrarium volunt. HERM.

V. 349. *ὅπως ἴδοιμ' ἄθαπτον*] ut viderem ante sepulturam. Ad verba *οὐ γὰρ εἰδόμην* nihil supplendum nisi antea, quod assumendum ex verbo *ἄθαπτον.* Atque hoc, si sensum spectaveris, idem sane

V. 351. Participium *ἰών* non abundat, sed eodem est sensu dictum, quo supra V. 328. *μολών.*

V. 353. Schol.: *πικρὸν Σίγειον·* ἤτοι διὰ τὸν θάνατον

ἐκβάντα πᾶς ἠσπάζετ᾽, ὀμνύντες βλέπειν
τὸν οὐκ ἔτ᾽ ὄντα ζῶντ᾽ Ἀχιλλέα πάλιν.
κεῖνος μὲν οὖν ἔκειτ᾽· ἐγὼ δ᾽ ὁ δύςμορος,
ἐπεὶ ᾽δάκρυσα κεῖνον, οὐ μακρῷ χρόνῳ
ἐλθὼν Ἀτρείδας πρὸς φίλους, ὡς εἰκὸς ἦν,
τά θ᾽ ὅπλ᾽ ἀπῄτουν τοῦ πατρὸς τά τ᾽ ἄλλ᾽ ὅσ᾽ ἦν.
οἱ δ᾽ εἶπον, οἴμοι, τλημονέστατον λόγον·
ὦ σπέρμ᾽ Ἀχιλλέως, τἄλλα μὲν πάρεστί σοι
πατρῷ᾽ ἑλέσθαι· τῶν δ᾽ ὅπλων κείνων ἀνὴρ
ἄλλος κρατύνει νῦν, ὁ Λαέρτου γόνος.
κἀγὼ δακρύσας εὐθὺς ἐξανίσταμαι
ὀργῇ βαρείᾳ, καὶ καταλγήσας λέγω·

distingui notionem, quae est in pronomine, ab alia re postulat.“ At vellem docuisset Hermannus, quomodo id pronomen posset distingui sono, cuius una *μ* litera relicta esset. Immo vide quae Advers. p. 49. allatis exemplis monui.

τοῦ Ἀχιλλέως, ἢ διὰ τὸ δυςχείμερον τοῦ τόπου. Sola prior explicatio vera est. HERM. — Schol.: *οὐρίῳ πλάτῃ· τῷ εὐδίῳ πλῷ.*

V. 355 sq. Egregie et naturae vulgi convenienter pingit desiderium Achillis, conspecto filio patris simillimo, in militibus excitatum. Huc spectat versus a Plutarcho servatus (de discr. adul. et amici p. 51. C. et in Alcib. p. 203. D.) *οὐ παῖς Ἀχιλλέως, ἀλλ᾽ ἐκεῖνος αὐτὸς εἶ.* Talem fere et Philostratus Neoptolemum depingit (Heroic. c. 19. p. 865. ed. Ol.) *καλὸν καὶ προςεοικότα πατρί.* Vid. etiam Philostr. Iun. Icon. I. p. 865. et Tryphiod. v. 53. Nemo tamen saepius hanc Neoptolemi cum patre similitudinem commemorat, quam Quintus Smyrnaeus, maxime VII, 176. GED.

V. 357. *κεῖνος μὲν οὖν ἔκειτ᾽*] non sepultum fuisse, sed iacuisse corpus Achillis paratum ad sepulturam significat.

V. 358. *οὐ μακρῷ χρόνῳ*] non longo tempore post. Vid. ad v. 233.

V. 361. Schol.: *διὰ μέσου τὸ οἴμοι ἀποδυρόμενός φησι.* Interposita haec est, quasi ingenti dolore expressa, deploratio iniuriae acceptae. Ita bonus est actor fabulae compositae ab Ulixe. CAMER. — *τλημονέστατον λόγον·* recte in Electr. 439. *τλημονεστάτη γυνὴ* exponitur *τολμηροτάτη, ἀναιδεστάτη.* Eadem hic obtinet significatio. BRUNCK. Ibidem v. 275. eadem eodem sensu *τλήμων* appellatur. Adde O. R. 1175.

V. 365 sq. *εὐθὺς ἐξανίσταμαι ὀργῇ βαρείᾳ*] statim prae gravi ira apud me non sum. Terent. Heaut. V, 1, 47. prae iracundia, Menedeme, non sum apud me. Nam *ἐξανίστασθαι* dictum eodem prorsus modo videtur, quo *ἐξάγεσθαι*, de quo Dorv. ad Char. exposuisse Iacobs. in Anth. Gr. XII. p. 52. refert. Sic Isocr. Panathen. p. 239. B. C. ed. Steph. *τέταρτον, ὅπερ μέγιστον, τοὺς μὴ δια-*

ὦ σχέτλι', ἦ 'τολμήσατ' ἀντ' ἐμοῦ τινι
δοῦναι τὰ τεύχη τἀμά, πρὶν μαθεῖν ἐμοῦ;
ὁ δ' εἶπ' Ὀδυσσεύς, πλησίον γὰρ ἦν κυρῶν·
ναί, παῖ, δεδώκασ' ἐνδίκως οὗτοι τάδε.
ἐγὼ γὰρ αὔτ' ἔσωσα κἀκεῖνον παρών.
κἀγὼ χολωθεὶς εὐθὺς ἤρασσον κακοῖς
τοῖς πᾶσιν, οὐδὲν ἐνδεὲς ποιούμενος,
εἰ τἀμὰ κεῖνος ὅπλ' ἀφαιρήσοιτό με.
ὁ δ' ἐνθάδ' ἥκων, καίπερ οὐ δύσοργος ὤν,

V. 369. ἦν κυρῶν· Sic Brunck., quem secutus est Herm., librorum scripturam ὢν κύρει correxit, conferens 544. ἐκέλευσ' ἐμοί σε ποῦ κυρῶν εἴης φράσαι. et O. C. 1490. ἥνπερ τυγχάνων ὑπεσχόμην. [Vide de hac locutione Matth. Gr. §. 553. p. 1086. et

φθειρομένους ὑπὸ τῶν εὐπραγιῶν, μηδ' ἐξανισταμένους αὐτῶν, μήθ' ὑπερηφάνους γιγνομένους, ἀλλ' ἐμμένοντας τῇ τάξει τῶν εὖ φρονούντων. — De dat. ὀργῇ, prae iracundia, vid. Matth. Gr. §. 397. 3. p. 726. MATTH.

V. 367. ὦ σχέτλιε] Differt hic locus ab iis, in quibus quum oratio ad plures convertitur, tamen unius tantum nomen compellatur; de quo loquendi genere Brunck. ad Arist. Ran. 1479. Lob. ad Ai. p. 248. et Huschk. ad Tibull. p. 72 sq. monuerunt. Hic enim non nomen est positum, sed adiectivum, quod primo adspectu dubium sane est, utrum ad Agamemnonem an ad Menelaum sit referendum. Nihilominus sana scriptura vulgata, quum e nexu totius loci pateat, convicium ad eum spectare, qui arma Achillis Ulixi tradidisset. Eius autem iniuriae auctorem nemo non Agamemnonem habere debebat, penes quem summum esset imperium. Similiter v. 1376 sq. Agamemnonem poeta verbis τὸν Ἀτρέως ἔχθιστον υἱὸν significat.

V. 368. Schol.: πρὶν μαθεῖν ἐμοῦ· ἀντὶ τοῦ πρὶν ἐμοῦ πυθέσθαι. Id est: priusquam ex me quaesivissetis, num vellem illi arma ista concedi. HERM.

V. 371. Achillem ab Apolline caesum eiusque arma ne auferrent Troiani, prohibuerat Ulixes. Hinc ipse apud Ovid. Met. XIII, 284. His humeris, his inquam humeris ego corpus Achillis et simul arma tuli. GED.

V. 372. Schol.: ἤρασσον· ἔβαλλον, κατηρώμην, ὕβριζον. Soph. Ai. 724. ὀνείδεσιν ἤρασσον ἔνθεν κἄνθεν, (Aristoph. Nub. 1377. ἐξαράττειν), et ib. 1224. ἡμᾶς κακοῖς βαλεῖτε, ubi κακά ut nostro loco et 382. convicia significat. Ad metaphoram in verbo confer latina Hor. Od. III, 12, 2. patruae verbera linguae; Cic. ad Div. XVI, 26. verberavi te tacito convicio. GED.

V. 373. τοῖς πᾶσιν] quorum in tali causa usus est; haec h. l. articuli vis. MATTH. — Schol.: οὐδὲν ἐνδεὲς ποιούμενος· οὐδὲν ὕβρεως παραλιμπάνων. Cf. Eur. Phoen. 385. ἀλλ' ἐξερώτα, μηδὲν ἐνδεὲς λίπῃς.

V. 374. εἰ ἀφαιρήσοιτο] si erepturus esset. Cfr. Ant. 414. εἴ τις τοῦδ' ἀφειδήσοι πόνου.

δηχθεὶς πρὸς ἁξήκουσεν ὧδ' ἠμείψατο·
οὐκ ἦσθ' ἵν' ἡμεῖς, ἀλλ' ἀπῆσθ' ἵν' οὔ σ' ἔδει.
καὶ ταῦτ', ἐπειδὴ καὶ λέγεις θρασυστομῶν,
οὐ μή ποτ' ἐς τὴν Σκῦρον ἐκπλεύσῃς ἔχων.
τοιαῦτ' ἀκούσας κἀξονειδισθεὶς κακά,
πλέω πρὸς οἴκους, τῶν ἐμῶν τητώμενος
πρὸς τοῦ κακίστου κἀκ κακῶν Ὀδυσσέως.
κοὐκ αἰτιῶμαι κεῖνον ὡς τοὺς ἐν τέλει.
πόλις γάρ ἐστι πᾶσα τῶν ἡγουμένων,

Herm. ad Vig. p. 762.] Male Porson. ad Med. 1138. probante licet Elmsl. ad Med. 1110. ὧν κυρεῖ suasit scribendum.
V. 379. Temere Brunck. aliique contra libros ἐκπλεύσεις scripserunt.

V. 375. ὁ δ' ἐνθάδ' ἥκων] h. e. in hoc statu, vel in his, quibus se circumventum videbat, angustiis. Eodem fere sensu O. R. 1177 εἰς τόδ' ἥξεις, et Ai. 1382. καὶ γὰρ αὐτὸς ἐνθάδ' ἵξομαι. GED.

V. 376. Verborum structura haec est: δηχθεὶς ἠμείψατο πρὸς ταῦτα, ἃ ἐξήκουσεν, ὧδε. Verbum δηχθείς, quod recte Schol. λυπηθεὶς explicat, absolute positum nihil habet offensionis. Sic Eur. Med. 812. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα δηχθείη πόσις. Itaque eodem sensu, quo paullo ante v. 372. χολωθείς, positum.

V. 377. Schol.: τότε, φησίν, ἡνίκα τοῦ Ἀχιλλέως προεκινδυνεύομεν, οὐ παρῆς ἔνθα ἔδει σε παρεῖναι, ἀλλ' ἀπῆς, ὅπου οὐκ ὤφειλες.

V. 378. De ἐπειδὴ καὶ vide Pflugk. ad Eur. Med. 526.

V. 379. De coni. aor. vid. Matth. Gr. §. 517. n. 1. p. 988. — ἔχων iungendum cum ταῦτα, quod versu antec. positum.

V. 380. De accus. cum partic. pass. iuncto vid. Matth. §. 424. 2. p. 781. — κακὰ sunt convicia, ut v. 372. Similiter El. 288. φωνοῦσα τοιάδ' ἐξονειδίζει κακά.

V. 381 sq. Schol.: τητώμενος· ἐστερημένος. — Attende ad vim praepositionis πρὸς, quae non est pro ὑπὸ posita. — κἀκ κακῶν, quod e Sisypho conceptus ferebatur; vid. v. 417. Ad orationis formam cfr. Arist. Ran. 744. καὶ πονηροῖς κἀκ πονηρῶν. Theocr. XXV, 38 οὐ κακὸς οὐδ' ἐκ κακῶν. et infra 874. εὐγενὴς κἀξ εὐγενῶν. Eur. Andr. 581. ὦ κάκιστε κἀκ κακῶν.

V. 383. Schol.: καὶ οὐ μέμφομαι τοσοῦτον τῷ Ὀδυσσεῖ, ὅσον τοῖς περὶ Ἀγαμέμνονα· αὐτοὶ γὰρ πάντων κρατοῦσι, καὶ ἐν αὐτοῖς ἦν τὸ ἐμὲ λαβεῖν. κακῶς φρονοῦντες, ὡς καὶ Ὀδυσσεὺς κακῶς φρονεῖ· ἐπὰν γὰρ οἱ βασιλεῖς κακῶς φρονῶσι, κακῶς δηλονότι καὶ οἱ ὑπήκοοι. — Neque hic, neque O. R. 567. καὶ οὐκ pro ὅμως οὐκ, vel καίτοι οὐκ positum esse putandum est. Sensus hic est: atque magis quam illum culpo eos, penes quos est imperium. — οἱ ἐν τέλει, penes quos imperium est, summi magistratus, imperatores. Sic Ai. 1352.

V. 384. εἶναί τινος dicitur qui quasi alicuius possessio est, ab aliquo pendet. Cfr. O. R. 917.

στρατός τε σύμπας· οἱ δ' ἀκοσμοῦντες βροτῶν
διδασκάλων λόγοισι γίγνονται κακοί.
λόγος λέλεκται πᾶς. ὁ δ' Ἀτρείδας στυγῶν
ἐμοί θ' ὁμοίως καὶ θεοῖς εἴη φίλος.

ΧΟΡΟΣ.

στροφή.

Ὀρεστέρα παμβῶτι Γᾶ, μᾶτερ αὐτοῦ Διός,
ἃ τὸν μέγαν Πακτωλὸν εὔχρυσον νέμεις,

V. 389. Hermannus huic quoque carmini invitis libris hemichorii nomen praeposuit, quod non esset veri simile huiusmodi strophas a toto choro cantatas esse. At non est veri simile librarios hemichorii nomen in chori nomen fuisse mutaturos, ita ut satius sit, si sint eiusmodi strophae ab hemichorio cantatae, quod verum esse praestare nondum possumus, eius rei lectorem in nota admonere.

V. 391. Ut hic versus antistrophico singulis syllabis responderet, Hermannus invitis libris ordine mutato scripsit πότνι', ἐπηυδώμαν σε κἀκεῖ, μᾶτερ. At neque opus est, ut in versu do-

V. 385. Schol.: ἀκοσμοῦντες· ἄτακτα ἐργαζόμενοι. Gramm. in Bekk. Anecd. p. 369. 5. ἀκοσμεῖν, τὸ μηδὲν ἐν κόσμῳ καὶ τάξει ποιεῖν, ἀλλὰ ἀκολασταίνειν. Σοφοκλῆς. Quod et ad h. l. pertinet, et ad Ant. 730. HERM.

V. 386. Schol.: διδασκάλων· τῶν βασιλέων.

V. 389 — 397. Chorus hoc carmine id studuit efficere, ut et Neoptolemi verba fidem apud Philoctetam invenirent, et ipse Atridas magno persequi odio intelligeretur eaque re Philoctetae sibi conciliaret benevolentiam, et Rheae auxilium in re gerenda imploraret.

V. 389 Schol.: ὀρεστέρα· ὀρεία· ἡ αὐτὴ δέ ἐστι τῇ γῇ· ἐν δὲ τοῖς ὄρεσι τὰ μυστήρια αὐτῆς γίνεται. παμβῶτι· πάντας τρέφουσα· παρὰ τὸ Ὁμηρικόν· ζείδωρος ἄρουρα. διὰ δὲ τὸ ταύτην τὴν θεὸν τιμᾶσθαι παρὰ Φρυξὶ πρὸς αὐτὴν τὸν λόγον ποιεῖται. — Adiectivum ὀρεστέρα epitheton est non terrae istius, quam pedibus calcamus, sed deae Cybelae vel Rheae, quam hic Γᾶς nomine significat. De matre ὀρείᾳ vid. ad Eur. Hel. 1321. MUSGR. Strabo X. p. 469. οἱ Φρύγες καὶ τῶν Τρώων οἱ περὶ τὴν Ἴδην κατοικοῦντες Ῥέαν τιμῶσι — μητέρα καλοῦντες θεῶν. Adde quod culta fuit etiam in ipsa Lemno, cuius rei testis Steph. Byz. in Λῆμνος, qui nomen insulae factum dicit ἀπὸ τῆς μεγάλης θεοῦ, ἣν Λῆμνόν φασι· ταύτῃ δὲ καὶ παρθένους ἔθυον. Hinc chorus invocat deam, quae in Phrygia Neoptolemum armis spoliatum viderit et in Lemno nunc precantibus adsit. GED.

Ibid. Schol.: μᾶτερ αὐτοῦ Διός· ὅτι αὐτή ἐστι Ῥέα καὶ Γῆ.

V. 390. Schol.: Πακτωλόν· ποταμὸς Λυδίας, ἔνθα ἡ Ῥέα τιμᾶται· χρυσᾶ δὲ ψήγματα ἀπὸ τοῦ Τμώλου τοῦ ὄρους διὰ τοῦ Πακτωλοῦ καταφέρεται. — ἃ — νέμεις, possides, ut in Ai. 1017., incolis; nam etiam in

σὲ κἀκεῖ, μᾶτερ πότνι', ἐπηυδώμαν,
ὅτ' ἐς τόνδ' Ἀτρειδᾶν ὕβρις πᾶσ' ἐχώρει,
ὅτε τὰ πάτρια τεύχεα παρεδίδοσαν,
ἰὼ μάκαιρα ταυροκτόνων
λεόντων ἔφεδρε, τῷ Λαρτίου
σέβας ὑπέρτατον.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἔχοντες, ὡς ἔοικε, σύμβολον σαφὲς

chmiaco, qualis hic est, syllabae syllabis respondeant, neque id consecutus est Hermannus mutatione illa, quum etiamnunc σε κἀκεῖ respondeant hae syllabae ἔχθεις Ἀτρ —, neque, id quod mea sententia a mutando maxime revocare Hermannum debebat, ullo pacto probabile est, Sophoclem verba, quae arctissime iungenda erant, πότνια μᾶτερ, sive μᾶτερ πότνια, tam invenuste aliis interiectis a se disiuncturum fuisse.

V. 396. Λαρτίου scripsi secundum Γ codicis auctoritatem pro vulgato Λαερτίου. Vide ad v. 517 (509. meae ed.).

Lydia colebatur Cybele. Vid. Eur. Bacch. 55 sqq., Herod. V, 102., qui diserte testatur Sardibus fuisse eius templum. MATTH.

V. 391. Schol.: καὶ τότε σε ἐπεκαλεσάμην τιμωρήσασθαι τοὺς περὶ Ἀγαμέμνονα, ὅτε προεδίδοσαν τὰ ὅπλα τοῦ Ἀχιλλέως· καὶ νῦν δὲ καλῶ, ἵνα τούτους τιμωρήσῃ. — κἀκεῖ, in Phrygia, ubi praecipue colebatur; hinc Φρυγίας σώτειρα in H. Orph. Cfr. Virg. Aen. VI, 786 sq. MATTH.

V. 392. Schol.: ἐς τόνδε· τὸν Νεοπτόλεμον. — ὕβρις πᾶσα non est, ut putat Musgr., omnis illa contumelia, sed summa contumelia. Vide ad 141.

V. 394. Schol.: τὸ ἑξῆς· ὅτε τὰ πατρικὰ ὅπλα παρεδίδοσαν τῷ Λαερτίου. Verbum παραδιδόναι eodem hic sensu positum, quo v. 64.

V. 395 sq. Schol.: ἐπὶ ἅρματος γὰρ λεόντων ὀχεῖται ἡ Ῥέα. — Orph. H. v. 26. ταυροφόνων ζεύξασα ταχύδρομον ἅρμα λεόντων. Cfr. Lucret. II, 602. Virg. Aen. III, 111. Ovid. Met. X, 703 sq. Fast. IV, 215 sqq. — ἔφεδρος λεόντων, insidens leonibus, i. e. currui, cui adiunguntur leones, monente Wak., Virg. Aen. VI, 587. et XII, 735. — ταυροκτόνος, ταυροφόνος, ταυροσφάγος (Lycophr. Cass. 47.), ταυροβόρος (Archiae epigr. 27. II. p. 99. Anal. Br.) sollemnia leonis epitheta. MATTH.

V. 397. Schol. σέβας ὑπέρτατον· ὦ Ῥέα. ἢ νοητέον τοῦτο ἐπὶ τῶν ὅπλων. Hoc verum, arma ut praecipuum honorem Ulixi data esse. HERM.

V. 398. ἔχοντες πεπλεύκατε dictum ut v. 381. ἐκπλ. ἔχων. — σύμβολον σαφὲς λύπης· chorum iniuria, quam Neoptolemus perpessus erat, affectum dolore esse ex eius carmine Philoctetes intellexerat.

λύπης πρὸς ἡμᾶς, ὦ ξένοι, πεπλεύκατε,
καί μοι προςᾴδεθ', ὥςτε γιγνώσκειν, ὅτι
ταῦτ' ἐξ Ἀτρειδῶν ἔργα κἀξ Ὀδυσσέως.
ἔξοιδα γάρ νιν παντὸς ἂν λόγου κακοῦ
γλώσσῃ θιγόντα καὶ πανουργίας, ἀφ' ἧς
μηδὲν δίκαιον ἐς τέλος μέλλει ποιεῖν.
ἀλλ' οὔ τι τοῦτο θαῦμ' ἔμοιγ', ἀλλ' εἰ παρὼν
Αἴας ὁ μείζων ταῦθ' ὁρῶν ἠνείχετο.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὐκ ἦν ἔτι ζῶν, ὦ ξέν'· οὐ γάρ ἄν ποτε

V. 412. Male Brunck. pro *Λαερτίου* recepit quod in mem-

V. 399. *πρὸς ἡμᾶς πεπλεύκατε*] Mire haec Hermannus negat coniungenda esse propterea, quia Philoctetes non quaesitum se ab illis, sed casu repertum putet; tanquam *πεπλευκέναι πρός τινα* in hunc sensum accipi debeat, ut consulto ad aliquem navigavisse denotet, et non navigando delatum ad aliquem esse significare possit.

V. 400. Schol.: *καί μοι προςᾴδετε· συμφωνεῖτε·* et mecum concinitis, i. e. vestrum carmen consonat cum meo, qui non secus atque ego de iniuria accepta conqueramini. — *ὥςτε γιγνώσκειν·* pendent haec non a proximis verbis *καί μοι προςᾴδετε*, sed a superioribus *ἔχοντες* — *πεπλεύκατε*, sensusque est: manifestus dolor ille, quo affecti Troia relicta huc delati estis, facit, ut intelligam ab Atridis et Ulixe iniuriam ortam esse, id est, quo maior dolor ille, eo magis intelligo iniuriae auctores illius Atridas et Ulixem esse, ad omnem iniuriam inferendam paratissimos.

V. 403 sq. De *ἂν* partic. participio addita cfr. Matth. Gr. §. 598. b. p. 1197. — *ἀφ' ἧς* — *ποιεῖν*, unde postremo nihil, quod bonum et iustum sit, effectum reddit. *ἐς τέλος* est postremo. Eur. Ion. 1615. *χρόνια μὲν τὰ τῶν θεῶν πως, εἰς τέλος δ' οὐκ ἀσθενῆ.* HERM.

V. 406. *Αἴας ὁ μείζων*, ut distinguatur ab altero Aiace, Oilei filio. Ille, Telamonis filius, Achillisque patruelis, inter Graecorum duces cognatione proxime iunctus erat Neoptolemo. GED. Aiacis hoc praedicatum Eustath. p. 275, 36 (208, 44.) commemorat ad illud Homeri, *μείων, οὔτι τόσος γε ὅσος Τελαμώνιος Αἴας.* HERM. *ταῦθ' ὁρῶν ἠνείχετο*, cfr. Matth. Gr. §. 550. b. p. 1080.

V. 408. Meminisse oportet ficta narrare Neoptolemum. Non enim veri simile est pugnaturum fuisse nisi armis illis sibi restitutis. Et ita Proclus ex Lesche: *καὶ Νεοπτόλεμον Ὀδυσσεὺς ἐκ Σκύρου ἀγαγὼν τὰ ὅπλα δίδωσι τὰ τοῦ πατρός.* HERM.

V. 409. *οἴχεται θανών*] Vid. Matth. §. 559. p. 1107. et Ai. 999. Eur. Andr. 900.

V. 410. *ὡς* — *ὄντα νόει*] Vid. ad v. 251. Ceterum *ἐν*

ζῶντός γ' ἐκείνου ταῦτ' ἐσυλήθην ἐγώ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

πῶς εἶπας; ἀλλ' ἦ χοὖτος οἴχεται θανών;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ὡς μηκέτ' ὄντα κεῖνον ἐν φάει νόει.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οἴ μοι τάλας. ἀλλ' οὐχ ὁ Τυδέως γόνος,
οὐδ' οὑμπολητὸς Σισύφου Λαερτίου,

branis superscriptum fuit *Λαερτίῳ*. Ubique enim in hac fabula Ulixes non Sisyphi, sed Laertis filius dicitur.

φάει εἶναι, vivere, consueta tragicis locutio. Cfr. Eur. Hec. 695. 1190. Phoen. 1339. Hel. 530.

V. 411. Schol.: *ὁ Τυδέως γόνος· σὺν Ὀδυσσεῖ γὰρ αὐτὸν ἐξέβαλε Διομήδης.* Qui reprehenderunt Sophoclem, quod quaedam in hac fabula negligentius scripsisset, praetermiserunt illud, quod iure notari poterat. Nam si hic Diomedem et Ulixem rectius perisse dicit Philoctetes, facit quod quodammodo repugnat reliquae tragoediae; in qua quum et ipse ubique malorum suorum auctores Atridas et Ulixem fuisse dicat, neque Ulixes Diomedem sibi socium fuisse in exponendo Philocteta narret, non potest non male habere spectatorem lectoremve fabulae ira illa in eum virum, cuius nullam fuisse culpam ex eo debet conicere, quod ille non est usquam in consilii istius inventoribus commemoratus. HERM.

V. 412. Schol.: *Σισύφου Λαερτίου· ἐκ Σισύφου γὰρ κύουσα ἡ Ἀντίκλεια ἐγαμήθη Λαέρτῃ· καὶ διὰ τοῦτό φησιν αὐτὸν ὥςπερ πεπρᾶσθαι, ἐπειδὴ Λαέρτης πολλὰ δοὺς χρήματα ἠγάγετο τὴν Ἀντίκλειαν.* Ignota Homero fabula a tragicis saepius in Ulixis opprobrium versa; vid. Schol. ad Ai. 190. HERM. Mira autem sunt quae Hermannus de structura verborum monuit: „*Σισύφου* pro adiectivo est, ut sensus sit, *Λαερτίου, Σισύφου ὄντος*, quod potuisset uno nomine dici *Σισυφολαερτίου*, ut Luciani Icaromenippus dictus est. *Ἐμπολητὸς* autem non est cum genitivo construendum, tanquam si esset *ἐμποληθείς*, sed per se positum est: per negotiationem suppositus Sisypholaertis filius.“ At, si Ulixes filius dicitur suppositus, non potest profecto eius dici filius, a quo est suppositus, sed debet eius dici, qui verus pater non fuit. Deinde filio quidem, cui duo sunt patres et verus et falsus, istiusmodi nomen compositum indi potuit, minime vero patri, qui uxorem alius viri emit filio iam gravidam. Denique unum certe vellem Herm. attulisset exemplum, quo *Σισύφου* pro adiectivo secundum Graecorum loquendi consuetudinem accipi posse doceremur. Immo manifestum est *Σισύφου* pendere ab *ἐμπολητός*, coll. Schaef. Melett. cr. p. 137 sqq. et *Λαερτίου* ab *γόνος*. Vide Advers. mea p. 91 sq.

οὐ μὴ θάνωσι. τούςδε γὰρ μὴ ζῆν ἔδει.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὐ δῆτ᾽· ἐπίστω τοῦτό γ᾽· ἀλλὰ καὶ μέγα
θάλλοντές εἰσι νῦν ἐν Ἀργείων στρατῷ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

τί δ᾽ ὃς παλαιὸς κἀγαθὸς φίλος τ᾽ ἐμός,
Νέστωρ ὁ Πύλιος, ἔστιν; οὗτος γάρ τά γε
κείνων κάκ᾽ ἐξήρυκε, βουλεύων σοφῶς.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

κεῖνός γε πράσσει νῦν κακῶς, ἐπεὶ θανὼν

V. 420. ὅςπερ ἦν γόνος· sic recte omnes codices. Falsa est quae in Schol. memoratur scriptura, ὅςπερ ἦν μόνος; falsae etiam coniecturae Musgravii Brunckiique et Hermanni, in annotatione, quam vide, memoratae et refutatae.

V. 421. Libri δύ᾽ αὔτως· vide annotationem.

V. 426. Hermannus quum in Suida v. παλαιστής scriptum reperisset: σοφὸς παλαιστής· οὐ κεῖνος, ἀλλ᾽ οὐχ αἱ σοφαὶ γνῶμαι, Φιλοκτῆτ᾽, ἐμποδίζονται θαμά, non dubitavit pro librorum scriptura ἀλλὰ χαὶ edere ἀλλ᾽ οὐχ αἱ, sensum hunc iam esse

V. 413. Notabilis hic locus, quod apertissime οὐ μὴ θάνωσι vel praeteriti vel futuri exacti significationem habet. Sensus: οὐ δεινὸν μὴ θάνωσι, hi non metuendum ne mortui sint. Quod nos diceremus, diese werden wohl nicht gestorben seyn. Ex HERM.

V. 416. Vulgo ἐστὶν enclit. Veram rationem monstravit Brunck. Arist. Pac. 700. τί δαὶ, Κρατῖνος ὁ σοφὸς ἔστιν; Ἀπέθανεν. Eur. Hel. 137. οἱ Τυνδάρειοι δ᾽ εἰσὶν ἢ οὐκ εἰσὶν κόροι; Et hic infra 445. ᾐσθόμην δ᾽ ἔτ᾽ ὄντα νιν. BUTTM.

V. 418. κείνων κακά] mala orta ab illis, vid. ad v. 193.

V. 419 sq. θανὼν φροῦδος eodem sensu dictum, quo supra v. 409. οἴχεται θανών. — Antilochus auctore Homero Od. δ, 188. γ, 111. a Memnone nterfectus est, patri pugnanti suppetias ferens. Cfr. Pind. Pyth. VI, 28 sqq. MATTH.

Ibid. Schol.: οἱ μὲν γρ. μόνος, παρ᾽ ἱστορίαν φασίν· εἶχε γὰρ καὶ ἄλλους· οἱ δὲ γόνος, τῷ ποιητῇ ἀκολουθοῦντες λέγουσιν. Neque unicus Antilochus Nestoris filius erat, cuius septem Hom. Od. γ, 413 sq. enumerat, neque solus cum patre adversus Troiam profectus erat, sed una cum Thrasymede fratre, cuius Hom. Il. ι, 81. π, 317—321. mentionem facit. Itaque Sophocles, qui hac in re ab Homero discedere nullo pacto potuit, neque ὅςπερ ἦν μόνος, neque, quod Musgr. et Brunck. coniecerunt, ὃς παρῆν μόνος scribere potuit. Neque vero quod Herm. scripsit, ὃς παρῆν, γόνος, in alium puto accipi sensum posse, quam in hunc, ut solum apud Nestorem ad Troiam Antilochum filium fuisse Neoptolemus significet. Alioquin enim inutilia, ne dicam inepta sunt verba ὃς παρῆν· erratque manifesto Hermannus, quum propterea adiecta dicit, quod maior

Ἀντίλοχος αὐτῷ φροῦδος ὅςπερ ἦν γόνος.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οἴ μοι, δύ' αὔτως δεῖν' ἔλεξας, οἷν ἐγὼ
ἥκιστ' ἂν ἠθέλησ' ὀλωλότοιν κλύειν.
φεῦ, φεῦ· τί δῆτα δεῖ σκοπεῖν, ὅθ' οἵδε μὲν
τεθνᾶσ', Ὀδυσσεὺς δ' ἔστιν αὖ κἀνταῦθ', ἵνα
χρῆν ἀντὶ τούτων αὐτὸν αὐδᾶσθαι νεκρόν;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

σοφὸς παλαιστὴς κεῖνος· ἀλλὰ χαὶ σοφαὶ

monens: callidus luctator ille est; sed non impediuntur saepe callida consilia. Ex multis, quae in promptu sunt, argumentis, quibus Sophoclem ita scribere non potuisse evinci potest, hoc unum nunc affero, quod posita οὐκ particula nullus ἀλλὰ particulae locus erat. Suidae autem qui potuit quicquam hic auctoritatis tribui, qui οὐ particulam falso etiam ante κεῖνος posuisset? Immo egregie Sophocles ex vulgari scriptura ad dolum Ulixis, quo Philoctetam se capere posse opinabatur, irritum futurum respicit; idque intellexit iam Camerarius.

sit praesente in funere dolor quam absentis morte nuntiata. Nam contrarium potius verum esse omnes sciunt. Sed quid multa? Sanissima scriptura codicum est, secundum quam hoc dicit Neoptolemus: misera nunc Nestoris conditio est, quum qui filius eius fuerit Antilochus perierit. Quo significat miserum illum esse, quod optimi quique duces Graecorum occiderint, sed miserrimum nunc esse, quum ipsum filium amiserit. Ex quo apparet, magna cum vi verba ὅςπερ ἦν γόνος esse dicta.

V. 421. Sincera est vulgata, modo pro αὔτως αὔτως, ut convenit, scribatur. Duo, inquit, aeque tristia narrasti de iis, quos omnium minime mortuos vellem, Aiacem et Antilochum. Αὔτως sic Ant. 85. 715. O. R. 931. HERM.

V. 423. Eur. Suppl. 301. ἐγὼ δέ σ', ὦ παῖ, πρῶτα μὲν τὰ τῶν θεῶν σκοπεῖν κελεύω, μὴ σφαλῇς ἀτιμάσας. Ex his versibus non solum quid sit σκοπεῖν apparet, sed etiam quid velit haec interrogatio, τί δεῖ σκοπεῖν; quo respicere debemus? Reticet enim adhuc id, quod postea 446 sqq. clare eloquitur, a diis iustitiam nullam exspectandam esse. BUTTM.

V. 424. αὖ si, ut Buttmanno videtur, ex altera parte significaret, deberet statim post Ὀδυσσεὺς positum esse. Refertur ad κἀνταῦθα, hoc sensu: si hi perierunt, Ulixes autem, ut alias, sic rursum hic quoque superstes est, ubi illorum loco eum mortuum dici oportebat. HERM. Non placet haec sententia, ideoque nescio, an Bothius verum hic viderit, qui pro αὖ κἀνταῦθα scribendum οὐκ ἐνταῦθα coniecit.

V. 426. Schol.: σοφὸς μέν ἐστιν, ἀλλ' οὐ διόλου ἔσται· αἱ γὰρ τοιαῦται γνῶμαι καταβάλλονται εὐθέως. Sapienter et

γνῶμαι, Φιλοκτῆτ', ἐμποδίζονται θαμά.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

φέρ' εἰπὲ πρὸς θεῶν, ποῦ γὰρ ἦν ἐνταῦθά σοι
Πάτροκλος, ὅς σοι πατρὸς ἦν τὰ φίλτατα;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

χοὖτος τεθνηκὼς ἦν· λόγῳ δέ σε βραχεῖ
τοῦτ' ἐκδιδάξω. πόλεμος οὐδέν' ἄνδρ' ἑκὼν
αἱρεῖ πονηρόν, ἀλλὰ τοὺς χρηστοὺς ἀεί.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ξυμμαρτυρῶ σοι· καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτό γε
ἀναξίου μὲν φωτὸς ἐξερήσομαι,
γλώσσῃ δὲ δεινοῦ καὶ σοφοῦ, τί νῦν κυρεῖ.

V. 430. Erfurdt. ad Ai. 1169. p. 628. ἐν βραχεῖ scribendum putavit, cui assentitur Blomf. ad Aesch. Pers. 719., falso codicibus hanc Erfurdti coniecturam niti dicens.

V. 432. αἱρεῖ primus Buttm. pro librorum script. αἴρει dedit. Confirmat Suidas v. αἱρεῖ.

caute proeliari dicit Ulixem; et tamen cautum cautorem, ut Plautus ait, capi interdum ait, ut de inimico male ominans. CAM.

V. 429. σοί ante πατρός est dativus ille ethicus, de quo v. Gram. §. 120. obs. 2. 3., quique loco genitivi interdum vocabulis potissimum necessitudinis additur. Cfr. Hom. Il. δ, 219. τά οἵ ποτε πατρὶ φίλα φρονέων πόρε Χείρων. Ita quis hic non sentit ad animum Neoptolemi loqui Philoctetam? Ac tragici sane non videntur nisi in tali affectu hac epicorum dictione uti. BUTTM. De locutione τὰ φίλτατα pro ὁ φίλτατος cfr. Valck. ad Phoen. 437.

V. 434. De genitivo vid. Herm. in Mus. Stud. Ant. p. 156 sq. et ad Vig. p. 880. et Matth. Gr. §. 342. 2. p. 650.

V. 436. ποῖον γε τοῦτον — ἐρεῖς; quis tandem hic, de quo quaeris, alius est quam Ulixes? Γὲ particulae vis quae sit, apparet maxime, ubi pro interrogativa sententia negativam posueris, quae latet sub interrogativa: οὐδείς γε ἄλλος ἐστὶν ἢ Ὀδυσσεύς. Alia huius generis exempla attuli in Adv. p. 92. et Reisig. ad O. C. p. 322 sq.

V. 438. Schol.: ἀντὶ τοῦ, ἃ οὐκ ἤθελέν τις ἅπαξ ἀκοῦσαι, ταῦτα πολλάκις ἔλεγεν. Thersitae indolem describit Hom. Il. β, 212., ad quem locum Eustath. haec Sophoclis verba afferens sic explicat: οὕτω θρασὺς ἦν, ὥστε καὶ κωλυόμενός τι λέγειν, ὡς μὴ δέον, ὃν λέγεσθαι, ὁ δὲ τὸ αὐτὰ πολλάκις ἐλάλει. — Sensus est: qui nollet aliquid semel dicere, ubi omnes prohiberent. Quod more Graecorum sic elocutus est: ubi nemo perpeti vellet, scilicet saepius aliquid repeti. Sic in Ai. 1185. HERM.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ποίου γε τούτου πλήν γ' Ὀδυσσέως ἐρεῖς;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οὐ τοῦτον εἶπον· ἀλλὰ Θερσίτης τις ἦν,
ὃς οὐκ ἂν εἵλετ' εἰςάπαξ εἰπεῖν, ὅπου
μηδεὶς ἐῴη· τοῦτον οἶσθ' εἰ ζῶν κυρεῖ;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὐκ εἶδον αὐτόν, ᾐσθόμην δ' ἔτ' ὄντα νιν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἔμελλ'· ἐπεὶ οὐδέν πω κακόν γ' ἀπώλετο.
ἀλλ' εὖ περιστέλλουσιν αὐτὰ δαίμονες·
καί πως τὰ μὲν πανοῦργα καὶ παλιντριβῆ

V. 436. *ποῖον γε τούτου·* sic nonnulli codd.; plerique *ποίου τε τούτου.* Male Brunck. *ποῖον δὲ τοῦτο* scripsit.

V. 441. *οὐδέν πω* scripsi ex Hermanni coni. ad Hec. 379. proposita. Libri vitiose *οὐδέπω.*

V. 440. Schol.: *τοῦτο παρ' ἱστορίαν· λέγεται γὰρ ὑπὸ Ἀχιλλέως ἀνῃρῆσθαι, καθ' ὃν χρόνον καὶ τὴν Πενθεσίλειαν ἀνεῖλεν· φονευθείσης γὰρ τῆς Πενθεσιλείας ὑπὸ Ἀχιλλέως, ὁ Θερσίτης δόρατι ἔπληξε τὸν ὀφθαλμὸν αὐτῆς· διὸ ὀργισθεὶς ὁ Ἀχιλλεὺς κονδύλοις αὐτὸν ἀνεῖλεν· ἐλέγετο γάρ, ὅτι καὶ μετὰ θάνατον ἐρασθεὶς αὐτῆς συνεληλυθέναι.* Fabula ex Arctino sumpta [Consulendus Tzetzes ad Lycophr. 999. Plura dabit Bachetus ad Ovid. Epist. p. 320. Elmsl.] Vide Iacobs. ad Tzetzae Posthom. 194. Prudenter Sophocles ea dicentem fecit Neoptolemum, quae et a patre eius ignobile facinus declinarent, et egregie declararent obscuritatem Thersitae. HERM.

V. 441. Schol.: *ἔμελλεν· ἔοικεν.* Consentaneum erat, facile praevideri poterat, hunc quidem superstitem esse. Vide Ant. 458. O. C. 1635. Eur. Ion. 999. Conf. locos Hom. ap. Zeun. ad Vig. p. 262. BUTTM.

V. 442. *εὖ περιστέλλουσιν*] bene, diligenter protegunt, s. curant. Schol.: *περικαλύπτουσιν.* Hesych. *περιστέλλει· σκέπει, φυλάττει, περιβάλλει.* Similem usum habet in Theocr. XV, 75. XVII, 97. Herod. VI, 30, ad quem locum v. Valcken. MATTH. *εὖ περιστελεῖν* Eur. Med. 579.

V. 443 sq. Schol.: *παλιντριβῆ· τετριμμένα τοῖς κακοῖς· σώζουσιν ἐξ Ἅιδου τοὺς ἐπιτρίπτους καὶ δολερούς.* Recte vidit Gedikius respici Sisyphum, qui ex Orco in vitam per dolum reversus est; de quo id ipsum etiam v. 621. commemoratur. Itaque si Ulixem *πανοῦργον,* Thersitam propter eius in dicendo contumaciam *παλιντριβῆ* dicere putandus est. HERM.

χαίρουσ᾽ ἀναστρέφοντες ἐξ Ἅιδου, τὰ δὲ
δίκαια καὶ τὰ χρήστ᾽ ἀποστέλλουσ᾽ ἀεί.
ποῦ χρὴ τίθεσθαι ταῦτα, ποῦ δ᾽ αἰνεῖν, ὅταν
τὰ θεῖ᾽ ἐπαινῶν τοὺς θεοὺς εὕρω κακούς;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἐγὼ μέν, ὦ γένεθλον Οἰταίου πατρός,
τὸ λοιπὸν ἤδη τηλόθεν τό τ᾽ Ἴλιον
καὶ τοὺς Ἀτρείδας εἰςορῶν φυλάξομαι·
ὅπου θ᾽ ὁ χείρων τἀγαθοῦ μεῖζον σθένει
κἀποφθίνει τὰ χρηστά, χὠ δειλὸς κρατεῖ,
τούτους ἐγὼ τοὺς ἄνδρας οὐ στέρξω ποτέ·
ἀλλ᾽ ἡ πετραία Σκῦρος ἐξαρκοῦσά μοι
ἔσται τὸ λοιπόν, ὥςτε τέρπεσθαι δόμῳ.
νῦν δ᾽ εἶμι πρὸς ναῦν· καὶ σύ, Ποίαντος τέκνον,
χαῖρ᾽ ὡς μέγιστα, χαῖρε· καί σε δαίμονες
νόσου μεταστήσειαν, ὡς αὐτὸς θέλεις.

V. 452. *δειλός* pro codicum scriptura *δεινός* recte iam Brunck. reposuit, quem Herm. et Dind. secuti sunt.

V. 446. *τίθεσθαι ἐν* — valet aliquo loco censere, ut *ἐν καλῷ*, honestum iudicare; *ἐν εὐχερεῖ* infra 875.; unde apparet, quid sit *ποῦ χρὴ τιθ.*, cui accommodavit poeta etiam hoc *ποῦ αἰνεῖν*, quo in loco, h. e. quo nomine laudare. BUTTM. *ποῦ — ποῦ* sic usurpatum etiam Ai. 1101 sq.

V. 447. Schol.: *τὰ θεῖα ἔργα· νοσῶν δὲ δυςφημεῖ.* Ceterum *τὰ θεῖ᾽ ἐπ.* significat, quum volo laudare quae dii faciunt.

V. 449. Iunctorum verborum *τὸ λοιπὸν ἤδη* multa exempla ex tragicis protulit Elmsl. ad Eur. Med. 1096. — *τηλόθεν εἰςορῶν*, e longinquo cernens, i. e. minime cernens. MUSGR. Vide quae ad O. R. 1273. monita sunt. Sensus: cavebo, ne unquam in posterum Ilium et Atridas aspiciam.

V. 451. *ὅπου θ᾽* etc. Erravit in explanando hoc loco Hermannus, qui commate post *φυλάξομαι* et v. 452. colo post *κρατεῖ* posito *τὲ* copulam, quae post *ὅπου* sequitur, respondere *καὶ* copulae ante *ἀποφθίνει* positae statuit. Nam ita verba v. 453. languide et sine ullo vinculo praecedentibus adiecta essent. Immo certum est *τὲ* copula totum membrum *ὅπου ὁ χείρων — ποτέ* antecedentibus adnecti, et respondere sibi *ὅπου* et *τούτους* eodem modo, quo *ὅπου* et *ταύτην* in Aiac. 1082 sq.: *ὅπου δ᾽ ὑβρίζειν δρᾶν θ᾽ ἃ βούλεται πάρα, ταύτην νόμιζε τὴν πόλιν χρόνῳ ποτὲ ἐξ οὐρίων δραμοῦσαν ἐς βυθὸν πεσεῖν.*

V. 452. Schol.: *χὠ δειλὸς κρατεῖ· ὁ κακὸς νικᾷ τὸν ἀγαθόν. καὶ Ἡσίοδος· βλάπτει δ᾽ ὁ κακὸς τὸν ἀρείονα φῶτα.*

ἡμεῖς δ' ἴωμεν· ὡς, ὁπηνίκ' ἂν θεὸς
πλοῦν ἡμὶν εἴκῃ, τηνικαῦθ' ὁρμώμεθα.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἤδη, τέκνον, στέλλεσθε;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

καιρὸς γὰρ καλεῖ
πλοῦν μὴ 'ξ ἀπόπτου μᾶλλον ἢ 'γγύθεν σκοπεῖν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

πρός νύν σε πατρὸς πρός τε μητρός, ὦ τέκνον,
πρός τ' εἴ τί σοι κατ' οἶκόν ἐστι προςφιλὲς
ἱκέτης ἱκνοῦμαι, μὴ λίπῃς μ' οὕτω μόνον,
ἔρημον ἐν κακοῖσι τοῖσδ', οἵοις ὁρᾷς,
ὅσοισί τ' ἐξήκουσας ἐνναίοντά με·
ἀλλ' ἐν παρέργῳ θοῦ με. δυςχέρεια μέν,

V. 463. πρός νύν σε ex editt. Triclian. cum Schaef., Elmsl. in annot. ad Iph. T. 1068. et Buttm. pro πρὸς νῦν σε, quod Herm. retinuit, dedi.

Ὅμηρος· ἐπεὶ τὰ χερείονα νικᾷ. — κρατεῖ· πλέον ἰσχύει.

V. 454. Proverbium ap. Suidam: Ἀρχὴ Σκυρία. ἐπὶ τῶν εὐτελῶν καὶ μηδὲν λυσιτελὲς ἐχόντων, παρ' ὅσον πετρώδης καὶ λυπρὰ καὶ διὰ τοῦτο πενιχρὰ ἡ Σκῦρος οὐδὲν φέρουσα λόγου ἄξιον.

V. 458. Schol.: μεταστήσειαν· ἀπαλλάξειαν.

V. 460. Schol.: εἴκῃ· διδῷ, συγχωρήσῃ.

V. 462. Schol.: μᾶλλον ἐκ τοῦ σύνεγγυς, μὴ ἐξ ἀπόπτου τὸν πλοῦν περιμένειν. Sic O. R. 762. ἀγρούς σφε πέμψαι — ὡς πλεῖστον εἴη τοῦ δ' ἄποπτος ἄστεος. Sensus est: propius ad litus accedamus necesse est, ventum secundum exspectaturi. GED. πλοῦν σκοπεῖν· Eur. Hec. 901. μένειν, ἀνάγκη πλοῦν ὁρῶντες ἥσυχον. BUTTM.

V. 463. De praepositione a nomine, ad quod pertinet, inserto pronomine diiuncta cfr. Matth. Gr. §. 465. n. 3. p. 863.

V. 464. πρὸς εἴ τι] Vid. Buttm. Gr. §. 134. Obs. 8.

V. 468. ἐν παρέργῳ θοῦ με] Dicuntur ἐν παρέργῳ aliquid facere qui obiter, in transitu, et praeter propositum aliquid faciunt. Sic ap. Eur. in El. 512. ἦλθον γὰρ αὐτοῦ πρὸς τάφον, πάρεργ' ὁδοῦ. In pictura πάρεργα appellantur quaecunque tabellae ornandae gratia in vacuis spatii partibus artifex addit, minus diligenti cura elaborata. Hinc ἐν παρέργῳ τιθέμενα facilia esse censentur, quae levi opera, sine dispendio efficiuntur, quae proinde non magni facere debet is, a quo impetrantur. Eur. El. 63. πάρεργ' Ὀρέστην κἀμὲ ποιεῖται δόμων. BRUNCK. Schol.: ἐν παρέργῳ· οἷον, οὐκ ἐν τιμωμένῳ μέρει τῆς νεώς, ἀλλ' ὅπῃ βούλει·

ἔξοιδα, πολλὴ τοῦδε τοῦ φορήματος·
ὅμως δὲ τλῆθι· τοῖσι γενναίοισί τοι
τό τ' αἰσχρὸν ἐχθρὸν καὶ τὸ χρηστὸν εὐκλεές.
σοὶ δ', ἐκλιπόντι τοῦτ', ὄνειδος οὐ καλόν·
δράσαντι δ', ὦ παῖ, πλεῖστον εὐκλείας γέρας,
ἐὰν μόλω 'γὼ ζῶν πρὸς Οἰταίαν χθόνα.
ἴθ'· ἡμέρας τοι μόχθος οὐχ ὅλης μιᾶς.
τόλμησον, ἐμβαλοῦ μ' ὅπῃ θέλεις ἄγων,
εἰς ἀντλίαν, εἰς πρῷραν, εἰς πρύμνην, ὅποι
ἥκιστα μέλλω τοὺς ξυνόντας ἀλγυνεῖν.
νεῦσον, πρὸς αὐτοῦ Ζηνὸς ἱκεσίου, τέκνον,

V. 477. Omnes fere libri ter εἰς habent; Herm. ἐς scripsit. — πρῷραν scribit recte La; vide Etym. M. p. 692, 25. 823, 20. — πρύμνην quamvis invitis libris recte tamen secundum Elmsl. ad Heracl. 19. et ad Iph. T. 118. a recc. editt. pro πρύμναν restitutum est. — Pro ὅποι habet Γ ὅπου, quod sine idonea causa Erfurdtio et Elmsleio restituendum visum est.

δηλοῖ δὲ ταῦτα ἐν τοῖς ἑξῆς. Conf. Lucian. Herodoto 8. ἐν παρέργῳ οἱ πολλοὶ τὸν Ἡρόδοτον τιθέμενοι, id. Zeux. 7. ἐν παρέργῳ τίθεσθαι τὴν ἀκρίβειαν. BUTTM.

V. 470. Schol.: ὅμως δὲ σῶσόν με, γιγνώσκων, ὅτι τοῖς εὐγενέσι τὸ αἰσχρὸν ἐχθρόν ἐστι, καὶ τὸ καλὸν ἔνδοξον.

V. 476. Schol.: τὸ ἐν παρέργῳ νῦν ἐνεφάνισεν. — ἐμβαλοῦ μ' ἄγων, cfr. v. 488. et vid. Gramm. §. 131. obs. 7. BUTTM.

V. 477. ὅποι per attractionem dictum, de qua Pors. ad Hec. 1062. ibique Schaefer.

V. 481. Schol.: ἀκράτωρ· ἀσθενής, κρατεῖν ἐμαυτοῦ μὴ δυνάμενος. Male. Hoc dicit: etsi non possum propter pedis morbum ad genua tua accidere. Id est ἀκράτωρ τοῦ προςπιτνεῖν, HERM.

V. 482. Cfr. Ant. 773. ἄγων ἔρημος ἔνθ' ἂν ᾖ βροτῶν στίβος etc.

V. 484. Hom. Il. β, 536. οἳ δ' Εὔβοιαν ἔχον — τῶν αὖθ' ἡγεμόνευ' Ἐλεφήνωρ ὄζος Ἄρηος Χαλκωδοντιάδης. Eur. Ion. 59. τοῖς τε Χαλκωδοντίδαις, οἳ γῆν ἔχουσ' Εὐβοΐδα. Monumentum huius antiqui regis in Euboea suo tempore superstes memorat Paus. IX, 19. Erat autem Euboea, ut Strabonis X. p. 682. verbis utar, ἀντίπορθμος τοῖς Μαλιεῦσιν. GED. Genitivus Εὐβοίας nihil habet offensionis; nam Εὐβοίας σταθμὰ dictum pro Εὐβοικὰ σταθμά, ut Trach. 1197. Οἴτης πάγος pro Οἰταῖος πάγος, et huius fab. 1430. πάτρας Οἴτης πλάκα, pro Οἰταίαν πλάκα πάτρας. Alia exempla similia vid. ap. Lamb. Bos. p. 697. Schaef.

V. 486. Τραχινίαν δειράδα, Trachinia iuga s. colles; δειράδες· οἱ τραχώδεις τόποι τῶν ὀρῶν, Suid. Haec autem urbs Trachin in Oeta monte sita erat, hinc Oetaea dicta, ut ab aliis eiusdem nominis discerneretur. Strabo IX. p. 423. D. Cas. et Elmsl. ad Eur. Heracl. 194. — Σπερχειός, fluvius in sinu Maliaco, memoratus ab Hom. Il. π, 716. Aesch. Pers.

πείσθητι, προςπιτνῶ σε γόνασι, καίπερ ὢν
ἀκράτωρ ὁ τλήμων, χωλός· ἀλλὰ μή μ' ἀφῇς
ἔρημον οὕτω χωρὶς ἀνθρώπων στίβου.
ἀλλ' ἢ πρὸς οἶκον τὸν σὸν ἔκσωσόν μ' ἄγων,
ἢ πρὸς τὰ Χαλκώδοντος Εὐβοίας σταθμά·
κἀκεῖθεν οὔ μοι μακρὸς εἰς Οἴτην στόλος
Τραχινίαν τε δειράδα καὶ τὸν εὔροον
Σπερχειὸν ἔσται· πατρί μ' ὡς δείξῃς φίλῳ,
ὃν δὴ παλαί' ἂν ἐξ ὅτου δέδοικ' ἐγὼ
μή μοι βεβήκῃ· πολλὰ γὰρ τοῖς ἱγμένοις
ἔστελλον αὐτὸν ἱκεσίους πέμπων λιτάς,

V. 486. Versus corruptus est, sed emendatio anceps. Heathius coni. δειράδα τε, Erf. et Herm. δεράδα, Porsonus δειράδ' ἢ τὸν etc. Δεράδα minime probandum.

V. 489. βεβήκῃ· sic unus Brunck. codex; ceteri βεβήκοι. — In fine quod scripsi, ἱγμένοις, praeeunte Hermanno, pro ἱκμένοις, id pauci codices habent.

486., dicitur εὔροος, i. e. ἰσχυρῶς ῥέων, ut interpretatur Hesychius; nam, ut Lucan. VI, 366., ferit amne citato Maliacas Sperchios aquas. MATTH. De diaeresi εὔροον vid. Lob. ad Ai. p. 287., Buttm. Gr. ampl. T. I. p. 247 sq., Meineke Quaest. Men. spec. pr. p. 35.

V. 487. Apertum est verba πατρί μ' ὡς δ. φίλῳ coniungenda esse cum illis, πρὸς οἶκον ἔκσωσόν μ' ἄγων. HERM.

V. 488. παλαιὰ attice pro παλαιόν, ut πότερα pro πότερον, et infinita alia. Subauditur εἴην. Sic in O. R. 561. pro μακρός ἐστι χρόνος, dixit μακροὶ παλαιοί τ' ἂν μετρηθεῖεν χρόνοι. BRUNCK.

V. 489. μή μοι βεβήκῃ] vid. Herm. ad Vig. n. 268. p. 809., qui ad h. locum confert O. R. 760. δέδοικ' ἐμαυτόν, ὦ γύναι, μὴ πόλλ' ἄγαν εἰρημέν' ᾖ μοι. — Hesych. βέβηκεν, τέθνηκεν. — πολλὰ est πολλάκις.

Ibid. Schol.: τοῖς ἱκμένοις· ἀντὶ τοῦ διὰ τῶν ἱκμένων καὶ πεπορευμένων. Triclinius: τοῖς ἱκμένοις δὲ, ἀντὶ τοῦ διὰ τῶν ἱκμένων καὶ πορευτικῶν· ἐγὼ γὰρ ἀκίνητός εἰμι· ἢ τοῖς ἱγμένοις καὶ ἀφιγμένοις ἐνταῦθα. Non novi ego aut epicum aut alium poetam, qui ἵκμενος pro participio aoristi usurparit: nam hoc nomen etsi natura sua est tale participium, tamen in adiectivum abiit, ita ut etiam spiritu mutato ἴκμενος pronuntiaretur, ac nonnisi de vento secundo usurparetur. Itaque ἱγμένοις scripsi. HERM.

V. 490. Similiter ac supra v. 60. et Ant. 165. ἔστειλα ἱκέσθαι τινά τινι dictum vidimus, ita ut significaret aliquem per aliquem advenire iubere, hoc loco ἔστελλον αὐτὸν τοῖς ἱγμένοις πέμψαντά μ' ἐκσῶσαι δόμοις dictum, ita ut in verbo ἔστελλον dumtaxat iubendi vel adhortandi notio respiceretur. Paullo aliter Brunck. haec interpretatus est: multa enim hinc sol-

αὐτόστολον πέμψαντά μ' ἐκσῶσαι δόμοις.
ἀλλ' ἢ τέθνηκεν, ἢ τὰ τῶν διακόνων,
ὡς εἰκός, οἶμαι, τοὐμὸν ἐν σμικρῷ μέρος
ποιούμενοι τὸν οἴκαδ' ἤπειγον στόλον.
νῦν δ' εἰς σὲ γὰρ πομπόν τε καὐτὸν ἄγγελον
ἥκω, σὺ σῶσον, σύ μ' ἐλέησον, εἰσορῶν,
ὡς πάντα δεινὰ κἀπικινδύνως βροτοῖς
κεῖται παθεῖν μὲν εὖ, παθεῖν δὲ θἄτερα.
χρὴ δ' ἐκτὸς ὄντα πημάτων τὰ δείν' ὁρᾶν·

V. 493. Pauci codd. *μέρει*, quod Brunck. et Erf. praetulerunt.

V. 495. Delevi quod omnes adhuc editores comma posuerunt post *νῦν δ'*, quo fit, ut seiungantur quae cohaerent arctissime. *Δὲ — γὰρ* particulae eodem hic sensu positae, quo saepe *ἀλλὰ — γὰρ* usurpantur, ut ambae ad unum verbum referantur. Geminus locus est in Ai. 678. *ἐγὼ δ' ἐπίσταμαι γὰρ ἀρτίως, ὅτι* etc., ubi ventibus mandata ad eum dedi, supplices mittens preces, ut ipse navi huc advectus domum me abduceret, liberaretque a malis.

V. 491. Verbum *πέμπειν* hic valet ducere. Haec enim verbi illius potestas primaria (cf. Hom. Il. *α*, 390. Od. *δ*, 560.) apud tragicos etiam plurimum obtinet, ut infra 913. 1368. Trach. 417. *τὴν αἰχμάλωτον, ἣν ἔπεμψας ἐς δόμους*, pro quo mox *Ἰόλην ἔφασκες — ἄγειν*. ibid. 571. Vocis autem *αὐτόστολος* sensum recte Ged. confirmat analogia horum, *ὁμόστολος*, qui una proficiscitur, *μονόστολος*, h. e. *μόνος πορευόμενος*. Neque alia eius significatio in Mus. de Leandr. 275. de natante, *αὐτὸς ἐὼν ἐρέτης, αὐτόστολος, αὐτόματος νηῦς*, h. e. ipse remex, ipse vector, ipse navigium; et in epigr. Iuliani Aegyptii 46. de piscatore, *αὐτόστολος ἦλθεν εἰς Ἀΐδην νεκύων πορθμίδος οὐ χατέων*. BUTTM. Si verum esset, quod placet Buttmanno, *ἐκσῶσαι δόμοις* idem esse, quod supra 311. *σῶσαι ἐς οἴκους*, accederem ei *δόμους* reponendum suspicanti. Sed *δόμοις* ita dictum videtur, ut ad Poeantem, non ad Philoctetam referendum sit: ut ipse me suae domui sospitem restituat. HERM. Immo neutrum verum. Dativus *δόμοις* pendet a verbo *πέμπειν*, quod a poetis cum dativo loci iungitur. Cfr. Eur. Iph. T. 159. *ὃς τὸν μοῦνόν με κασίγνητον συλᾷς Ἅδᾳ πέμψας*.

V. 492. *τὰ τῶν διακόνων* graeco more dictum pro *οἱ διάκονοι*. Cfr. Matth. Gr. §. 285. p. 574. Minime enim probanda Hermanni explicatio, haec verba in medio adiecta statuentis hoc sensu: quod est nuntiorum. Nam ita tria membra *τὰ τῶν διακόνων*, et *ὡς εἰκός*, et *οἶμαι*, quae se invicem excipiunt, in medio adiecta essent; quo languidissimam fieri et asperrimam orationem patet.

V. 493. Ad sensum eodem redit, utrum dicas *τοὐμὸν ἐν σμικρῷ μέρει*, quod est: meas res pro parva suarum rerum parte haben-

χῶταν τις εὖ ζῇ, τηνικαῦτα τὸν βίον
σκοπεῖν μάλιστα, μὴ διαφθαρεὶς λάθῃ.

ΧΟΡΟΣ.

ἀντιστροφή.

οἴκτειρ', ἄναξ· πολλῶν ἔλεξεν δυςοίστων πόνων
ἆθλ', ὅσσα μηδεὶς τῶν ἐμῶν τύχοι φίλων.
εἰ δὲ πικρούς, ἄναξ, ἔχθεις Ἀτρείδας,
ἐγὼ μὲν τὸ κείνων κακὸν τῷδε κέρδος
μετατιθέμενος, ἔνθαπερ ἐπιμέμονεν,

meo monitu Hermannus languidam Porsoni coniecturam ἐγῷδ' nuper reiecit.

V. 504. Hermannus, quo accuratius metra congruerent, ex coni. scripsit ὦναξ.

V. 506. μετατιθέμενος· sic primus Brunck. e Scholiasta; libri μέγα τιθέμενος.

tes, an τοὐμὸν μέρος ἐν σμικρῷ, quod est eam partem negotiorum suorum, quae ad me spectat, habentes pro parva. HERM.

V. 495 sq. εἰς σὲ ἥκω non est putandum pro πρὸς σὲ ἥκω dictum esse, quod ipsum alienum ab huius loci sententia foret, in quo non accedere ad Neoptolemum Philoctetes dici potuit, sed orationem convertere ad eum, id est supplicare ei, quo sensu ἥκειν εἴς τινα dici debuit. Neque in eo quicquam est offensionis, quod ἄγγελος positum post πομπός. Nam Graeci in hoc complexu particularum τὲ καὶ saepissime postponunt quae praeposita malis. Sic Trach. 235., ad quem l. cfr. Schaeferus.

V. 496. Dicitur εἰςορᾶν etiam de animi cogitatione, ut in Eur. Suppl. 612. διάφορα πολλὰ θεῶν βροτοῖσιν εἰςορῶ. Ita iam ὡς erit quam. Sic etiam Scholiastes: σῶσόν με, γιγνώσκων τὰ ἀνθρώπινα πράγματα μεταβαλλόμενα. HERM.

V. 498. παθεῖν δὲ θἄτερα] id est κακῶς, de quo euphemismo Valck. in Diatr. p. 112. exposuit.

V. 499 sq. Schol.: τὰ δεῖν' ὁρᾶν· φοβεῖσθαι καὶ εὐλαβεῖσθαι. Sic τὰ δεινά Soph. El. 26. Ant. 243. Compararunt viri docti Terent. Phorm. II, 1, 11 sq. Hor. Od. II, 3, 1. II, 10, 13 sqq. Eur. Suppl. 178 sqq.

V. 503. ὅσσα — φίλων] De sensu huius precandi formulae vid. ad v. 275. Verbum τυγχάνειν sua ipsius vi accusativum adsciscere docui in Adv. p. 81 sq. Denique de forma ὅσσα vide Lob. ad Ai. 705.

V. 505 sqq. Schol.: τὸ ἐκείνους λυποῦν τούτῳ κέρδος καὶ ὠφέλειαν μεταποιῶν. ἢ τὸ κακὸν τὸ ἀπὸ τῶν Ἀτρειδῶν μετατιθέμενος τῷ Φιλοκτήτῃ, οἷον, εἰς ἀγαθὸν μεταποιῶν καὶ μεταβάλλων καὶ ἐπανορθῶν· λέγει γάρ, ὅτι βοηθήσω αὐτῷ, ἵνα ἐκείνους λυπήσω, ἀπανορθῶν αὐτῷ συμφορὰν τὴν ὑπὸ τῶν Ἀτρειδῶν γεγονυῖαν. Ficta ad fallaciam oratione utitur chorus, nec quae praecedunt verba, εἰ δὲ — Ἀτρείδας, dubitare sinunt, quin hoc dicat: si odisti Atridas, in-

ἐπ' εὐστόλου ταχείας νεὼς
πορεύσαιμ' ἂν ἐς δόμους, τὰν θεῶν
νέμεσιν ἐκφυγών.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ὅρα σὺ, μὴ νῦν μέν τις εὐχερὴς παρῇς,
ὅταν δὲ πλησθῇς τῆς νόσου ξυνουσίᾳ,
τότ' οὐκ ἔθ' αὐτὸς τοῖς λόγοις τούτοις φανῇς.

ΧΟΡΟΣ.

ἥκιστα. τοῦτ' οὐκ ἔσθ' ὅπως πότ' εἰς ἐμὲ
τοὔνειδος ἕξεις ἐνδίκως ὀνειδίσαι.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἀλλ' αἰσχρὰ μέντοι, σοῦ γέ μ' ἐνδεέστερον

V. 509. Quum liber optimus, Γ, in versu strophico 401 (396. meae ed.) Λαρτίου habeat, eo minus dubitavi hic ἐκ praepositionem, quae in omnibus libris ante θεῶν addita reperitur, cum Dindorfio omittere, quo saepius interpretes in eiusmodi locutionibus, qualis est θεῶν νέμεσις, genitivum ab omissa ἐκ praepositione pendere monuerunt, ut in hac ipsa fab. 1116. ab schol. factum, qui πότμος δαιμόνων explicat πότμος ἐκ δαιμόνων, quoque minus apte numerus dochmiacus versu iambico ischiorrhogico, qui ab Hermanno dicitur, interrumpitur. Denique ne apta quidem praepositionis illius adiectio huic loco est.

iuriam tibi Philoctetaeque ab iis factam in lucrum huius convertere, quoque cupit, domum reducere eum velim. HERM. De vi genitivi κείνων expositum ad v. 193.

V. 509 sq. τὰν θεῶν νέμεσιν ἐκφυγών] vindictam deorum effugiens, quae nos manet, si supplicis Philoctetae preces repudiamus. Editores comparant Virg. Aen. I, 542.

V. 511. ὅρα, μὴ παρῇς] cfr. v. 30. De praesentis autem et aoristi coniunctivorum hoc in loco discrimine explicuit Elmsl. ad Med. 310. De pronomine τὶς cum adiect. coniuncto vid. Matth. Gr. §. 487. 4.

V. 512. πλησθῆναί τινος hic significat ad taedium usque satiari, taedio alicuius rei affici. Ex quo apparet genitivum τῆς νόσου non a nomine ξυνουσίᾳ pendere, sed a verbo πλησθῇς, sensumque esse: ubi vero taedio morbi affectus fueris societate. Ad ξυνουσίᾳ autem supplendum τῆς νόσου. Sic Eur. Or. 413. οὐ δεινὰ πάσχειν δεινὰ τοὺς εἰργασμένους, ubi proprie bis δεινὰ debebat poni. Phoen. 1510. τᾶς ἀγρίας ὅτε δυςξύνετον ξυνετὸς μέλος ἔγνω Σφιγγὸς ἀοιδοῦ σῶμα φονεύσας. Herc. F. 335. ἥξω πρὸς ὑμᾶς νερτέρᾳ δώσων χθονί. Matth. Gr. §. 352. not. neutram explicandi rationem improbandam monet.

V. 513. Sensus est: οὐκέτι ὁ αὐτὸς τῷ ταῦτα λέγοντι. Cfr. Matth. §. 385.

V. 516. αἰσχρὰ attice pro αἰσχρόν, ut supra 493. παλαιὰ pro παλαιόν. BRUNCK. Schol.: ἀλλ' αἰσχρόν ἐστιν ἐνδεέστερόν

ξένῳ φανῆναι πρὸς τὸ καίριον πονεῖν.
ἀλλ᾿, εἰ δοκεῖ, πλέωμεν, ὁρμάσθω ταχύς·
χὴ ναῦς γὰρ ἄξει, κοὐκ ἀπαρνηθήσεται.
μόνον θεοὶ σώζοιεν ἔκ γε τῆςδε γῆς
ἡμᾶς, ὅποι τ᾿ ἐνθένδε βουλοίμεσθα πλεῖν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ὦ φίλτατον μὲν ἦμαρ, ἥδιστος δ᾿ ἀνήρ,
φίλοι δὲ ναῦται, πῶς ἂν ὗμιν ἐμφανὴς
ἔργῳ γενοίμην, ὥς μ᾿ ἔθεσθε προςφιλῆ.
ἴωμεν, ὦ παῖ, προςκύσαντε τὴν ἔσω
ἄοικον εἰςοίκησιν, ὥς με καὶ μάθῃς

V. 516. Temere Brunck. σοῦ γ᾿ ἔμ᾿. Vide Advers. p. 49.

V. 520. Erf. ex Gernhardi coni. ἔκ τε scripsit; aliquot codices nuper collati ἐκ δὲ habent, quod videri potest Gernhardi coni. favere.

V. 523. ὗμιν pro ὑμῖν, quod libri habent, cum Erf. et Herm. Porsoni monitu praef. ad Hec. p. 34. scripsi.

V. 525. προςκύσαντε, quod cum eisdem eodem Porsono auctore ad Phoen. 1419. pro προςκύσαντες scripsi, confirmat quodammodo La, in quo ς litera extrema punctis superne notata est.

σου εἶναί με ἐν τῷ βοηθεῖν τοῖς φίλοις. ἢ οὕτως· αἰσχρόν ἐστιν, εἰ ἐνδεέστερόν σου διατεθήσομαι περὶ τὴν εἰς τοὺς ξένους εὐεργεσίαν· οὐ παραιτήσομαι οὖν. Verborum structura haec est: σοῦ γέ μ᾿ ἐνδεέστερον φανῆναι πονεῖν τῷ ξένῳ πρὸς τὸ καίριον. Turpe est segniorem me quam te esse labore hospitis causa ad id, quod fieri tempestivum est, suscipiendo. HERM. Brunck. sic interpretatur: at indecorum est mihi sane minus promptum me videri quam te ad opem ferendam hospiti in tempore.

V. 519. χὴ ναῦς γάρ] Ita saepius καὶ γὰρ interpositis aliis verbis seiunguntur. Cfr. Ai. 1162. Eur. Orest. 1089.

V. 520. μόνον — σώζοιεν] Trachin. 1111. προςμόλοι μόνον. SCHAEF. Apta γὲ particula, quum illud ante omnia Neoptolemus et Philoctetes cupiant, ut Lemnus relicta sit; cetera enim sponte consecutura putant, alter ut Troiam veniant, alter ut revertatur in patriam. HERM.

V. 521. Optativus βουλοίμεσθα ex praegresso optativo pendet. Vide ad v. 325.

V. 522. φίλτατον μὲν — ἥδιστος δὲ] Vide Elmsl. ad Med. 1039.

V. 523 sq. De πῶς ἂν vid. Matth. §. 513. — ὥς μ᾿ ἔθ. προςφιλῆ. Musgr. recte et h. l. et infra 558. προςφιλῆ explicat amicum, gratum. τίθεσθαί τινα προςφιλῆ valet beneficiis aliquem sibi reddere amicum, obstringere. MATTH.

V. 525 sq. Schol.: προςκύσαντες· ἀσπασάμενοι τὴν ἑστίαν. — Schol.: ἄοικον·

ἀφ' ὧν διέζων, ὥς τ' ἔφυν εὐκάρδιος.
οἶμαι γὰρ οὐδ' ἂν ὄμμασιν μόνην θέαν
ἄλλον λαβόντα πλὴν ἐμοῦ τλῆναι τάδε·
ἐγὼ δ' ἀνάγκῃ προὔμαθον στέργειν κακά.

ΧΟΡΟΣ.

ἐπίσχετον, μάθωμεν· ἄνδρε γὰρ δύο,
ὁ μὲν νεὼς σῆς ναυβάτης, ὁ δ' ἀλλόθρους,
χωρεῖτον, ὧν μαθόντες αὖθις εἴσιτον.

ΕΜΠΟΡΟΣ.

Ἀχιλλέως παῖ, τόνδε τὸν ξυνέμπορον,

V. 529. Inepte Brunck. contra libros πλήν γ' ἐμοῦ.
V. 540. Brunck., Erf. et Buttm. cum Triclinianis ἀπ' Ἰλίου. Veteres libri ἐξ Ἰλίου.

δύσοικον, ὥσπερ ἀτυχὴς ὁ δυστυχής. Sic Electr. 492. ἄλεκτρα, ἄνυμφα. Ai. 665. ἄδωρα.

V. 527. Schol.: εὐκάρδιος· καρτερικός. Cfr. Ai. 364.

V. 528. Schol.: ἐγὼ γὰρ ὑπολαμβάνω μηδένα ἄλλον τὴν θέαν τῶν ἐνθάδε ἐνεγκεῖν, πόσῳ μᾶλλον εἰσοίκησιν; Sensus est: puto enim ne oculis quidem alium aspicere praeter me quenquam facile sustinere haec. Coniungendum enim λαβόντα cum τλῆναι eo sensu, de quo Matth. §. 550. p. 1080 sq. exposuit, pendetque τάδε a notione, quae verbis θέαν λαβεῖν subest, θεάσασθαι: de quo loquendi genere expositum ad El. 123 sqq. Huius autem locutionis, θέαν λαβεῖν pro θεάσασθαι, exempla ad v. 81. huius fab. attulimus. Postremo de significatione ἂν particulae cum infinito iunctae vid. Matth. §. 598.

V. 531. Eur. Hipp. 567. ἐπίσχετ', αὐδὴν τῶν ἔσωθεν ἐκμάθω. Vide de hac ratione loquendi diss. de ellipsi et pleonasmo in Mus. stud. ant. Vol. I. p. 182. et Elmsl. ad Heracl. 559. HERM.

V. 534. Is, qui inter personas colloquentes hic indicatur vocabulo Ἔμπορος, ut ex Ulixis verbis supra 127 sqq. apparet, idem ille est minister, qui speculatorem antea egerat. Hunc enim nunc naucleri habitu in scenam misit Ulixes, ut qui fortuito ad Lemnum appulerit. Fingit autem se esse ex numero eorum, qui commeatum Graecis et vina ex insulis vicinis subvectabant. Schol.: οὗτος ὁ ἔμπορος διαπέπλασται ὑπὸ Ὀδυσσέως ναύκληρος, πραγματευτής, εἰωθὼς τοῖς Ἕλλησι τὰ ἐπιτήδεια ἐπάγειν· ἐοικὼς δὲ καὶ ὡς οἴνου αὐτὸν διατυπούμενος πραγματευτήν. Idem verisimilitudinis causa alium e sociis Neoptolemi, qui custodiendae navis causa ad litus remanserant, tanquam viae ad Neoptolemum indicem secum ducit. Hunc ξυνέμπορον vocat, quod cave ad ipsum tanquam ἔμπορον referas; sed est ξυνέμπορος Neoptolemi, h. e. itineris comes, socius, hic ut Trach. 318., ex antiquiore et Homerico vocis ἔμπορος sensu, quo simpliciter viatorem, et in navi vectorem, nautam significat;

ὃς ἦν νεὼς σῆς σὺν δυοῖν ἄλλοιν φύλαξ,
ἐκέλευσ' ἐμοί σε ποῦ κυρῶν εἴης φράσαι,
ἐπείπερ ἀντέκυρσα, δοξάζων μὲν οὔ,
τύχῃ δέ πως πρὸς ταὐτὸν ὁρμισθεὶς πέδον.
πλέων γὰρ ὡς ναύκληρος οὐ πολλῷ στόλῳ
ἐξ Ἰλίου πρὸς οἶκον ἐς τὴν εὔβοτρυν
Πεπάρηθον, ὡς ἤκουσα τοὺς ναύτας ὅτι
σοὶ πάντες εἶεν οἱ νεναυστοληκότες,
ἔδοξέ μοι μὴ σῖγα, πρὶν φράσαιμί σοι,
τὸν πλοῦν ποιεῖσθαι, προςτυχόντι τῶν ἴσων.
οὐδὲν σύ που κάτοισθα τῶν σαυτοῦ πέρι,

V. 544. Brunck. *προςτυχών τι* contra libros scripsit.

vid. O. C. 25. et aliquoties; Hom. Od. β, 319. et ibi Schol. Alter autem ille personatus nauclerus *ἔμπορος* vulgata mercatoris significatione vocatur non in verbis poetae, sed in externo tantum dramatis schematismo. BUTTM.

V. 536. De hoc primi pedis anapaesto vide Herm. praef. ad Eurip. Bacch. p. 31. — *ποῦ κυρῶν εἴης.* Vide de hac locutione quae ad 369. in annot. critica monuimus.

V. 541. Schol.: *Πεπάρηθον· δῆμος τῆς Ἀττικῆς, καὶ μία τῶν Κυκλάδων νήσων.* Est insula in mari Aegaeo, ante Magnetas haud procul a Scyro sita, vino nobilitata (vid. Plin. XIV, 7. s. 9. Hard.), quam inde antiquitus Euoenum appellabant teste Plin. IV, 12. s. 23. Cfr. Arist. ap. Athen. I. p. 29. a., Hermipp. ib. p. ead. f., Heraclid. Pont. Rep. p. 20. p. 13. Koeler. *αὕτη ἡ νῆσος εὔοινός ἐστι καὶ εὔδενδρος καὶ σῖτον φέρει.* Demosthen. adv. Lacrit. p. 935. 7 sq. Reisk. Adde Interpp. ad Thucyd. III, 89. MATTH.

V. 544. Schol.: *προςτυχόντι τῶν ἴσων· ἀντὶ τοῦ, εὑρόντι τοὺς σοὺς ναύτας τοὺς ἐμοὶ ἴσους, τοὺς τὴν αὐτήν μοι τέχνην μετερχομένους. [εἰς τὸ αὐτό.] παραλέλειπται ἡ ἐξ. βούλεται γὰρ λέγειν, ἐκ τῶν ἴσων.* Recte Brunck. perspexit sensum verborum esse: visum mihi est non tacito vela dare, priusquam te convenissem, consecutus quod aequum est: i. e. praemio aliquo propter ea quae nuntiassem affectus. *Ἴσα* enim sunt *τὰ δίκαια*, quae sic dicuntur, quia praemium, quod iustum sit, par esse debet accepto beneficio. Eum morem fuisse, ut hoc genus hominum mercedem aliquam nuntii peterent, notum est; apteque conferri iubet Brunck. O. R. 1005 sq. et Trach. 190 sq. Confirmat hanc interpretationem responsum Neoptolemi v. 553. Illud vero non opus est, ut, quod ipsi placet, scribatur, *προςτυχών τι τῶν ἴσων.* Construendum est *προςτυχόντι* cum *ἔδοξέ μοι.* HERM.

ἃ τοῖσιν Ἀργείοισιν ἀμφὶ σοῦ νέα
βουλεύματ᾽ ἐστί· κοὐ μόνον βουλεύματα,
ἀλλ᾽ ἔργα δρώμεν᾽, οὐκ ἔτ᾽ ἐξαργούμενα.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἀλλ᾽ ἡ χάρις μὲν τῆς προμηθείας, ξένε,
εἰ μὴ κακὸς πέφυκα, προσφιλὴς μενεῖ·
φράσον δ᾽ ἅπερ γ᾽ ἔλεξας, ὡς μάθω, τί μοι
νεώτερον βούλευμ᾽ ἀπ᾽ Ἀργείων ἔχεις.

ΕΜΠΟΡΟΣ.

φροῦδοι διώκοντές σε ναυτικῷ στόλῳ
Φοίνιξ θ᾽ ὁ πρέσβυς, οἵ τε Θησέως κόροι.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ὡς ἐκ βίας μ᾽ ἄξοντες, ἢ λόγοις πάλιν;

V. 546. ἀμφὶ σοῦ νέα. Nihil verius hac emendatione Aurati, quam recte Brunck. aliique receperunt. Libri ἀμφὶ σ᾽ οὕνεκα, nisi quod pauci ἀμφὶ σοῦ ῞νεκα scribunt. Ex optimo Γ enotatum: ἀμφὶς εἵνεκα (γρ. ἀμφὶς ὃν, ἀντὶ τοῦ περὶ σοῦ). Ex quo apparet, quomodo mendosa librorum scriptura orta sit. Nam cum levi errore prima pronominis σ litera voci praecedenti annexa esset, fieri non potuit, quin ineptum ουνεα a librariis in οὕνεκα vel εἵνεκα mutaretur. Patet autem, ἀμφὶς ὃν nil esse nisi ἀμφὶ σοῦ. Probat quidem Herm. tum ad Vig. p. 886. tum ad h. l. scripturam vulgatam, ἀμφὶ σοὔνεκα ab eo exaratam, pleonasmo quodam ἀμφὶ σοῦ ἕνεκα ad rem fortius exprimendam dictum esse ratus similiter atque Plato de Legg. III. p. 701. D. τὸ τίνος δὴ χάριν ἕνεκα ταῦτα ἐλέχθη dixerit: verum aptioribus exem-

V. 548. Schol.: ἐξαργούμενα· ἀναβολὴν ἔχοντα.

V. 549. Buttm.: „χάρις προςφιλής, pleonasmus ob affectum: nam χάρις per se iam est μνεία προςφιλής, sed sensu per quotidianum usum evanescente.“ Nempe χάρις hic beneficium significat, ut nullus sit pleonasmus. Pro gratia et praemio Scholiastes videtur accepisse, qui scribat: ἔσται σοι χάρις τῆς προμηθείας ὕστερον. HERM.

V. 551. φράσον δ᾽ ἅπερ γ᾽ ἔλεξας] Vid. not. ad O. R. 655.

V. 552. νεώτερον] Comparativi notio non urgenda, sed ponitur fere pro positivo. Cfr. Eur. Phoen. 716. Hipp. 1160. Bacch. 214.

V. 554. Schol.: Θησέως κόροι· Ἀκάμας καὶ Δημοφῶν, ὧν οὐ μέμνηται Ὅμηρος ἐν τῷ καταλόγῳ. Homerus Menestheum ducem Atheniensium ad Troiam facit. Sed in aliis de bello Troiano memoriis sat antiquis et illis Theseidae inter primores Graecorum erant. Et inter epicos quidem antiquiores Arctinus Milesius, ut ex Procli chrestomathia novimus, in cyclico poemate, cui Ἰλίου πέρσις nomen, eos introduxe-

ΕΜΠΟΡΟΣ.

οὐκ οἶδ᾽· ἀκούσας δ᾽ ἄγγελος πάρειμί σοι.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἦ ταῦτα δὴ Φοίνιξ τε χοἰ ξυνναυβάται
οὕτω καθ᾽ ὁρμὴν δρῶσιν Ἀτρειδῶν χάριν;

ΕΜΠΟΡΟΣ.

ὡς ταῦτ᾽ ἐπίστω δρώμεν᾽, οὐ μέλλοντ᾽ ἔτι.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

πῶς οὖν Ὀδυσσεὺς πρὸς τάδ᾽ οὐκ αὐτάγγελος
πλεῖν ἦν ἕτοιμος; ἢ φόβος τίς εἶργέ νιν;

ΕΜΠΟΡΟΣ.

κεῖνός γ᾽ ἐπ᾽ ἄλλον ἄνδρ᾽ ὁ Τυδέως τε παῖς
ἔστελλον, ἡνίκ᾽ ἐξανηγόμην ἐγώ.

plis probandum erat istiusmodi pleonasmo Graecos esse usos. Apud Platonem enim mea sententia dubitari nequit, quin ἕνεκα ab interprete profectum sit, χάριν explicaturo: nam χάριν ἕνεκα coniungi non posse luce mihi clarius videtur. In hoc autem Sophoclis loco ἀμφὶ σοῦ ἕνεκα, etiamsi dictum alibi a Graecis esset, tamen ineptum foret propterea, quia non propter Neoptolemum, sed tantum de Neoptolemo cepisse consilia Achivi debebant dici. Denique v. 552. τί μοι νεώτερον βούλευμ᾽ ἀπ᾽ Ἀργείων ἔχεις manifesto profecto ostendit in antec. ἀμφὶ σοῦ νέα βουλεύματα scriptum fuisse.

V. 561. Non recte Brunck. et Erf. ἦ scripserunt contra libros.

rat: certe constantem de illis famam fuisse, tragicorum loci, ut noster Sophoclis, et nobilior alter Eur. Hec. 125 ostendunt. De Sophocle autem cyclicos poetas quam maxime auctores sequente vid. Athen. VI. p. 277. c. Lob. ad Ai. 70. Iam quomodo diversas has relationes inter se conciliarint scriptores et in iustam historiae formam redegerint, vid. ap. Schol. Eurip. l. c. et Plut. in Thes. c. 32 — 35. BUTTM.

V. 555. De ὡς particulae sensu cfr. Matth. §. 568. 1. p. 1121. — De locutione ἐκ βίας monitum ad v. 91.

V. 559. Iungenda verba ἐπίστω ταῦτα ὡς δρώμενα, et dictum ὡς eadem ratione, qua supra 253. ὡς μηδὲν εἰδότ᾽ ἴσθι μ᾽ ὧν ἀνιστορεῖς.

V. 560. De sensu vocis αὐτάγγελος cfr. Ammonius p. 2. ibique Valcken.

V. 563. ἔστελλον, ut saepius, non mittebant, sed ire parabant. Diomedem cum Ulixe ad reducendum Philoctetam profectos fecit Euripides. Diomedem solum nominavit Lesches in Iliade parva. HERM.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

πρὸς ποῖον ἂν τόνδ' αὐτὸς οὐδυσσεὺς ἔπλει;

ΕΜΠΟΡΟΣ.

ἦν δή τις. ἀλλὰ τόνδε μοι πρῶτον φράσον,
τίς ἐστίν· ἂν λέγῃς δὲ μὴ φώνει μέγα.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ὅδ' ἐσθ' ὁ κλεινός σοι Φιλοκτήτης, ξένε.

ΕΜΠΟΡΟΣ.

μὴ νῦν μ' ἔρῃ τὰ πλείον', ἀλλ' ὅσον τάχος
ἔκπλει σεαυτὸν ξυλλαβὼν ἐκ τῆςδε γῆς.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

τί φησιν, ὦ παῖ; τί με κατὰ σκότον ποτὲ
διεμπολᾷ λόγοισι πρός σ' ὁ ναυβάτης;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὐκ οἶδά πω, τί φησι· δεῖ δ' αὐτὸν λέγειν
εἰς φῶς ὃ λέξει, πρὸς σὲ κἀμὲ τούςδε τε.

ΕΜΠΟΡΟΣ.

ὦ σπέρμ' Ἀχιλλέως, μή με διαβάλῃς στρατῷ,

V. 566. ἂν primus Brunck. restituit, libris ἄν scribentibus.

V. 568. Brunck., Erf. et Buttm. μή νύν μ'.

V. 574. Male Buttm. Triclinianum διάβαλλε probavit, quod nec sensui nec numeris accommodatum est.

V. 564. Sensus hic est: πρὸς ποῖον ἂν ὄντα τόνδε ἔπλει, i. e. ποῖος ἂν εἴη, πρὸς ὃν ἔπλει.

V. 569. σεαυτὸν ξυλλαβών] Cfr. O. R. 1290. ὡς ἐκ χθονὸς ῥίψων ἑαυτόν.

V. 570 sq. κατὰ σκότον, ut paullo ante 565. καθ' ὁρμήν, adverbialiter dictum, de quo loquendi genere cfr. Matth. §. 581. p. 1155. — Schol.: διεμπολᾷ· λάθρᾳ ἀπατᾷ. Rectius prodit, verbo alludente ad artem mercatoris. GED. Cfr. πέπραμαι infra 978. et Ant. 1036. ἐξημπόλημαι. Nomen λόγοισι autem eodem modo verbo διεμπολᾷ additum, quo supra 55. λόγοισιν ἐκκλέψεις dictum.

V. 573. εἰς φῶς apte respondet verbis κατὰ σκότον. Similiter O. R. 1229. τὰ δ' αὐτίκ' εἰς τὸ φῶς φανεῖ κακά. Matth. comparat Herod. II, 132, 10. ἐκφέρειν ἐς τὸ φῶς. Soph. El. 939. ἀναπτύξαι πρὸς φῶς. et Matthaei Evang. X, 27. ὃ

λέγονθ' ἃ μὴ δεῖ· πόλλ' ἐγὼ κείνων ὕπο
δρῶν ἀντιπάσχω χρηστά γ', οἷ' ἀνὴρ πένης.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἐγώ εἰμ' Ἀτρείδαις δυςμενής· οὗτος δέ μοι
φίλος μέγιστος, οὕνεκ' Ἀτρείδας στυγεῖ.
δεῖ δή σ' ἔμοιγ' ἐλθόντα προςφιλῆ, λόγον
κρύψαι πρὸς ἡμᾶς μηδέν' ὧν ἀκήκοας.

ΕΜΠΟΡΟΣ.

ὅρα τί ποιεῖς, παῖ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

σκοπῶ κἀγὼ πάλαι.

ΕΜΠΟΡΟΣ.

σὲ θήσομαι τῶνδ' αἴτιον.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ποιοῦ λέγων.

ΕΜΠΟΡΟΣ.

λέγω· 'πὶ τοῦτον ἄνδρε τώδ', ὥπερ κλύεις,
ὁ Τυδέως παῖς ἥ τ' Ὀδυσσέως βία
διώμοτοι πλέουσιν, ἦ μὴν ἢ λόγῳ

V. 585. Elmsl. in censura Pors. Hec. p. 79. et ad Med. v. 1271. scribi iubet ἦ μήν νιν λόγῳ, longe id numerosius fore ratus. Non perspexerat rationem eam, qua recte longa finalis ante quintum trimetri ictum ponitur; de qua re dictum in Elem. d. m. p. 113. HERM.

λέγω ὑμῖν ἐν τῇ σκοτίᾳ, εἴπατε ἐν τῷ φωτί.

V. 574. Schol.: μὴ διαβάλῃς με, φησίν, τῷ τῶν Ἑλλήνων στρατῷ. εὐεργετήθην ὑπ' αὐτῶν πολλά. Verbum διαβάλλειν τινά τινι hic notat aliquem in invidiam adducere alicuius, de quo loquendi genere Matth. conferri Wesseling. ad Herod. VI, 64. et Wyttenb. Comment. in Plut. I. p. 298 sq. iubet. Addo Pflugk. ad Eur. Hec. 863.

V. 575 sq. Schol.: πόλλ' ἐγὼ κείνων ὕπο· ὑπ' ἐκείνων εὐεργετούμενος ἀντευεργετῶ αὐτούς, ὡς δύναται πένης εὐεργετεῖν, δηλονότι ὑπηρετῶν.

V. 581 sq. Schol.: ὅρα, τί ποιεῖς, παῖ; ταῦτα πλαγίως νοητέον. — Schol.: σὲ θήσομαι τῶνδ' αἴτιον· αἴτιον σε ποιήσω τῶν πραττομένων. Ibidem male vero Schol. verba ποιοῦ λέγων ita explicat: ποιοῦ με αἴτιον, ὧν μέλλεις λέγειν. Recte H. Steph. Annott. p. 70.: „perinde est ac si dixisset ποιοῦ με αἴτιον, μόνον λέγε."

πείσαντες ἄξειν, ἢ πρὸς ἰσχύος κράτος.
καὶ ταῦτ' Ἀχαιοὶ πάντες ἤκουον σαφῶς
Ὀδυσσέως λέγοντος. οὗτος γὰρ πλέον
τὸ θάρσος εἶχε θἀτέρου δράσειν τάδε.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τίνος δ' Ἀτρεῖδαι τοῦδ' ἄγαν οὕτω χρόνῳ
τοσῷδ' ἐπεστρέφοντο πράγματος χάριν,
ὅν γ' εἶχον ἤδη χρόνιον ἐκβεβληκότες;
τίς ὁ πόθος αὐτοὺς ἵκετ' ἢ θεῶν βία
καὶ νέμεσις, οἵπερ ἔργ' ἀμύνουσιν κακά;

ΕΜΠΟΡΟΣ.

ἐγώ σε τοῦτ', ἴσως γὰρ οὐκ ἀκήκοας,
πᾶν ἐκδιδάξω. μάντις ἦν τις εὐγενής,
Πριάμου μὲν υἱός, ὄνομα δ' ὠνομάζετο

V. 586. Non aptum quod Brunck. et Erf. ex unius codicis auctoritate scripserunt, πείσαντέ γ' ἄξειν. Faceret enim γὲ particula, ut illos persuadendo potissimum, sin minus, per vim Philoctetam abducturos se iuravisse statuendum esset. Quod etsi per se recte dici potuit, dictumque adeo est v. 609. οἴοιτο μὲν μάλισθ' ἑκούσιον λαβών· εἰ μὴ θέλοι δ', ἄκοντα, tamen huic loco non convenit, in quo ex ἢ — ἢ particulis apparet simpliciter illos

V. 586. πρὸς ἰσχύος κράτος similiter dictum ut supra v. 104. ἰσχύος θράσος, cum robore virium, i. e. ea cum vi, quam inferre Philoctetae per vires, quibus praediti sunt, eis licet. De usu praepositionis cfr. Matth. §. 591. p. 1183 sq.

V. 589. Notandus infinitivus futuri, quo indicatur Ulixem non dubitasse, quin illud effecturus esset. Aoristi infinitivo significaretur ausum esse illud facere. Similiter v. 616. HERM.

V. 590 sq. Schol.: τίνος πράγματος χάριν διὰ τοσούτου χρόνου ἐπεστράφησαν καὶ φροντίδα ἐποιήσαντο τοῦ Φιλοκτήτου οἱ Ἀτρεῖδαι, τοῦ πάλαι ἐξ αὐτῶν ἀποβληθέντος; De sensu dativi χρόνῳ τοσῷδε supra ad v. 235. dictum.

V. 597. ὄνομα δ' ὠνομάζετο Ἕλενος] Cfr. Matth. §. 308. p. 610. et §. 424. p. 780.

V. 599. Schol.: ὁ πάντ' ἀκούων· ὁ ὑπὸ πάντων ὑβριζόμενος. Qui omnia convicia audit, h. e. incessitur illis. Aristoph. Nub. 1332. ὦ μιαρὲ καὶ πατραλοῖα καὶ τοιχωρύχε. — ἆρ' οἶσθ', ὅτι χαίρω πόλλ' ἀκούων καὶ κακά; BUTTM.

V. 601. Schol.: οὐχ ἁπλῶς εἶπεν τὴν θήραν καλήν, ἀλλὰ διὰ τὴν πόρθησιν τῆς Ἰλίου· αὐτὸς γὰρ ἑρμηνεύει τὸν τρόπον τῆς πορθήσεως.

V. 603 sq. τἀπὶ Τρ. πέργαμα] Cfr. Matth. §. 380. n.

Ἕλενος, ὃν οὗτος, νυκτὸς ἐξελθὼν μόνος,
ὁ πάντ' ἀκούων αἰσχρὰ καὶ λωβήτ' ἔπη
δόλιος Ὀδυσσεὺς εἷλε, δέσμιόν τ' ἄγων
ἔδειξ' Ἀχαιοῖς ἐς μέσον, θήραν καλήν·
ὃς δὴ τά τ' ἄλλ' αὐτοῖσι πάντ' ἐθέσπισεν,
καὶ τἀπὶ Τροίᾳ πέργαμ' ὡς οὐ μή ποτε
πέρσοιεν, εἰ μὴ τόνδε πείσαντες λόγῳ
ἄγοιντο νήσου τῆσδ', ἐφ' ἧς ναίει τανῦν.
καὶ ταῦθ' ὅπως ἤκουσ' ὁ Λαέρτου τόκος
τὸν μάντιν εἰπόντ', εὐθέως ὑπέσχετο
τὸν ἄνδρ' Ἀχαιοῖς τόνδε δηλώσειν ἄγων·
οἴοιτο μὲν μάλισθ' ἑκούσιον λαβών·
εἰ μὴ θέλοι δ', ἄκοντα· καὶ τούτων, κάρα
τέμνειν ἐφεῖτο τῷ θέλοντι, μὴ τυχών.
ἤκουσας, ὦ παῖ, πάντα· τὸ σπεύδειν δέ σοι
καὐτῷ παραινῶ, κεἴ τινος κήδει πέρι.

aut persuadendo aut vi Philoctetam voluisse abducere hic dici debuisse.

V. 592. Vitiose libri ὅν τ', quod primus correxit Erf.

V. 600. Quum multi in iisque optimi codices δέσμιόν τ' habeant, eo minus dubitavi recipere, quo simplicior τὲ posita particula oratio exsistit, quae contortior fit posita quam Herm. recepit δὲ particula.

4. p. 700. — ὡς οὐ μή ποτε πέρσοιεν. Cfr. Matth. §. 609. p. 1231. et §. 517. n. 3. p. 990.

V. 605. ἄγοιντο νήσου τῆςδε] Genitivus solus de loco unde; ut v. 1002. πέτρᾳ πέτρας πεσών. Vid. Gramm. §. 119. n. 1. Cfr. etiam infra ad v. 1044. τῆς νόσου πεφευγέναι. BUTTM. Cfr. Herm. ad Vig. p. 881. Matth. §. 354. ζ. p. 667 sq. et Eur. Med. 79. Andr. 1061.

V. 608. Schol.: δηλώσειν· δείξειν. Cfr. v. 492. 609. 630. — De infinitivo futuri vid. ad v. 597.

V. 609. De optativo οἴοιτο vide Herm. ad Vig. p. 885. Matth. §. 529. 3. et Schaef. Melet. cr. p. 102. Sensus hic est: putare se (suppl. enim ἔλεγεν, ὅτι) facillime verbis se eum capturum et Troiam abducturum esse. Hermannus quomodo οἴοιτο μὲν latine reddere ut quidem opinaretur potuerit, non intelligo.

V. 610 sq. Homerum respicit, qui Il. β, 259. μηκέτ' ἔπειτ' Ὀδυσῆϊ κάρη ὤμοισιν ἐπείη —, εἰ μὴ ἐγώ σε etc. WAK. Schol.: ἐφεῖτο· ὑπέσχετο, ἐπηγγείλατο. Cfr. Matth. §. 382. 1. — τούτων μὴ τυχών, id est εἰ μὴ τούτων τύχοι. Vid. Matth. §. 566. 4. Ceterum similiter Ai. 1147.

V. 613. De κήδεσθαι περί τινος vid. Matth. §. 348. n. 2.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οἴμοι τάλας· ἦ κεῖνος, ἡ πᾶσα βλάβη,
ἔμ' εἰς Ἀχαιοὺς ὤμοσεν πείσας στελεῖν;
πεισθήσομαι γὰρ ὧδε κἀξ Ἅιδου θανὼν
πρὸς φῶς ἀνελθεῖν, ὥςπερ οὐκείνου πατήρ.

ΕΜΠΟΡΟΣ.

οὐκ οἶδ' ἐγὼ ταῦτ'· ἀλλ' ἐγὼ μὲν εἶμ' ἐπὶ
ναῦν· σφῷν δ' ὅπως ἄριστα συμφέροι θεός.

V. 622. νεὼς ἄγοντ' ἐπ' Ἀρ.; sic ego correxi. Codices et editt. omnes vitiose νεὼς ἄγοντ' ἐν Ἀρ.

V. 628. Recte Brunck. ex coni. ὀρίζῃ scripsit, pro quo nollem Buttm. et Herm. vulgatum ὀρίζει reduxissent. Inepta enim ex vulgari scriptura verba ὡς — νεὼς sunt, sive ὡς cum Butt-

V. 614 sq. ἡ πᾶσα βλάβη] merum scelus. Eodem modo El. 303. ὁ πάντ' ἄναλκις οὗτος, ἡ πᾶσα βλάβη, ubi Schol. ὁ πανταχόθεν βλαβερός. Similiter infra v. 927. πᾶν δεῖμα, Theocr. III, 18. πᾶν λίθος. GED. — Schol.: στελεῖν· πέμψειν.

V. 617. οὐκείνου πατήρ· ὁ Σίσυφος· μέλλων γὰρ τελευτᾶν παρήγγειλε τῇ γυναικὶ αὐτὸν ἄθαπτον καταλιπεῖν· καὶ κατελθὼν εἰς Ἅιδου τῶν γε νενομισμένων μὴ τυχών, κατηγόρησε τῆς γυναικὸς παρὰ τῷ Ἀϊδωνεῖ, ἠξίου τε ἀνελθεῖν καὶ τὴν γυναῖκα τιμωρήσασθαι· ἀνελθὼν δὲ οὐκέτι ὑπέστρεψεν, ἕως μετ' ἀνάγκης κατῆλθεν· ἐκ πατρὸς οὖν πανοῦργος Ὀδυσσεύς. Vide Theogn. 702., Schol. ad Il. ζ, 153., Pherecyd. fr. 41. — Ὧδε non ad ὥςπερ referendum, sed ad ea, quae nuntius narraverat: ut Ulixes me ad revisendum Graecorum exercitum adducet, ita credam me post mortem ab inferis rediturum, sicut patrem illius: i. e. non magis illuc ibo, quam mortuus in vitam revertar. HERM.

V. 619. ὅπως a poetis interdum superlativis praemittitur ut alias ὡς. Aristoph. Pac. 207. ὅπως ἀνωτάτω. Theogn. 429. (Bekk. 427.) ὅπως ὤκιστα. Aesch. Agam. 600. ὅπως δ' ἄριστα. 605. ὅπως τάχιστα. Origo huius loquendi generis intelligitur ex Trach. 330. Vid. Matth. §. 461. p. 858.

Ibid. συμφέροι] Brunck. latine vertit vobis optima conferat deus. Atqui formula ὅπως ἄριστα aliter quam sensu adverbii poetam uti potuisse non puto. Suspicor itaque συμφέρειν personaliter hic dictum esse eadem ratione, qua alias impersonale verbum συμφέρει. Certe ut ex Thucyd. affertur οἱ καιροὶ ξυνενηνόχασι τοῖς ἐχθροῖς, et ut mox noster 659. ὁποῖον ἄν σοι ξυμφέρῃ, sic poeta videtur dicere potuisse ὁ θεὸς ξυμφέρει ὑμῖν, conducit vobis, utilis, beneficus est. BUTTM. Hermannus explicat: quam optime vobiscum conspiret deus, afferens Eur. Med. 13. πάντα συμ-

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οὔκουν τάδ᾽, ὦ παῖ, δεινά, τὸν Λαερτίου
ἔμ᾽ ἐλπίσαι ποτ᾽ ἂν λόγοισι μαλθακοῖς
δεῖξαι νεὼς ἄγοντ᾽ ἐπ᾽ Ἀργείοις μέσοις;
οὔ· θᾶσσον ἂν τῆς πλεῖστον ἐχθίστης ἐμοὶ
κλύοιμ᾽ ἐχίδνης, ἥ μ᾽ ἔθηκεν ὧδ᾽ ἄπουν.
ἀλλ᾽ ἔστ᾽ ἐκείνῳ πάντα λεκτά, πάντα δὲ
τολμητά. καὶ νῦν οἶδ᾽ ὁθούνεχ᾽ ἵξεται.
ἀλλ᾽, ὦ τέκνον, χωρῶμεν, ὡς ἡμᾶς πολὺ
πέλαγος ὁρίζῃ τῆς Ὀδυσσέως νεώς.

manno nam interpreteris, sive cum aliis quoniam, quum Philoctetes multum maris inter se et Ulixis navem nunc situm esse nec scire nec dicere posset. Hermannum autem minor statuentem, ut apud nos quidam weil pro quamdiu usurpent, ita Graecos ὡς usurpasse, ut quamdiu notaret. Probandum id certe vel uno exemplo erat.

φέρουσ᾽ Ἰάσονι, in rebus omnibus consentiens et se accommodans illi, et Soph. El. 1464. συμφέρειν τοῖς κρείσσοσιν. Sed equidem assentior Buttmanno. Ceterum valde similis nostro loco Aesch. Choeph. 781 sq. ἀλλ᾽ εἶμι καὶ σοῖς ταῦτα πείσομαι λόγοις. γένοιτο δ᾽ ὡς ἄριστα σὺν θεῶν δόσει.

V. 621. ἐλπίσαι — ἂν — δεῖξαι] Herod. III, 151. οὐδαμᾶ ἐλπίζων ἂν ἡμίονον τεκεῖν. Xenoph. An. II, 5, 13. οὓς ἐλπίζω ἂν σὺν τῇ παρούσῃ δυνάμει ταπεινοὺς ὑμῖν παρασχεῖν. SCHAEF. Cfr. Matth. §. 598. a.

V. 622. νεὼς ἄγοντα] a navi. Vide ad Vig. p. 881. Quod Buttmanno placet, νεὼς significare ἐν νηΐ, nec comprobari potest exemplis illis, quibus utitur, neque omnino mea sententia Graece dictum foret. HERM. Quae Buttm. attulit exempla, eadem vide sis ap. Matth. §. 377. v. 1. p. 691. Non minus autem Hermanni interpretationem a sensu loci abhorrere iudico. Inepte enim locutus Philoctetes esset, si a navi, quam ne ingressus quidem iam erat, Ulixem se velle abducere et Achivis adducere questus esset, quum ex insula se nolle ab Ulixe abduci Troiam significare vellet. Itaque scripsi δεῖξαι νεὼς ἄγοντ᾽ ἔπ᾽. In postposita praepositione nulla offensio; vid. v. 621. κεἴ τινος κήδει πέρι. Cfr. etiam Eur. Iph. T. 102. νεὼς ἔπι φεύγωμεν, ᾗπερ δεῦρ᾽ ἐναυστολήσαμεν.

V. 623. Schol.: τάχιον ἂν πεισθείην τῇ ἐχίδνῃ ἢ τῷ Ὀδυσσεῖ. De superlativo πλεῖστον ante superl. posito vid. Matth. §. 461. p. 859.

V. 624. ἄπουν] sine pede, pro inutili pede, ut v. 534. ἄοικος WAK.

V. 625 sq. Plene: πάντα μὲν λεκτά, πάντα δὲ τολμητά. Sollemnis usus particularum μὲν et δέ, ubi adi. πᾶς repetitur. Xen. Hier. VII, 1. οἱ ἄνθρωποι πάντα μὲν πόνον ὑποδύονται, πάντα δὲ κίνδυνον ὑπομένουσι. Μὲν autem passim omitti sequente δὲ satis notum est. SCHAEF.

ἴωμεν· ἥ τοι καίριος σπουδή, πόνου
λήξαντος, ὕπνον κἀνάπαυλαν ἤγαγεν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὐκοῦν ἐπειδὰν πνεῦμα τοὐκ πρώρας ἀνῇ,
τότε στελοῦμεν· νῦν γὰρ ἀντιοστατεῖ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἀεὶ καλὸς πλοῦς ἔσθ', ὅταν φεύγῃς κακά.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὔκ· ἀλλὰ κἀκείνοισι ταῦτ' ἐναντία.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οὐκ ἔστι λησταῖς πνεῦμ' ἐναντιούμενον,
ὅταν παρῇ κλέψαι τε χἀρπάσαι βίᾳ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἀλλ', εἰ δοκεῖ, χωρῶμεν, ἔνδοθεν λαβὼν
ὅτου σε χρεία καὶ πόθος μάλιστ' ἔχει.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἀλλ' ἔστιν ὧν δεῖ, καίπερ οὐ πολλῶν ἄπο.

V. 629 sq. Invitis libris hos duo versus Hermannus choro tribuit. Non recte id factum esse docebo, ubi Hermannus attulerit argumenta, quibus ductus a librorum auctoritate discesserit. Puto autem gravissima me in promptu habere argumenta, quibus Philoctetae haec esse verba debere evincam.

Vid. etiam Elmsl. ad Eur. Med. 1039.

V. 629 sq. Schol.: τὸ ἐν καιρῷ σπουδάζειν ἀνάπαυλαν ἄγει ὕστερον. De significatu aoristi ἤγαγεν vid. Herm. ad Vig. p. 746. Matth. §. 502. 3.

V. 631 sq. Schol.: ἐπειδὰν πνεῦμα τοὐκ πρώρας· ἐπὰν παύσηται ὁ ἄνεμος ἐναντιούμενος. Sic etiam Matth. ad Eur. Or. 217. ἀνῇ explicat. — De verbo στελοῦμεν vid. ad v. 571.

V. 634. Schol.: μὴ εὐλαβηθῇς, φησί· κἀκείνοις γὰρ τὰ ἐναντία πνεύματα· ἀντὶ τοῦ, τὰ ἡμᾶς ἐπέχοντα κἀκείνους ἐπέχει.

V. 635 sq. Schol.: τοῖς γὰρ κακούργοις οὐκ ἔστιν ἐναντίος ἄνεμος· ἐν τῇ συγχύσει γὰρ μᾶλλον ἰσχύουσιν. Non hoc cogitavit Sophocles, sed lucri cupiditate metum periculi vinci. HERM.

V. 637. χωρῶμεν ἔνδοθεν λαβών dictum pro χώρει σὺν ἐμοὶ λαβών. Vide de hoc loquendi genere Elmsl. ad Eur. Med. 552.

V. 639. Est, inquit, quibus opus sit, sed non ex multis opibus, i. e. ut illa de magna rerum varietate deligere debeam. HERM.

V. 640. Schol.: τί ἔχεις, ὅπερ ἐμὴ ναῦς οὐκ ἔχει; ἀντὶ τοῦ οὐδὲν ἡμῖν λείπει. Brunck.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί τοῦθ᾽, ὃ μὴ νεώς γε τῆς ἐμῆς ἔνι;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

φύλλον τί μοι πάρεστιν, ᾧ μάλιστ᾽ ἀεὶ
κοιμῶ τόδ᾽ ἕλκος, ὥςτε πραΰνειν πάνυ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἀλλ᾽ ἔκφερ᾽ αὐτό. τί γὰρ ἔτ᾽ ἄλλ᾽ ἐρᾷς λαβεῖν;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

εἴ μοί τι τόξων τῶνδ᾽ ἀπημελημένον
παρεῤῥύηκεν, ὡς λίπω μή τῳ λαβεῖν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἦ ταῦτα γὰρ τὰ κλεινὰ τόξ᾽, ἃ νῦν ἔχεις;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ταῦτ᾽, οὐ γὰρ ἄλλα γ᾽ ἔσθ᾽, ἃ βαστάζω χεροῖν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἆρ᾽ ἔστιν ὥςτε κἀγγύθεν θέαν λαβεῖν,

V. 631. ἀνῇ Brunck. primus ex Piersoni et Valckenarii coni. reposuit; libri aut ἄῃ, aut ἀγῇ, aut ῥάῃ habent.

V. 640. Wak. et Erf. ἔπι coniecerunt.

verborum structuram hanc esse monet: ὃ μή ἔνεστί σοι λαβεῖν ἀπ᾽ ἐμῆς νεώς. Cui assentitur Herm. ad Vig. p. 881. et Matth. §. 379. n. 2. p. 698. Habet tamen quo displiceat haec interpretatio. Itaque quaeri licet, an non ἔνι sive ἔνεστι praegnanter dictum putandum sit, sensusque sit: quid est hoc, quod non sit navis meae et in navi mea insit? Vide quae ad v. 139 sq. annotavi.

V. 642. Hom. Il. π, 524. κοίμησον δ᾽ ὀδύνας. Vocem autem πραΰνειν possis quidem itidem sensu transitivo accipere; sed Erfurdtio assentior, praestare neutralem, ut El. 916. θάρσυνε, confide. BUTTM. ἕλκος non tam vulnus, quam vulneris dolorem hic significat. Cfr. Ant. 652. Aesch. Agam. 651.

V. 643. Verbum ἐρᾶν sensu cupiendi frequenter Sophocles usurpat. Vide v. 660. et O. R. 601. 436. 512.

V. 644. τόξα hic non de solo arcu, sed etiam de sagittis et quicquid ad arcum pertinet, dici apertum est. Cfr. Hom. Il. φ, 496 sqq. et Eur. Ion. 524. HERM.

V. 648 sq. De vi ὥςτε particulae exposuerunt Herm. ad Vig. p. 949., Matth. §. 531. n. 2. p. 1037 sqq. et Buttm.

καὶ βαστάσαι με προσκύσαι θ' ὥσπερ θεόν;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

σοί γ', ὦ τέκνον, καὶ τοῦτο κἄλλο τῶν ἐμῶν,
ὁποῖον ἄν σοι ξυμφέρῃ, γενήσεται.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

καὶ μὴν ἐρῶ γε· τὸν δ' ἔρωθ' οὕτως ἔχω·
εἴ μοι θέμις, θέλοιμ' ἄν· εἰ δὲ μή, πάρες.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ὅσιά τε φωνεῖς, ἔστι τ', ὦ τέκνον, θέμις,
ὅς γ' ἡλίου τόδ' εἰσορᾶν ἐμοὶ φάος
μόνος δέδωκας, ὃς χθόν' Οἰταίαν ἰδεῖν,
ὃς πατέρα πρέσβυν, ὃς φίλους, ὃς τῶν ἐμῶν
ἐχθρῶν μ' ἔνερθεν ὄντ' ἀνέστησας πέρα.
θάρσει· παρέσται ταῦτά σοι καὶ θιγγάνειν,

V. 662. Herm. Aldinae aliarumque vett. editt. scripturam αὐτὸς pro κἀυτὸς recepit, a Triclinio, ut videtur, καὶ additum esse iniuria suspicatus.

ad h. l. — Suidas: βαστάσαι οὐ τὸ ἆραι δηλοῖ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ἀλλὰ τὸ ψηλαφῆσαι. Non tamen de simplici contrectatione intelligendum, sed est in manum sumere, tractare; ne quis de gestatione armorum cogitet. Cfr. El. 905. BUTTM.

V. 649. ὥσπερ θεόν] quales habebant arma sua viri ferociores. Cfr. Apoll. Rhod. I, 466 sqq. Aesch. S. adv. Th. 535 sq. Clem. Alex. Protrept. p. 42. D. Ammian. Marcell. XVII, 12. Virg. Aen. X, 773. Stat. Theb. IX, 546 sqq. WAK.

V. 654 sq. De ellipsi σοὶ pronominis post θέμις vid. ad v. 139. Ceterum attende ad saepius repetitum pronomen relativum, cuius iteratio sententiae accommodatissima.

V. 657 sq. Schol.: ὃς τῶν ἐμῶν· ὃς ἐποίησάς με τῶν ἐχθρῶν ὑπερέχειν, ὄντα αὐτῶν ἐλάττονα.

V. 659. Verbum θιγγάνειν non solum contrectare, sed comprehendere, in manum sumere valet, quod patet vel ex eo, quod sequitur, καὶ δόντι δοῦναι, et ex aliis exemplis, quae ad v. 1398. apponemus. BUTTM.

V. 660. Schol.: καὶ δόντι δοῦναι· ἀντὶ τοῦ ἀποδοῦναί μοι τῷ δόντι σοι. Cfr. infra v. 774. οὐ δοθήσεται πλὴν σοί τε κἀμοί. De hoc usu verbi simplicis δίδωμι pro composito ἀποδίδωμι v. Heyn. ad Apollod. II, 4, 2. p. 299. ed. prior. Philoctetes hoc voluit: licet tibi haec arma contrectare, sic tamen ut ea mihi reddas. Id humanius et amicius hac elocutionis figura expressit: licet tibi haec arma contrectare, mihique qui dedi reddere. Eodem urbanitatis tanquam schemate in communi vita οἱ χαριέστεροι, permittentes aliquid sub conditione, hanc conditio-

καὶ δόντι δοῦναι, κἀξεπεύξασθαι βροτῶν
ἀρετῆς ἕκατι τῶνδ' ἐπιψαῦσαι μόνον.
εὐεργετῶν γὰρ καὐτὸς αὔτ' ἐκτησάμην.
οὐκ ἄχθομαί σ' ἰδών τε καὶ λαβὼν φίλον.
ὅστις γὰρ εὖ δρᾶν εὖ παθὼν ἐπίσταται,
παντὸς γένοιτ' ἂν κτήματος κρείσσων φίλος.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

χωροῖς ἂν εἴσω.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

καὶ σέ γ' εἰσάξω· τὸ γὰρ
νοσοῦν ποθεῖ σε ξυμπαραστάτην λαβεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ α'.

Λόγῳ μὲν ἐξήκουσ', ὅπωπα δ' οὐ μάλα,

V. 663. Male Brunck. *οὐκ ἄχθομαί σ' ἰδεῖν τε καὶ λαβεῖν φίλον* contra omnes libros scripsit.

nem facere solemus partem ipsius permissionis. SCHAEF.

V. 662. Schol.: *αὐτὸς γὰρ ὑφῆψε τῷ Ἡρακλεῖ τὴν πυράν.*

V. 663. Corruptus hic versus est, ab aliis aliter tentatus. Neque enim Hermanno assentior, qui incorruptum putat, sed excidisse qui praecesserit versum arbitratus, ad quem verba *οὐκ ἄχθομαί σε* referenda sint, orationem ita processisse monet: itaque hunc arcum manibus te tuis attrectare non gravate fero, qui et viderim te et amicum nactus sim. Nam ita repetitam inutiliter sententiam esse, statuendum esset, quae dicta iam v. 660 sq. est, nihil ut dicam de incommodo sensu verborum *ἰδὼν* — *φίλον*. Fortasse succurri loco potest scribendo *κοὐκ*, ita ut sensus sit: et gaudeo, me te et vidisse et accepisse amicum. Cfr. Matth. §. 555, i.

V. 664 sq. *εὖ παθὼν* eo tantum consilio additum, ut mutua benevolentia indicetur, non quasi a Philocteta aliquid beneficii acceperit Neoptolemus. Cavendum autem, ne, quoniam priore versu definitio amici continetur, perversa videatur sententia nasci: qui amicus est, quibusvis opibus potior est amicus. Sic enim haec accipienda sunt: si quis beneficiis remunerari benevolentiam didicit, potior est amicus omnibus divitiis. Quod est, amico, qui factis comprobet amicitiam suam, nihil esse praestantius. HERM.

V. 666. *χωροῖς ἂν εἴσω*] Sic El 1491. — Verba *καὶ σέ γ' εἰσάξω* in hunc sensum accipienda: intrabo, et tu quidem me comitaberis. — *τὸ νοσοῦν*, vid. ad v. 83.

V. 668. Schol.: *λόγῳ μὲν ἀκούω τὸ τοῦ Ἰξίονος πάθος, ὅτι τροχάζεται· πελάταν δὲ αὐτὸν λέκτρων Διὸς εἶπεν, τὸν πει-*

τὸν πελάταν λέκτρων ποτὲ τῶν Διὸς
Ἰξίονα κατ' ἄμπυκα δὴ δρομάδα δέσμιον ὡς ἔβαλ' ὁ
παγκρατὴς Κρόνου παῖς·
ἄλλον δ' οὔτιν' ἔγωγ' οἶδα κλύων, οὐδ' ἐσίδον μοίρᾳ
τοῦδ' ἐχθίονι συντυχόντα θνατῶν,
ὃς οὔτ' ἔρξας τίν' οὔτε νοσφίσας,
ἀλλ' ἴσος εἰν ἴσοις ἀνὴρ

V. 669. *τῶν Διός.* Sic **Porsono** auctore ad Eur. Phoen. 145. primus scripsit **Erfurdt.**; **Brunck.** ex Tricl. recensione dedit *τοῦ Διός*, libri *Διός*.

V. 670. Cum **Hermanno** *ἔβαλ'* pro librorum scriptura *ἔλαβ'* dedi. Ceterum corruptum hunc versum intactum relinquere malui quam dubiis mutationibus indulgere. **Herm.** scripsit: *Ἰξίονα δρομάδα κατ' ἄμπυκα δέσμιον ὡς ἔβαλεν*, contra omnes libros.

V. 674. Libri veteres: *ὃς οὐθ' ἔρξας τιν'*, Tricliniani quod recepi habent.

ῥάσαι βουληθέντα τὰ τοῦ Διὸς λέκτρα, ὃν ἔδησεν ὁ Ζεύς. μὴ μέντοι ἑωρακέναι μείζονα τῆς Φιλοκτήτου νόσου.

V. 669. **Schol.**: *τὸν πελάταν λέκτρων·* τὸν βουληθέντα ἐπιβῆναι τῇ εὐνῇ τοῦ Διός. Verba *πελᾶν, πελάζειν* s. *πλάζειν, πλησιάζειν, ἐλθεῖν παρά τινα, ἆσσον ἐλθεῖν* (de quo vid. **Valck.** ad Herod. VI, 68.) verecunde dicuntur de iis, qui accedunt ad mulierem, ut cum ea consuescant. Vid. Trach. 17. O. R. 1101. et **Ast.** ad Plat. Phaedr. p. 336. — *λέκτρον* et *λέκτρα*, ut *λέχος* et *λέχη*, de toro coniugali et connubio sollemnia. Vid. **Eur.** Med. 140. 154. 996. Pors.; hinc de ipsis maritis, ut in **Pind.** Pyth. XI, 37. **Eur.** Androm. 891. Ceterum notissimum Ixionem, postquam illicitos Iunonis amplexus petivisset, ad rotam religatum esse. Vid. **Pind.** Pyth. II, 39 sqq. **Eurip.** ap. Plut. de aud. Poet. p. 17. E. p. 73. **Wytt.** **Virg.** Georg. III, 38 sq. IV, 484. **Tibull.** I, 3, 73 sq. **Hygin.** fab. 62. **MATTH.**

V. 670. **Schol.**: *κατ' ἄμπυκα δή·* κατὰ τὸν τρόχον δεδεμένον. *δρομάδα·* τὸν περιφερόμενον ἐν τῷ δρόμῳ. — **Hesych.**: *ἄμπυκες·* τροχοί· οὕτω Σοφοκλῆς ἐν Φιλοκτήτῃ· διὰ τὸ κυκλοτερές. *Ἄμπυξ* enim proprie omne quod *ἀμπέχει*, plerumque id, quo caput circumdatur, hic, quo radii rotae. **BUTTM.** Pro *ἔλαβεν*, quod libri habent, scripsi cum **Hermanno** *ἔβαλεν*. Non video enim, qui *λαβεῖν δέσμιον κατ' ἄμπυκα* apte dici possit. Recta autem locutio *βαλεῖν δέσμιον κατ' ἄμπυκα*, qua significatur, **vinctum rotae alligare**, id est vinculis rotae adstringere. *Δρομάδα* aptius mihi cum *ἄμπυκα* quam cum *Ἰξίονα* coniungi videtur.

V. 673. *τοῦδε*, i. e. *ἢ τόνδε* aut potius *τῆς τοῦδε μοίρας*, sollemni in comparativis brevitate, de qua vid. **Herm.** ad Vig. p. 717. et **Matth.** §. 453. p. 848.

V. 674. **Eustath.** p. 763. 3. (667, 24.) de Homerico *τῇ πιθόμην καὶ ἔρεξα* Il. IX, 453. disserens, *Ὁμηρικὸν δέ τι*, inquit, *καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Φι-*

ὤλλυθ' ὧδ' ἀναξίως.
τόδε δ' αὖ θαῦμά μ' ἔχει,
πῶς ποτε, πῶς ποτ' ἀμφιπλήκτων ῥοθίων μό-
νος κλύων,
πῶς ἄρα πανδάκρυτον οὕτω βιοτὰν κατέσχεν·

(ἀντιστροφὴ α'.)

ἵν' αὐτὸς ἦν πρόσουρος, οὐκ ἔχων βάσιν,

V. 675. *εἰν ἴσοις.* Sic correxi vulgatum *ἐν ἴσοις*, quo metrum violatur. Formam doricam *εἰν* usurpavit Sophocles etiam in trimetro Ant. 1241., et *ἐνί* Trach. 7. Ex Eurip. fabb. exempla attulit Lobeck. ad Ai. 614. Non apte Hermannus *ἐν γ'* scripsit.

V. 677. *τόδε δ' αὖ θαῦμά μ' ἔχει.* Sic ex coni. Hermanni scripsi. Libri *τόδε θαῦμ' ἔχει με.*

V. 678. *κλύων* primus Brunck. ex coni. restituit, quum libri *κλύζων* haberent. Unus nunc codex eam coniecturam confirmavit.

λοκτήτῃ τὸ οὔτε τι ῥέξας, κακὸν δηλαδή. οὕτω γὰρ νοεῖται, εἰ καὶ παντελῶς ἐκεῖ σιωπᾶται τὸ ῥεχθέν. Notum est ποιεῖν, δρᾶν, ἔρδειν τινά τι pariter atque nostrum iemandem etwas thun nonnunquam a Graecis sic dici, ut damno aliquem afficere, alicui nocere, significet, ut in Xen. Cyrop. IV, 3, 7., ubi videatur Bornemann. Sed insolentius hic τὶ omissum, nisi si mendo librariorum sublatum est. *Νοσφίσας* Schol. explicat *ἀποστερήσας.*

V. 675. Schol.: *ἐν ἴσοις· ἐν δικαίοις.* Eodem sensu *ἴσος* dictum O. R. 677. et Colch. fr. 1.

V. 677. *τόδε θαῦμά μ' ἔχει.* Simillime Eur. Ion. 572. *τοῦτο κἄμ' ἔχει πόθος.* Cfr. Matthiae §. 421. 4.

V. 678. Schol.: *ἀμφιπλήκτων· ἑκατέρωθεν πληττόντων· τὰ γὰρ κύματα κλύζονται κατ' ἀμφοτέραν ὄχθαν τῆς θαλάσσης.* De activa adi. *ἀμφίπληκτος* notione vid. Pors. ad Eur. 216. et Hec. 1117.

V. 681. Schol.: *ὅπου αὐτὸς μόνος ὑπὸ ἀνέμων βαλλόμενος, πρὸς ἄνεμον τετραμμένος ἦν.* Quae inepta est interpretatio. Nec melior Hermanni, qui quum *πρόσουρος* apud tragicos, ut *ἔπουρος*, ab *οὖρος*, qui est ventus secundus, deductum esse contendisset, verba *ἵν' αὐτὸς ἦν πρόσουρος* significare putavit, in quem locum ipse quasi secundo vento venerat. Quod sic addit intelligendum esse, miserrimam illum vitam sustinuisse eo in loco, ad quem ipse fortuna favente enisus esset. Nolo haec, quae falsa esse sine dubio nunc ipse Hermannus intelliget, refutare argumentis, quae plurima in promptu habeo. Recte Brunck., quem sequitur Buttm., *πρόσουρος* formam ionicam adiectivi *πρόσορος* esse statuit. Saepius autem eo vocabulo Herodotus usus est; neque incredibile Sophoclem, qui multas formas ionicas usurpasset, hac quoque usum esse. Eiusdem compositiones vocabula haec sunt: *ἄπουρος*, longinquus, O. R. 189.; *ξύνουρος*, comes, Aesch. Ag. 504.; et *τηλουρός*, longinquus,

οὐδέ τιν' ἐγχώρων, κακογείτονα
παρ' ᾧ στόνον ἀντίτυπον βαρυβρῶτ' ἀποκλαύ-
σειεν αἱματηρόν·
[οὐδ'] ὃς τὰν θερμοτάταν αἱμάδα κηκιομέναν ἑλκέων
ἐνθήρου ποδὸς ἠπίοισι φύλλοις
κατευνάσειεν, εἴ τις ἐμπέσοι,
φορβάδος ἔκ τε γᾶς ἑλεῖν·

V. 686. *οὐδ'* Hermanno auctore uncis inclusi.

V. 690 sqq. Ex eiusdem coni. et *εἷρπε δ' ἄλλον ἄλλοτε* pro *ἕρπει γὰρ ἄλλοτ' ἄλλᾳ*, et *ὑπάρχοι* pro *ὑπάρχει*, et *πόρον* pro *πόρων*, et *ἐξανείη* pro *ἐξανίησι* dedi. Et *ὑπάρχοι* atque *πόρον* repertum nunc etiam in duobus codd. est. Non vidit autem Hermannus *ἂν* particulam cum *εἷρπε* iungendam esse, quae adhuc ab omnibus optativi Matth. §. 515. not. et §. 528. not.

quae vox saepius usurpata est. Itaque sensus: ubi ipse erat accola; quo non idem dicitur atque sequenti versu, *οὐδέ τιν' ἐγχώρων*. Nam duo sunt, quae dicit chorus, primum, non accolam habuisse Philoctetam, ut qui in insula viveret, deinde non incolam vicinum, ut qui in deserta insula versaretur. [Solger: einzeln angesiedelt.]

Ibid. *οὐκ ἔχων βάσιν*] non habens facultatem eundi. Sic supra v. 61. *μόνην ἔχοντες τήνδ' ἅλωσιν Ἰλίου* dictum vidimus.

V. 683. Schol.: *οὐ μόνον ὅπου καλὸν οὐκ εἶχε γείτονα, ἀλλὰ οὐδὲ κακὸν, παρ' οὗ ἀμοιβαῖον λόγον στενάζων ἀκούσεται. Τὸ δὲ ἑξῆς οὕτως δεῖ λαβεῖν· οὐδέ τινα ἐγχώρων ἔχων, παρ' ᾧ δὴ τὸν κακογείτονα αἱματηρὸν στόνον ἀποκλαύσειεν· τὸ κακογείτονα γὰρ οὐ πρὸς τοὺς ἐνοικοῦντας, ἀλλ', εἴπερ τις ἐτύγχανεν αὐτῷ συνοικῶν, ὁ τούτου στόνος κακογείτων ἂν εἴη ἐκείνῳ.* Recte Musgr., Gernhardus et Hermannus *κακογείτονα* ad *στόνον* retulerunt; nam relatum ad *τινὰ* sententiam reddit ineptam, quum *κακογείτων* nihil aliud nisi malum vicinum significare possit.

V. 684. *παρ' ᾧ — ἀποκλαύσειεν*] Vide de hoc usu

V. 684. *ἀντίτυπος* non est *ἀμοιβαῖος*, ut Schol. interpretatur, sed resonans in rupibus. Cfr. supra v. 188. et infra v. 1459. Ceterum qui bene cognitos habeat tragicos, non in multitudine epithetorum, quibus hic ornatum est verbum *στόνον*, sed in audacia potius haerebit, qua *στόνον* poeta dicit *βαρυβρῶτα* et *αἱματηρόν*. Quae ut aliquo modo excusari possit, tamen, praesertim quum verba haec non aequent strophicarum syllabarum numerum, quis non facile sibi persuadeat, pertinere illa dua epitheta ad aliud nomen, quod ex hoc loco exciderit? Ut si sic scripsisse poetam coniiciamus: *κακογείτονα παρ' ᾧ στόνον ἀντίτυπον κάματον βαρυβρῶτ' ἀποκλαύσειεν αἱματηρόν*, usitatissima illa tragicis constructione, de qua Pors. ad Phoen. 300. [Matth. §. 421. 4.] HERM. Non haererem in adiectivis *βαρυβρ.* et *αἱματ.* cum *στόνον* iunctis, si non essent *ἀντιτ.* et *κακογ.* addita. Tum enim effectum pro causa, *στόνον* pro *νόσον*, positum dicerem. Nunc autem quum *στόνος* propter adi. *ἀντ.* et *κακογ.* proprio sensu accipiendum sit, magna est in eo offensio,

εἶρπε δ' ἄλλον ἄλλοτε
τότ' ἂν εἰλυόμενος,
παῖς ἄτερ ὡς φίλας τιθήνας, ὅθεν εὐμάρει' ὑπάρ-
χοι, πόρον, ἀνίκ' ἐξανείη δακέθυμος ἄτα.

(στροφὴ β'.)

οὐ φορβὰν ἱερᾶς γᾶς σπόρον, οὐκ ἄλλων

male ad εἰλυόμενος referebatur, vitiose commate ante τότε posito, quod Herm. retinuit; nec illud monuit, ἕρπει a Sophocle vel propterea scribi non potuisse, quod chorus toto hoc cantu, quae adhuc fuerit conditio Philoctetae, non quae sit, exponat usque ad verba νῦν δ' ἀνδρῶν ἀγαθῶν etc., quibus tandem ad futuram Philoctetae gloriam felicitatemque respicitur.

quod adi. βαρ. et αἱμ. ad aliam quodammodo subst. στόνος notionem quam quae praecedunt adiectiva referri debent. Hanc ob causam valde probabilem Hermanni coniecturam duco.

V. 686 — 688. Schol.: οὐδ' ὃς τὰν θερμοτάταν· οὐδ' ὃς τὴν θερμοτάτην καὶ ἀγρίαν αἱμάδα, τὴν τοῦ αἵματος ῥύσιν, ἀναδιδομένην ἐκ τῶν ἑλκῶν τοῦ θηροδήκτου ποδὸς ἠπίοις φύλλοις κατευνάσειεν, εἴ τις ἐμπέσοι. Est autem τὶς pronomen ad αἱμάδα referendum, quae vox, quam alibi vix reperias, non venam, ut Schneidero visum est in lex. Gr., sed, ut Schol. interpretatur, profluvium sanguinis significat. HERM.

V. 687. Schol.: ἐνθήρου interpretatur θηροδήκτου, Buttm., quem sequitur Herm., ἀγρίου, efferati, quo sensu Aesch. Ag. 571. ἔνθηρον τρίχα dixerit.

V. 689. Quum verbis οὐδέ τιν' ἐγχώρων ἔχων initio addidisset παρ' ᾧ ἀποκλαύσειεν, pro quibus etiam dicere poterat simpliciter ἀποκλαῦσαι, hanc constructionem in his postremis verbis cum altera consociavit. Quod cur fecerit, non est obscurum. Nam si perrexisset in priore constructione, φορβάδος ἔκ τε γᾶς ἕλοι, nemo non conturbaretur illo optativo, quem praegressus modo optativus ἐμπέσοι ad αἱμάδα referri postularet, quum tamen vicinus debeat dici herbas colligere. HERM.

V. 690 — 695. Verba sic iungenda: ἀνίκα δὲ ἐξανείη δακέθυμος ἄτα, τότ' ἂν εἶρπε εἰλυόμενος, ὡς παῖς εἰλύεται ἄνευ φίλας τιθήνας ὤν, ἄλλον ἄλλοτε πόρον, ὅθεν εὐμάρεια ὑπάρχοι, solebat autem, quoties crudelis morbi lues remitteret, serpens ad instar infantis nutrice destituti alias aliam viam obire, ex qua levamen suppeteret. Particula ἂν iungenda cum εἶρπε (vid. supra ad 290 sqq., et, qui locus nostro valde similis, Xen. Cyr. VII, 1, 10. ὁπότε προςβλέψειέ τινας τῶν ἐν ταῖς τάξεσι, τότε μὲν εἶπεν ἄν, — τότε δ' αὖ ἐν ἄλλοις ἂν ἔλεξεν.), falso adhuc ab omnibus edit. cum εἰλυόμενος iuncta; et εἶρπε εἰλυόμενος eodem sensu dictum, quo supra 291. εἰλυόμην δύστηνος ἐξέλκων πόδα.

V. 693. Schol.: ὅθεν εὐμάρεια· ὅπου εὐμαρές ἐστιν αὐτῷ ἀπιέναι. Hoc dicit, eo, unde levamen suppeteret, accessisse Philoctetam. Intelligit autem loca, in quibus herbae salutares nascerentur. HERM.

V. 696. Schol.: γᾶς σπό-

αἴρων, τῶν νεμόμεσθ' ἀνέρες ἀλφησταί,
πλὴν ἐξ ὠκυβόλων εἴποτε τόξων πτα-
νοῖς ἰοῖς ἀνύσειε γαστρὶ φορβάν.
ὦ μελέα ψυχά,
ὃς μηδ' οἰνοχύτου πώματος ἥσθη δεκέτει χρόνῳ,
λεύσσων δ' ὅπου γνοίη στατὸν εἰς ὕδωρ
ἀεὶ προσενώμα.

V. 700. *πτανοῖς ἰοῖς* cum **Brunckio** et **Hermanno** scripsi pro librorum lectione *πτανῶν πτανοῖς.*

V. 702. Plerique libri *πόματος*, quod tum metro adversatur, tum, monente **Pors.** ad Hec. 396., Atticorum usui.

ρον· σῖτον. ὧν νεμόμεσθα· ἀφ' ὧν νεμόμεθα, τουτέστι τρεφόμεθα. αἴρων· λαμβάνων. Vide **Matth.** §. 323. Sensus est: non nutrimentum capiens terrae fruges, nec de aliis rebus, quibus vescimur. Genitivus *ἄλλων* pendet ab *αἴρων*, quod verbum non minus recte quam *λαμβάνειν*, *πίνειν* et sim. cum accusativo simul iungitur et cum genitivo, quum et aliquid et de aliqua re aliquid sumere significat.

V. 697. *ἀνέρες ἀλφησταί*, ex Homero derivatum esse patet. Vide Schol. ad Hom. Od. ζ, 8. et **Blomf.** ad Aesch. s. adv. Th. 768.

V. 698 – 700. **Schol.**: *πλὴν ἐξ ὠκυβόλων· εἴ που τοῖς πτηνοῖς βέλεσιν ἐξ ὠκυβόλων τόξων ἀνύσῃ φορβὴν πτηνῶν, τουτέστιν ὀρνέων· λείπει δὲ ἡ ἀπό· ἀπὸ πτηνῶν.* De usu *ἐξ* praepositionis vide ad V. 91.

V. 702. Si quis mirabitur, quod hic *μηδέ* non *οὐδὲ* dictum sit, cogitet velim *μή*, ut negationem, quae proprie non ad rem ipsam, sed ad cogitationem eius spectat, quadam coniectandi dubitandique potestate praeditam esse, ut si germanice dicas, der wohl nicht. Quae dubitativa orationis figura saepe etiam fortior est simplici affirmatione vel negatione. Vide infra v. 1059. **HERM.** **Schol.**: *οἰνοχύτου πώματος· οἴνου περιφραστικῶς. ἥσθη· ἀντὶ τοῦ ἐνεπλήσθη. οὐδὲ οἴνου μετείληφεν.* Ceterum *δεκέτει χρόνῳ* comparavit **Matth.** cum **Eur.** Electr. 1157 sq. *δεκέτεσιν σποραῖσιν.*

V. 701. *Ψυχά, ὅς* —] schema *πρὸς τὸ σημαινόμενον*, vid. ad 497. Sic Antig. 1001. *ἀκούω φθόγγον ὀρνίθων κακῷ κλάζοντας οἴστρῳ.* Vid. et Seidl. ad Eur. Iph. T. 1072. **BUTTM.**

V. 703 sq. Sensum hunc puto esse: intuens in stagnantem aquam, ubi quid eius nosset, quotidie dispensabat eam. *Λεύσσων εἰς ὕδωρ* non est circumspiciens, quaerens aquam: scire enim dicitur, ubi inveniret; sed desiderii describendi causa dictum est, quemadmodum solemus intueri in illud, unde salutem et praesidium speramus. *Προσενώμα* autem ita dictum videtur, ut ad cibum respiciatur, quo ubi se refecisset, semper aliquid aquae, sed illud propter raritatem eius parce, ad sitim leniendam addiderit. Ceterum quae hic de stagnante aqua, quae potum Philoctetae praebuerit, dicuntur, non convenire cum v. 21., ubi prope ipsum antrum *ποτὸν κρηναῖον* memoratum est, neque cum v. 1461.

(ἀντιστροφὴ β΄.)

νῦν δ' ἀνδρῶν ἀγαθῶν παιδὸς ὑπαντήσας
εὐδαίμων ἀνύσει καὶ μέγας ἐκ κείνων·
ὅς νιν ποντοπόρῳ δούρατι, πλήθει πολ-
λῶν μηνῶν πατρῴαν ἄγει πρὸς αὐλὰν
Μηλιάδων νυμφᾶν,
Σπερχειοῦ τε παρ' ὄχθαις, ἵν' ὁ χάλκασπις ἀνὴρ
θεοῖς

V. 704. Brunck. metri causa pro ὅπου ex coni. εἴ που scripsit; fortasse vere, quanquam Herm. vulgatum tuetur, versum antistrophicum corruptum putans.

Br., ubi fontibus dulcique aquae valedicit Philoctetes, observatum est a Gedikio. Ei recte respondere existimo Buttmannum, chorum, cui ignoti sint loci opportunitates, qualem ipse putet viri vitam esse, exponere. Pugnarent tamen illa inter se nihilo minus, si in scena conspectus esset fons iste, cuius v. 21. facta est mentio. Neque enim hunc ante oculos videns chorus ista dicere potuisset. Sed credibile est non esse eum fontem in scena repraesentatum, ideoque adiicere illic Ulixem εἴπερ ἐστὶ σῶν. HERM. Interpretationem verbi προσενώμα alienissimam contendo esse. Recte id Schol. interpretatur: ἑαυτὸν ἐκίνει, ἀντὶ τοῦ ἐπορεύετο. Sensus est: sed semper ad aquam stagnantem, ubi quid eius nosset, accedebat, in eam intuens. Quod intuitus autem in aquam illam dicitur, ea re aqua illum, sicuti alios vino (cfr. v. 702.), delectatum et gavisum esse significatur.

V. 705. Schol.: ὑπαντήσας· τυχὼν Νεοπτολέμου. Verbum ὑπαντᾶν cum tertio casu iungi solet; hic autem casum simplicis adsciscit, vacante praepositione. BRUNCK. Confert Buttm. 190. (ὑπόκειται) et 321. Ceterum facile intelligitur ὑπαντήσας παιδός, ut infra 1333. ἐντυχὼν Ἀσκληπιδῶν, poetice dictum esse pro per filium. De structura verbi simplicis ἀντᾶν vide Matth. §. 528.

V. 706. Schol.: εὐδαίμων ἀνύσει· εὐδαιμονήσει· τὸ ἑξῆς· εὐδαίμων καὶ μέγας ἀνύσει. ἐκ κείνων δὲ λέγει τῶν κακῶν. Recte monet Buttm. ἀνύσει nove dictum pro γενήσεται esse.

V. 707. ποντοπόρῳ] ex Hom. Il. α, 439. δούρατι, nave. Eur. Androm. 793. ἐπ' Ἀργῴου δορός. Sic Hor. Od. I, 1. trabe Cypria dixit. WAKEF.

V. 707 sq. πλήθει πολλῶν μηνῶν] idem quod supra 598. χρόνῳ τοσῷδε, post tot menses, quos in solitudine vixit. BUTTM.

V. 710. Schol.: Μηλιάδων νυμφᾶν· περὶ τὴν Τραχῖνα γὰρ οἱ Μηλιεῖς. Hinc apud Soph. Trach. 194 Trachiniorum populus appellatur Μηλιεὺς λεώς. Vide supra ad V. 4. et de Spercheo ad V. 492. MATTH.

V. 711. Schol.: ἵν' ὁ χάλκασπις· ὅπου ὁ ἐκθεωθεὶς ἀνὴρ πελάζεται πᾶσι. λέγει δὲ τὸν Ἡρακλέα. Mirabatur Wakefieldius Herculem aereo scuto potius, quam clava et pelle leonina ornatum: Buttmannus contra

πλάθει πᾶσιν, θείῳ πυρὶ παμφαής,
Οἴτας ὑπὲρ ὄχθων.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἕρπ', εἰ θέλεις. τί δή ποθ' ὧδ' ἐξ οὐδενὸς
λόγου σιωπᾷς, κἀπόπληκτος ὧδ' ἔχει;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἆ ἆ, ἆ ἆ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί ἔστιν;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οὐδὲν δεινόν· ἀλλ' ἴθ', ὦ τέκνον.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

μῶν ἄλγος ἴσχεις τῆς παρεστώσης νόσου;

V. 712. Plerique libri πᾶσι. Hermannus, qui versum strophicum incorruptum putasset, πᾶσι in πάλαι mutavit, quo se et metrum et sententiam vitio liberasse ait. Quod mihi secus videtur. Nam πάλαι languidissimum hic additamentum esse omnes concedant necesse est, qui quo tempore Hercules ad deos miratur non recordatos esse interpretes nobilissimi Hesiodeo carmine scuti. Mihi non videtur Sophocles ad Hesiodum respexisse, sed nomine illo nihil nisi bellicosum significasse. Herculem enim dici non epitheton illud, sed ascensio ad deos ex monte Oeta declarat. HERM. [De armis, quae poetae tribuerunt Herculi, vide Heinrichium in Prolegg. in Scutum Hesiodeum p. LXX sqq. F. I.]

V. 712. πλάθει] Praesens pro praeterito. Vid. Gramm. §. 124. n. 6. BUTTM. — Apollodorus II, 7, 7. §. 14. cum dixisset rogum accendi iussisse Herculem ita pergit: μηδενὸς δὲ τοῦτο πράττειν ἐθέλοντος, Ποίας παριὼν κατὰ ζήτησιν ποιμνίων ὑφῆψε. τούτῳ καὶ τὰ τόξα ἐδωρήσατο Ἡρακλῆς. καιομένης δὲ τῆς πυρᾶς λέγεται νέφος ὑποστὰν μετὰ βροντῆς αὐτὸν εἰς οὐρανὸν ἀναπέμψαι. Ea sic narrat Diod. Sic. IV, 38.: οὐδενὸς δὲ τολμῶντος ὑπακοῦσαι, μόνος Φιλοκτήτης ἐπείσθη, λαβὼν δὲ τῆς ὑπουργίας χάριν τὴν τῶν τόξων δωρεὰν ἧψε τὴν πυράν. εὐθὺς δὲ καὶ κεραυνῶν ἐκ τοῦ περιέχοντος πεσόντων, ἡ πυρὰ πᾶσα κατεφλέχθη. HERM. Verba θείῳ πυρὶ παμφαής non recte Schol. interpretatur. Respicitur ad flammam rogi, qua combustus Hercules immortalitatem consecutus traditur.

V. 714. Schol.: τί δή ποθ' ὧδε· τοῦτο φησίν, ὁρῶν τῇ νόσῳ πληττόμενον καὶ σιωπῶντα. — ἐξ οὐδενὸς λόγου, nulla de causa,

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οὐ δῆτ' ἔγωγ'· ἀλλ' ἄρτι κουφίζειν δοκῶ.
ἰὼ θεοί.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί τοὺς θεοὺς οὕτως ἀναστένων βοᾷς;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

σωτῆρας αὐτοὺς ἠπίους θ' ἡμῖν μολεῖν.
ἆ ἆ, ἆ ἆ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί ποτε πέπονθας; οὐκ ἐρεῖς; ἀλλ' ὧδ' ἔσει
σιγηλός; ἐν κακῷ δέ τῳ φαίνει κυρῶν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἀπόλωλα, τέκνον, κοὐ δυνήσομαι κακὸν

abierit nullo hic verbo significare opus fuisse intelligunt. Contra optime dictum *πᾶσιν* est, si iungimus cum *θεοῖς* hoc sensu: ad deorum coetum. Itaque strophicus potius versus mendo mihi affectus videtur.

V. 721. Dedi ex *Γ* cum Dindorfio *βοᾷς* pro vulgari *καλεῖς*.

ut in O. C. 620. *ἐκ σμικροῦ λόγου.* et ibid. 443. *ἔπους σμικροῦ χάριν.* MATTH. Cfr. Matthiae §. 574. p. 1134.

V. 716. Etsi dissimulare morbum, qui vehementissimo impetu ingravescit, omni modo Philoctetes studet, tanta tamen eius vis est, ut invitus ingemiscere cogatur.

V. 717. *οὐδὲν δεινόν*] Dissimulat morbum.

V. 719. Schol.: *ἐνοχλεῖ τῷ Φιλοκτήτῃ ἡ συνήθης νόσος· θέλει δὲ κρατῆσαι ἑαυτοῦ· διὸ προσποιεῖται, ὅταν λέγῃ, ἀλλ' ἄρτι κουφίζειν δοκῶ.* Musgrav. *κουφίζειν*, melius habere, de aegrotante. Hippocr. Epid. II, 10. *ἐκούφισεν ὀλίγῳ, κατενόει μᾶλλον.* 12. *τὰ δ' ἄλλα διεκούφισεν.*

V. 720. *ἰὼ θεοί.* Dolore extorta exclamatio est, etsi Philoctetes, interrogatus ab Neoptolemo, cur deos ingemiscens advocaret, v. 722. denuo morbum dissimulat, deorumque se auxilium ad prosperum reditum implorare simulat. Verum verba illa v. 722. vix elocutus rursus v. 723. in gemitus erumpere morbi dolorumque vi cogitur.

V. 724. Post verba *τί ποτε πέπονθας;* pausam fieri ab Neoptolemo tenendum est, responsionem exspectante Philoctetae, qui, quod consentaneum est homines facere, qui in supprimendis maximis doloribus eiulatibusque retinendis occupati sunt, mutus stat ac dolori luctans loqui nequit.

κρύψαι παρ' ὑμῖν; ἀτταταῖ· διέρχεται,
διέρχεται· δύστηνος, ὦ τάλας ἐγώ.
ἀπόλωλα, τέκνον· βρύκομαι, τέκνον· παπαῖ,
ἀπαππαπαῖ, παπαππαπαππαπαππαπαῖ.
πρὸς θεῶν, πρόχειρον εἴ τι σοι, τέκνον, πάρα
ξίφος χεροῖν, πάταξον εἰς ἄκρον πόδα·
ἀπάμησον ὡς τάχιστα· μὴ φείσῃ βίου.
ἴθ', ὦ παῖ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί δ' ἔστιν οὕτω νεοχμὸν ἐξαίφνης, ὅτου
τοσήνδ' ἰυγὴν καὶ στόνον σαυτοῦ ποιεῖς;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οἶσθ', ὦ τέκνον.

V. 727. Brunck. cum Triclinianis ἀττάταί. Veteres libri ἀτταταῖ ex praecepto grammaticorum, quorum de multis unum nominasse satis est Herodianum περὶ μονήρους λέξεως p. 27, 13. HERM.

V. 729. βρύκομαι, quod Brunck. primus restituit, in scholiis legitur et in Γ et U; ceteri libri βρύχομαι.

V. 730. Edd. vett. ἀπαπαπᾶ· παπᾶ· παπᾶ· πάπα· παπαῖ. Tricliniani et Buttm. quinquies παπᾶ, et tum παπαί. Brunck. suo arbitratu, ἀπαππαπαί, tum ter παπᾶ, et denique παπαί. Harl. et membr. ἀπᾶ πα παῖ. Non recte enim ἀπᾶ παπαὶ ex membr.

V. 727 sq. διέρχεται, διέρχεται] Supplendum, quod modo praecessit, κακόν, id est morbus, sive morbi impetus. Similiter infra v. 758. ἥκει γὰρ αὕτη etc., et v. 787. προσέρπει, προσέρχεται τόδ' ἐγγύς. Adde Trachin. 980. οὐκ ἀναστήσεις φοιτάδα δεινὴν νόσον.

V. 729. Schol.: βρύκομαι· ἐσθίομαι, καταναλίσκομαι. Perperam in libris βρύχομαι. Hesych.: βρύξαι· δακεῖν, καταπιεῖν. Ad quam glossam vid. interpr., et Valck. ad Ammon. in βρύκειν p. 32. BRUNCK. Hermannus usu hoc discriminis inter haec verba invaluisse putat, ut βρύκειν mandere, βρύχειν frendere significaret. Adde Soph. Trach. 987. ἡ δ' αὖ μιαρὰ (νόσος) βρύκει. Ceterum Wakef. Accium apud Cic. Tusc. II, 7. comparavit: Iamiam absumor; conficit animam vis vulneris, ulceris aestus.

V. 730. Aptissime illa crebra repetitio litterae π palpitationem oris et maxillarum, quae huiusmodi dolorum propria est, exprimit. HERM.

V. 731 sq. σοι — χεροῖν] Vide Matth. §. 389. h.

V. 733. Schol.: ἀπάμησον· κόψον, θέρισον. Cupit Philoctetes morbi doloribus liberari amputatione pedis, etiamsi ea sit cum vitae periculo coniuncta. Hinc μὴ φείσῃ βίου addit.

V. 735 sq. ὅτου ἰυγὴν καὶ στόνον] ut supra v. 327. τίνος χόλον. Sed mira est adiectio alterius genitivi σαυτοῦ, qui tamen minime tentandus

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί δ' ἔστιν;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οἶσθ', ὦ παῖ. τί σοί;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὐκ οἶδα.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

πῶς οὐκ οἶσθα; παππαπαππαπαῖ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

δεινόν γε τοὐπίσαγμα τοῦ νοσήματος.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

δεινὸν γάρ, οὐδὲ ῥητόν· ἀλλ' οἴκτειρέ με.

---

a Brunck. enotatum puto. Cod. Ven. sexies πάπα. HERM. Quod dedi ex Hermanni coni. est; quam tamen veram esse praestare nolo.

V. 737 — 738. Sic scripsi cum Hermanno. Libri: Φ. οἶσθ', ὦ τέκνον. Ν. τί ἔστιν; Φ. οἶσθ', ὦ παῖ. Ν. τί σοι; Φ. οὐκ οἶδα. Ν. πῶς οὐκ οἶσθα; Φ. παππᾶ, παππᾶ, παῖ.

V. 737. Scripsi ex Γ cum Dindorfio τί δ' ἔστιν pro vulg. τί ἔστιν. Idem ex coni. olim fecerat Erfurdt.

V. 739. Pro τοὐπίσαγμα praeter scholia et R libri omnes τοὐπείσαγμα.

---

est: etenim eadem fere utriusque ratio est. Querimur enim circa nos et circa rem; ita Philoctetes ἰυγὴν καὶ στόνον ποιεῖ ἑαυτοῦ et τοῦ ἄλγους, quod latet in ὅτου; eaque sine ullo perspicuitatis damno iuncta sunt. Ἰυγὴν autem καὶ στόνον σαυτοῦ dictum est ut infra 968. ὄνειδος σαυτοῦ, malam de te vel tui famam. Cfr. et ad v. 43. BUTTM. Similiter Eurip. Iph. A. 370. στένειν cum genitivo coniunxit: Ἑλλάδος μάλιστ' ἔγωγε τῆς ταλαιπώρου στένω.

V. 737 sq. οἶσθ', ὦ τέκνον] significat nosti; scilicet ulceris me doloribus cruciari. Deinde iterum interrogans Neoptolemus idemque responsum, οἶσθ', ὦ παῖ, ferens, ad haec verba respondet οὐκ οἶδα. Id autem mirans simulque indignans Philoctetes dicit, πῶς οὐκ οἶσθα; Ex his necessario consequitur, verba τί σοι, quae a Neoptolemo pro τί ἔστι σοι dicta usui repugnant, Philoctetae esse tribuenda, accentu non inclinato, quid tibi? i. e. quid tua refert, scilicet explicatius mala mea enarrari. Quae est oratio irritati interrogationibus, quae nihil ad dolorem allevandum conferunt: quae aegerrime ferunt, quos dolor aliqui cruciat. De formula ista vid. Lamb. Bos. Ellips. p. 598 sq. HERM.

V. 739. Schol.: τοὐπίσαγμα· ἡ ἐπείσοδος, ἡ προσθήκη.

V. 740. δεινὸν γάρ] Particula γὰρ in diverbiis interdum assentiendi vim habet, valetque profecto, sane; quod

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί δῆτα δράσω;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

μή με ταρβήσας προδῷς·
ἥκει γὰρ αὕτη διὰ χρόνου πλάνοις ἴσοις,
ὡς ἐξεπλήσθη.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἰὼ ἰὼ δύστηνε σύ·
δύστηνε δῆτα διὰ πόνων πάντων φανείς.
βούλει λάβωμαι δῆτα καὶ θίγω τί σου;

V. 742. ἴσοις ex coni. posui pro ἴσως, quod in codd. et editt. omnibus est.

V. 743. Brunck. cum Triclinianis, ὡς ἐξεπλήσθη. φεῦ. N. ἰὼ δύστηνε σύ. Ineptum illud φεῦ non habent vett. libri, sed Neo-

non recte negant qui rationem huius usus reddunt. Sic in loco Plat. Phaedr. p. 268. a. Phaedro dicenti, καὶ μάλα ἐῤῥωμένην (ἔχει δύναμιν) ἔν γε δὴ πλήθους συνόδοις, assentitur Socrates dicendo, Ἔχει γάρ. Verum est haec ita proprie esse supplenda: Bene dicis. Habet enim revera. Sed dum signata ista verba reticentur, vis eorum coit in solo γάρ; quique graece dicit Ἔχει γάρ, nihil aliud neque dicit neque cogitat quam qui latine: Habet profecto. BUTTM.

V. 742. αὕτη] refertur ad νόσος, quod est in voce νόσημα v. 739.; schema πρὸς τὸ συνώνυμον. Vid. Schol. ad Od. μ, 75., ubi idem schema inter voces νέφος et νεφέλη. BUTTM.

Ibid. Schol.: ὁδοιπορείαις· ἥκει ἡ νόσος, ἴσως ὅτε ἐκορέσθη πλανωμένη· ὡς ἐπὶ θηρὸς δὲ ποιεῖται τὸν λόγον. Pro inepto ἴσως scripsi ἴσοις. Ad ἐξεπλήσθη iam cogitando repetendum est πλάνοις, id est πλανωμένη. Verba autem ἥκει διὰ χρόνου πλάνοις ἴσοις significant: venit, id est venire solet interiecto multo tempore eodem semper modo per corpus pervagans. Neque ἥκειν πλάνοις locutio est non Sophoclea. Cfr. O. R. 67. ἀλλ᾽ ἴστε πολλὰ μέν με δακρύσαντα δὴ, πολλὰς δ᾽ ὁδοὺς ἐλθόντα φροντίδος πλάνοις. De διὰ χρόνου vid. Matth. §. 580.; valet id eodem modo post longum tempus, quo χρόνῳ isto significatu supra dictum vidimus. Itaque totius loci sententia haec est: Noli tu me aversatione prodere: morbus enim, ubi ad satietatem usque per corpus vagatus est, longo interiecto tempore redit eodem semper modo pervagans. Impetus autem illos morbi minime opus erat ut Philoctetes, id quod quis exspectaverit, non diuturniores esse diceret, si quidem ex eo, qui nunc urgebat, quales omnino solerent esse, quum omnes eiusdem esse generis (ἴσοις πλάνοις) dictum a Philocteta esset, Neoptolemus satis intelligere potuit. Diserte dicit celeriter cessare v. 807. ὡς ἥδε μοι ὀξεῖα φοιτᾷ καὶ ταχεῖ᾽ ἀπέρχεται. [Nonne ἴσως iunctum cum verbis ἥκει

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

μὴ δῆτα τοῦτό γ'· ἀλλά μοι τὰ τόξ' ἑλὼν
τάδ', ὥςπερ ᾔτου μ' ἀρτίως, ἕως ἀνῇ
τὸ πῆμα τοῦτο τῆς νόσου τὸ νῦν παρόν,
σῶζ' αὐτὰ καὶ φύλασσε· λαμβάνει γάρ οὖν
ὕπνος μ', ὅταν περ τὸ κακὸν ἐξήκῃ τόδε·
κοὐκ ἔστι λῆξαι πρότερον· ἀλλ' ἐᾶν χρεὼν
ἕκηλον εὕδειν. ἢν δὲ τῷδε τῷ χρόνῳ
μόλωσ' ἐκεῖνοι, πρὸς θεῶν, ἐφίεμαι
ἑκόντα μήτ' ἄκοντα, μηδὲ τῳ τέχνῃ
κείνοις μεθεῖναι ταῦτα, μὴ σαυτόν θ' ἅμα,

ptolemo tribuunt geminatum ἰώ rectissime. Φεῦ, ut saepe, ex interpretatione ortum. In hiatu nihil vitii, praesertim persona mutata. HERM.

διὰ χρόνου idem valere potest quod ἴσοις πλάνοις? nempe certis quibusdam temporis intervallis singulos morbi accessus distingui. F. I.]

V. 744. δύστηνε — φανείς] In hac loquendi forma attractio regnat ob vocativum aliquem proxime contiguum. Vid. Herm. ad Vig. p. 984. et Seidl. ad Eurip. Troad. 1229. [Matth. §. 312. 1.] Latinorum exempla posuit Kiessling. ad Theocr. XVII, 66. Ad locutionem δύστηνος φανείς cfr. O. C. 974. εἰ δ' αὖ φανεὶς δύστηνος, ὡς ἐγὼ 'φάνην. In quibus et similibus φανῆναι valet esse manifesto. BUTTM.

V. 745. βούλει λάβωμαι δῆτα] Cfr. Eur. Phoen. 734. Pors. βούλει τράπωμαι δῆθ' ὁδοὺς ἄλλας τινάς; et ib. βούλει παρόντος δῆτά σοι τούτου φράσω; Vid. Herm. ad Vig. p. 742., Matth. §. 516. 3. p. 986. MATTH.

V. 749. αὐτά post τὰ τόξα redundanter illatum perspicuitatis gratia ob verba interiecta. Sic Xen. Anab. II, 4, 7. (3.): ἐγὼ μὲν οὖν βασιλέα, ᾧ πολλὰ οὕτως ἐστὶ τὰ σύμμαχα, εἴπερ προθυμεῖται ἡμᾶς ἀπολέσαι, οὐκ οἶδα ὅ τι δεῖ αὐτὸν ὀμόσαι. Cyrop. I, 3, 15. (13.): πειράσομαι τῷ πάππῳ, ἀγαθῶν ἱππέων κράτιστος ὢν ἱππεύς, συμμαχεῖν αὐτῷ. Alios Xen. locos, sed intermixtis alienis vid. ap. Sturz. in v. num. 10. p. 483. Vid. et Heind. ad Plat. Phaedr. 16. Gorg. 84. BUTTM.

V. 750. ὅταν — ἐξήκῃ] simulac praestitutum sibi terminum attigerit, ut ὁ χρόνος ἐξήκει, tempus destinatum elapsum est. BUTTM.

V. 751. Schol.: λῆξαι πρότερον· τῆς ὀδύνης παύσασθαι πρότερον, πρὶν κοιμηθῆναι.

V. 754. Apud poetas et in Ionum prosa de duobus vel tribus, quae neganda sunt, primum particula negativa interdum destituitur, e sequentibus retrahenda. Arist. Av. 694. γῆ δ' οὐδ' ἀνὴρ οὐδ' οὐρανὸς ἦν. Herod. IV, 28. ἡμίονοι δὲ οὐδὲ ὄνοι ἀνέχονται τὴν ἀρχήν. Pythag. aur. carm. 26. πρῆξαι μήτ' εἰπεῖν ὅ τι τοι μὴ βέλτερόν ἐστιν. Cfr. Schaef. ad L. Bos. Ellips. p. 777., et Elmsl. ad O. R. 817. BUTTM.

κἄμ', ὄντα σαυτοῦ πρόςτροπον, κτείνας γένῃ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

θάρσει προνοίας γ' οὕνεκ'· οὐ δοθήσεται
πλὴν σοί τε κἀμοί· ξὺν τύχῃ δὲ πρόςφερε.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἰδοὺ δέχου, παῖ· τὸν Φθόνον δὲ πρόςκυσον,
μή σοι γενέσθαι πολύπον' αὐτά, μηδ' ὅπως
ἐμοί τε καὶ τῷ πρόσθ' ἐμοῦ κεκτημένῳ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ὦ θεοί, γένοιτο ταῦτα νῷν· γένοιτο δὲ
πλοῦς οὔριός τε κεὐσταλής, ὅποι ποτὲ

V. 765. Versus corruptus et emendatu difficilis. Hoc certum, trimetrum iambicum requiri. Vide adv. mea in Phil. p. 94 sq., ubi quam proposui coniecturam: ἀλλ' οὖν δέδοικα, μὴ ἀτελὴς εὐχὴ τύχῃ· ἰὼ παῖ, non probat Hermannus, ipse a poeta scriptum esse putans: ἀλλὰ δέος, ὦ παῖ, μὴ ἀτελὴς εὐχὴ πέλῃ. At hi non sunt numeri Sophoclei.

V. 756. κτείνας γένῃ] Cfr. Zeun. ad Vig. p. 232. ibid. Herm. p. 749. et Matth. §. 559. p. 1104.

V. 757 sq. Sententia haec est: quod ad providentiam quidem meam attinet, bono animo es: nemo hunc arcum praeter te et me habebit. Sunt haec consueta tragicis ambiguitate dicta, quum Philoctetes haec dici putet tanquam ab amico, qui ei arcum religiosissimo custodire velit; spectatores autem gaudere Neoptolemum videant, quod potiatur arcu, nec se temere arma, quibus sit Troiam capturus, alii permissurum dicere. HERM. ξὺν τύχῃ, idem quidem ἀγαθῇ τύχῃ, quod bene vertat. GED.

V. 759. Schol.: τὸν Φθόνον δὲ πρόςκυσον· ἱλάσκου τὸν φθόνον, ὥςτε αὐτὰ μὴ γενέσθαι σοι πολύστονα, πικρά, καὶ αἴτια κακῶν, Invidiam venerare. Est autem invidia deorum, de qua apud Eur. Iph. A. 1096. chorus exemplo Iphigeniae ad eum diem ab omni parte beatissimae motus ait: κοινὸς ἀγὼν βροτοῖς, μή τις θεῶν φθόνος ἔλθῃ. BUTTM. [Invidiam placare suadet Philoctetes adolescenti, sagittas ei traditurus, rem maximi pretii et divina quadam vi instructam, cuius possessio facile deorum invidiam excitaverit. Cfr. El. 1466. Br. F. I.]

V. 760 sq. Philoctetes, quum arcum traditurus est Neoptolemo, optat, ut ne accipiendo eo simul malorum particeps fiat, quibus obnoxii fuerint qui adhuc eum gestaverint. Ex eo enim, quod ipse et Hercules, quum arcum istum possiderent, infelices erant, colligit hoc eius proprium quasi esse, ut quicunque eo utatur, aerumnis afficiatur. Itaque minime opus esse intelligitur, ut Sophoclem ad eam nunc fabulam respicere putemus, ex qua Philoctetes una ex sagittis suis venenatis

θεὸς δικαιοῖ, χὠ στόλος πορσύνεται.
ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.
ἀλλὰ δέδοικ', ὦ παῖ, μή μ' ἀτελὴς εὐχή·
στάζει γὰρ αὖ μοι φοίνιον τόδ' ἐκ βυθοῦ
κηκῖον αἷμα, καί τι προσδοκῶ νέον.
παπαῖ, φεῦ.
παπαῖ μάλ', ὦ πούς, οἷά μ' ἐργάσει κακά.
προσέρπει,
προσέρχεται τόδ' ἐγγύς. οἴμοι μοι τάλας.
ἔχετε τὸ πρᾶγμα· μὴ φύγητε μηδαμῇ.
ἀτταταῖ.
ὦ ξένε Κεφαλλήν, εἴθε σου διαμπερὲς
στέρνων ἔχοιτ' ἄλγησις ἥδε. φεῦ, παπαῖ.

V. 773. Brunck. ex cod. *B.* [cui *Γ* assentitur] ἀτταταῖ recepit, quod probandum duxi. Est hic lugubris ille numerus, ex arsi nuda et iambo constans, qui proprius est dochmiaci metri et iambici ischiorrhagici. Eique recte respondet ὤ μοι μοι 796. (779.) HERM.

V. 774. Sine ulla causa Herm. invitis libris εἴθε σοῦ scripsit.

vulneratus esse perhibebatur, eamque ob causam secum pugnare dicamus qui in reliquis huius fabulae locis serpentis morsu in morbum incidisse Philoctetam dixerit, ut vss. 193 sq. 266 sq. 631 sq. 1326 — 1328. Temere igitur in interpolationis suspicionem vocati hi versus sunt ab Iacobo et Buttmanno, quibus iam in Adv. p. 13 sq. respondimus. Postremo recte Herm. hos versus ita interpretatur: ne tibi mala creet, neve talis exsistat, qualis et mihi et Herculi fuit.

V. 762. Quum verbis γένοιτο ταῦτα Neoptolemus manifesto hoc significet, optare se, ut ne arcus perniciosus sibi fiat, aliquid in duali νῷν, qui ad Neoptolemum et Philoctetam referri debeat, offensionis videtur esse. Nihilominus recte locutus poeta est, ut qui tantum quod pronomen post alterum γένοιτο ponendum fuit, priori iam apposuerit. Ceterum recte Hermannus: Facit Neoptolemus quod monuerat Philoctetes: veneratur deos, ut dent gestare sine damno hunc arcum. In reliquis eadem, de qua saepius dictum est, ambiguitas, aliud dicente Neoptolemo, quam dici Philoctetes putat.

V. 766. τόδε eodem sensu dictum, quo v. 771.

V. 771. τόδε non ita dicit, ut sensus sit, hoc malum prope accedit, sed, malum iam prope accedit. Praesentiam enim indicat pronomen demonstrativum, ut τόδ' ἐξύπερθε v. 29. HERM. Vide etiam 822 (805.) 1451 (1423).

V. 772. Rem omnem tenetis. Videtis, quas vobis molestias paraturus sim; sed nolite fugere. GED.

V. 774. Κεφαλλήν] Vid. ad v. 264.

V. 775. ἔχοιτο cum στέρ-

παπαῖ μάλ' αὖθις. ὦ διπλοῖ στρατηλάται,
Ἀγάμεμνον, ὦ Μενέλαε, πῶς ἂν ἀντ' ἐμοῦ
τὸν ἴσον χρόνον τρέφοιτε τήνδε τὴν νόσον;
ὤ μοι μοι.
ὦ θάνατε, θάνατε; πῶς ἀεὶ καλούμενος
οὕτω κατ' ἦμαρ οὐ δύνᾳ μολεῖν ποτε;
ὦ τέκνον, ὦ γενναῖον, ἀλλὰ συλλαβὼν
τῷ Λημνίῳ τῷδ' ἀνακαλουμένῳ πυρὶ
ἔμπρησον, ὦ γενναῖε· κἀγώ τοί ποτε
τὸν τοῦ Διὸς παῖδ' ἀντὶ τῶνδε τῶν ὅπλων,
ἃ νῦν σὺ σώζεις, τοῦτ' ἐπηξίωσα δρᾶν.
τί φής, παῖ;
τί φής; τί σιγᾷς; ποῦ ποτ' ὤν, τέκνον, κυρεῖς;

V. 781. Libri δύνῃ, quam indicativi formam damnant Atticistae. Apud Eur. Hec. 253. Androm. 238. coniunctivum intelligi iam Lobeckius volebat. Porsono iudice ad Hec. 257. magis Attica forma δύνᾳ. Ei ἐπίστᾳ comparat Schaeferus. Elmsleio ad O. R. 692. δύνᾳ scribendum videtur. Buttm. Ionicum δύνῃ poetis concessum fuisse putat. Id mihi parum verisimile videtur. Itaque et propter illud ἐπίστᾳ, et quia 849., licet in carnων iungendum, inhaereret pectori; διαμπερὲς sine constructione casus verbo adiectum. HERM.

V. 777. Numerus huius et sequentis versus non oportuit tentari, quum sint in recentiore tragoedia, quae sibi maiorem in anapaesto licentiam indulgebat. Vid. Epit. doctr. metr. §. 149. HERM. Non puto aut hos numeros similesque, aut omnino solutiones longarum syllabarum, quae non infrequentes in his sunt versibus, qui Philoctetae tributi sunt, negligentia quadam admissas, sed data opera ab Sophocle, ut accommodatiores concitatissimae et abruptae Philoctetae orationi, quaesitas esse. Cfr. v. 742. 745. 749. 789. 791. 797. 800. ed. Br. Eadem orationis vehementia factum puto, ut ὦ insolentius ante Menelai nomen poneretur, ante Agamemnonis omissum.

Ibid. πῶς ἄν cum optativo optandi formula. Plenior cogitatio est: quomodo fieri, qua ratione contingere mihi possit, ut —? Valck. ad Hippol. 208.: „Utinam in Euripideis dicitur πῶς ἄν. Alc. 864. πῶς ἂν ὀλοίμαν. Med. 97. Iph. T. 627. Hipp. 345. Or. 1057. Saepius ὡς, fortasse nonnisi semel in Sophocleis πῶς ἄν hoc sensu reperitur Phil. 794." Πῶς ἄν hoc sensu ap. Sophocl. occurrit etiam O. R. 765. et Ai. 388. BUTTM.

V. 778. τὸν ἴσον χρόνον] Cfr. v. 1114. — τρέφειν pro ἔχειν frequentare Sophoclem notum est. Vid. ad O. R. 374.

V. 780 sq. ἀεὶ — κατ'

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.
ἀλγῶ πάλαι δὴ τἀπὶ σοὶ στένων κακά.
ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.
ἀλλ', ὦ τέκνον, καὶ θάρσος ἴσχ'· ὡς ἥδε μοι
ὀξεῖα φοιτᾷ καὶ ταχεῖ' ἀπέρχεται.
ἀλλ' ἀντιάζω, μή με καταλίπῃς μόνον.
ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.
θάρσει, μενοῦμεν.
ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.
ἦ μενεῖς;
ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.
σαφῶς φρόνει.

mine chorico, aperte altera forma posita est, δύνᾳ scripsi. HERM. Elmsleius in praef. ad Scholia in Soph. O. R. p. 34. et ἐπίσται et δύναι necessario scribendum contendit.

V. 783. Male Brunck. Toupio auctore ad Suidae Vol. III. p. 130. (1. II. p. 248. ed. Lips.) pro ἀνακαλουμένῳ invitis libris ἀνακυκλουμένῳ scripsit.

ἦμαρ coniunxit etiam Soph. O. C. 682., Eur. Troad. 392.

V. 782. ὦ τέκνον, ὦ γενναῖον] Vide de hac locutione Matth. §. 277. p. 565.

V. 783. Schol.: ἐν γὰρ τῇ Λήμνῳ τὸ ἐργαστήριον τοῦ Ἡφαίστου, ἔνθα καὶ κρατῆρες πυρός εἰσιν. Hinc infra 986. ὦ Λημνία χθὼν καὶ τὸ παγκρατὲς σέλας Ἁφαιστότευκτον. Indicatur his verbis Lemni mons ignivomus Mosychlus, de quo egi in diss. inserta Mus. stud. antiqu. German. Vol. I. P. II. p. 296. BUTTM. Recte vidit Erf. ἀνακαλούμενος. Nam ἀνακαλεῖσθαι est iterum iterumque vocari. Itaque hoc dicit Philoctetes: comprehensum combure hoc multum invocato Lemnio igni. HERM.

V. 784 sq. Schol.: κἀγώ τοί ποτε· ὅτε τὴν πυρὰν Ἡρακλέους ἀνῆψεν. τοῦτ' ἐπηξίωσα δρᾶν· τὸ κατακαῦσαι.

V. 788. Schol.: τί σιγᾷς· λαβὼν τὰ τόξα ὁ Πύῤῥος ἐσιώπησεν, ἀπορῶν τί ἄρα ποιήσειεν. De sensu verborum ποῦ ποτ' ὢν κυρεῖς; dictum ad v. 896 (878).

V. 790. Recte Herm. explicat: at (praeter dolorem) etiam fiduciam habe.

V. 791. Sensus hic est: nam vehemens est quum venit, et ob id ipsum celeriter discedit. Etenim „si summus dolor est, necesse est brevem esse.“ Epicurus ap. Cic. Tusc. II, 18. dicit. De adiect. ταχεῖα vide Matth. §. 446. 8. et ad huius fab. 1080 (1062.)

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οὐ μήν σ' ἔνορκόν γ' ἀξιῶ θέσθαι, τέκνον.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ὡς οὐ θέμις γ' ἐμοί 'στι σοῦ μολεῖν ἄτερ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἔμβαλλε χειρὸς πίστιν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἐμβάλλω μενεῖν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἐκεῖσε νῦν μ', ἐκεῖσε

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ποῖ λέγεις;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἄνω

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί παραφρονεῖς αὖ; τί τὸν ἄνω λεύσσεις κύκλον;

V. 795. Hermannus ex coni. scripsit ἐμοὔστι. Retinui librorum scripturam; vide Matth. Gr. gr. T. I. p. 515 sq.

V. 795. Notanda etiam hic ambiguitas. Neoptolemus enim oraculum in mente habet, sed Philoctetes eum de officio viri boni loqui putat. HERM. De sententia suppressa, ad quam ὡς pertinet, vide Matth. §. 628. 5.

V. 796. ἔμβαλλε χειρὸς πίστιν] Cfr. O. C. 1632. δός μοι χερὸς σῆς πίστιν ἀρχαίαν τέκνοις. Eur. Med. 21. ἀνακαλεῖ δὲ δεξιᾶς πίστιν μεγίστην.

V. 797. Schol.: ἐκεῖσε νῦν μ', ἐκεῖσε· διὰ τοῦτο νῦν ἔοικεν ὁ Φιλοκτήτης παραφρονεῖν ὑπὸ τῆς νόσου. Tacuerunt interpretes, credo quod delirare Philoctetam putarent. Unus Matthaei optare eum coniicit, ut in ardentem Mosychlum abripiatur. Hoc si poeta voluisset, iis usus esset verbis, ex quibus id certius colligi posset. Mihi sic videtur: quum paullo ante dixisset Philoctetes e tali doloris impetu se in somnum incidere, nunc in speluncam suam vult ascendere, ut ibi requiescat; est ea autem, ut v. 29. indicatum, in loco edito. Id igitur dum dicit his verbis, ἐκεῖσε νῦν με ἄνω μέθες, interpellante dolore abruptius ea profert et per intervalla, caput prae cruciatu resupinans, caelumque intuens. Unde illae v. sequente interrogationes Neoptolemi. A quo tandem sibi ipsi permissus, ibi ubi erat, in rupe reclinatus, v. 820. Br. negat se erigi iam, quoque vole-

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

μέθες, μέθες με.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ποῖ μεθῶ;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

μέθες ποτέ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὔ φημ' ἐάσειν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἀπό μ' ὀλεῖς, ἢν προςθίγῃς.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

καὶ δὴ μεθίημ', εἴ τι δὴ πλέον φρονεῖς.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ὦ γαῖα, δέξαι θανάσιμόν μ' ὅπως ἔχω·
τὸ γὰρ κακὸν τόδ' οὐκ ἔτ' ὀρθοῦσθαί μ' ἐᾷ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τὸν ἄνδρ' ἔοικεν ὕπνος οὐ μακροῦ χρόνου

V. 801. Sic scripsi ex coni. Hermanni; libri plerique *καὶ δὴ μεθίημι· τί δὲ δὴ πλέον φρονεῖς;* paucissimi *καὶ δὴ μεθίημί σε· τί δὴ πλέον φρονεῖς;*

bat ire posse; atque eo tum loco sopor eum corripit. HERM.

V. 800. *οὔ φημ' ἐάσειν*] nego me te dimissurum esse. Eadem verba in Soph. El. 1209. leguntur. Ceterum Herm.: Ne quis miretur, quod *ἢν προςθίγῃς* dicat, quasi eum nondum attigerit Neoptolemus, qui eum tamen, ex quo dextra fidem dabat, manu prehensum tenebat, observandum est, dum eripere illi manum suam conatur Philoctetes, Neoptolemum etiam alteram manum, qua arcum tenet, protendere, ut eum retineat; unde veretur ille, ne pedem suum tangat.

V. 801. Hoc dicit: en mitto te, si iam rectius sapis: id est, non ut paullo ante, deliras. HERM.

V. 802. *ὅπως ἔχω* notissima formula est significans, sic ut nunc sum, i. e. statim, illico; de qua Duk. ad Thucyd. III, 30. et Locella ad Xen. Ephes. p. 194. et 287. Sic nos quoque, wie ich da bin. Et Latini ut sum, vel sicut sum. Vid. Burm. ad Ovid. Met. X, 7. HERM. [Vehementi dolore denuo correptus Philoctetes intelligit se non iam, quod modo optarat, in antrum deduci posse; quare in terram recumbit. In *θανάσιμος* est hyperbole dolore expressa, ut v. 946 Br. F. I.].

V. 803. Cfr. (Eur.) Rhes. 801. *ὀδύνη με τείρει, κοὐκέτ' ὀρθοῦμαι τάλας.* Ceterum recte Schol.: *εἰπὼν ἐκοιμήθη.*

V. 804. *οὐ μ. χρόνου*] in-

ἕξειν· κάρα γὰρ ὑπτιάζεται τόδε.
ἱδρώς γέ τοί νιν πᾶν καταστάζει δέμας,
μέλαινά τ' ἄκρον τις παρέῤῥωγεν ποδὸς
αἱμοῤῥαγὴς φλέψ. ἀλλ' ἐάσωμεν, φίλοι,
ἕκηλον αὐτὸν, ὡς ἂν εἰς ὕπνον πέσῃ.

ΧΟΡΟΣ.

(στροφή.)

Ὕπν' ὀδύνας ἀδαής, Ὕπνε δ' ἀλγέων,

V. 812. Primus Brunck. εὐαίων, quod libri veteres semel tantum habent, bis posuit. Pro ὦναξ aliquot libri ἄναξ, quod Brunck. recepit.

V. 813. ἀντίσχοις cum Brunck. et Herm. pro librorum

tra breve tempus. O. C. 397. καὶ μὴν Κρέοντά γ' ἴσθι σοι ἥξοντα βαιοῦ κοὐχὶ μυρίου χρόνου. BUTTM. Cfr. Matth. §. 377.

V. 805 sq. Quum somno correptum iri Philoctetam dixisset Neoptolemus, rationem affert hanc: κάρα γὰρ ὑπτιάζεται τόδε. Tum ubi obdormiscentem paullum contemplatus est, nutu gestuque confirmans quod dixerat, somno eum sopiri, iterum aliam affert rationem, eamque talem, quae simul morbi impetum remittere indicet: ἱδρώς γέ τοί νιν πᾶν καταστάζει δέμας etc. HERM. De significatione τόδε pronominis confer quae ad 788 (771.) monita sunt; de structura καταστάζειν δέμας, super corpus diffundi, vide Matth. §. 378. not. 3. p. 696.; denique de duplici accusativo νιν et δέμας vide ad v. 1301.

V. 810 — 846. Chorus Somnum deum invocat, ut Philoctetam quo occupatus modo erat sopore oppressum teneat, Neoptolemumque adhortatur, ut opportunitate oblata, relicto Philocteta, cum arcu eius Troiam abeat. Cui quanquam respondet Neoptolemus 822 — 825. necessario ipsum Philoctetam una cum arcu deo volente Troiam abducendum esse, tamen chorus in sententia sua perseverat, maxima mala ex eo oritura contendens, si potius arcu abeundi occasionem opportunissimam praetermiserit. Ceterum Hermannus: „Chorum haec non universum canere, non est dubium: paucos enim et submissiore voce canere, res ipsa postulat. Nec si totus chorus caneret, intermedia esset aliqua Neoptolemi oratio. Quare hemichoria chorumque distinxi.“ Ego contra codices chori nomen non sum ausus mutare.

V. 810. Eustathius p. 974, 25. (961, 37.) Homeri ἀπήμονα ὕπνον tractans ἐντεῦθεν δέ, inquit, λαβὼν Σοφοκλῆς, ὀδύνης καὶ ἀλγέων ἀδαῆ τὸν ὕπνον προςφωνεῖ. Antiqua est copulandi forma, qua loco coniunctionis καὶ duo verba copulantis aliud eiusdem propositionis verbum bis ponitur, et quidem aut cum μὲν et δέ, ubi in vulgari sermone esset τὲ — καί, aut cum simplici δέ, ubi simplex καί. Sic Hom. Il. ρ, 279. pro eo, quod alius diceret, Αἴας, ὃς περιτέτυκτο εἶδός τε καὶ ἔργα, dictum est Αἴας, ὃς περὶ μὲν εἶδος, περὶ δ' ἔργα τέτυκτο. Noster supra 633., ubi vid. notam, et 779. O. C. 1313. et Eur. Med. 131. et 1071. Sic igitur hoc nostro loco pro simplici Ὕπνε ἀδαὴς ὀδύνας καὶ ἀλγέων, magis etiam lyrice non

εὐαὴς ἡμῖν ἔλθοις,
εὐαίων, εὐαίων ὦναξ·
ὄμμασι δ' ἀντίσχοις
τάνδ' αἴγλαν, ἃ τέταται τανῦν.
ἴθι, ἴθι μοι παιών.
ὦ τέκνον, ὅρα ποῦ στάσει,
ποῖ δὲ βάσει, πῶς δέ μοι τἀντεῦθεν

lectione *ἀντέχοις* dedi. Saepissime enim librarii *ἴσχειν* in *ἔχειν* mutarunt.

V. 816. Ineptissime Brunck. cum Triclinianis *ὅρα γε* scripsit.

vox *ἀδαής*, sed ipse vocativus repetitur cum *δέ*. BUTTM.

V. 811. Schol.: *εὐαής· εὔπνους.*

V. 812. Schol.: *εὐαίων· εὐμενής, καλῶς ἄγων ἡμῖν τὸν αἰῶνα.* Optat enim chorus, non ut Philoctetae lenis et placidus, sed ut sibi faustus ad Philoctetam accedat Somnus.

V. 813 sq. Schol.: *ὄμμασι δ' ἀντέχοις· κάτεχε τὸ ὁρατικὸν, ὅπερ νῦν ἥπλωται καὶ διαχεῖται τῇ τοῦ ὕπνου ἀχλύϊ· τοιαύτην δὲ αἴγλην, ἥτις νῦν τέταται, ἀντέχοις τοῖς ὄμμασι· λέγει δὲ τὸν ὕπνον, τὸν λεγόμενον καὶ αὐτῷ παραχρῆμα, ὥς ἐστὶν αὐτῷ αἴγλη καὶ φῶς. [Εἰς τὸ αὐτό.] Ἐναντιωθείης τοῖς ὄμμασι τοῦ Φιλοκτήτου, καὶ μὴ ἐάσῃς αὐτὸν βλέψαι νῦν.* Inepte poeta locutus esset, si verba *τάνδ' αἴγλαν, ἃ τέταται τανῦν*, de luce diurna accipienda essent, ac si nunc demum solis lumen ortum esset et antea tenebrae fuissent. Itaque verissime Hermannus, quem secutus Seidl. ad Eur. Troad. 566. est, caliginem, Philoctetae oculis nunc offusam, significari his verbis putavit, siquidem, quae nunc Philoctetae dormientis oculis adesse lux dicitur, nullam esse apparet. Sensus igitur: oculis praetentam teneas, quae nunc expansa est, lucem.

V. 816 sq. Schol.: *ποῦ στήσῃ τῆς γνώμης; ποίας γνώμης κρατήσεις;* Verba *ποῦ στάσει, ποῖ δὲ βάσει*, quae Brunck. vertit, ubi consistas, quove te vertas, Buttmannus monet dictionem continere proverbialem de re ab omni parte agenda, comparatque Soph. Ai. 1237. *ποῖ βάντος, ἢ ποῦ στάντος, οὗπερ οὐκ ἐγώ;* Non possum equidem assentire, qui nullum noverim usus illius proverbialis exemplum, videamque propriam horum verborum significationem perquam accommodatam huic loco esse, in quo apertum est hoc dicere chorum, videndum Neoptolemo esse, utrum manendum diutius in insula (*ποῦ στάσει*), an abeundum Troiam (*ποῖ βάσει*) sit.

V. 817 sq. Schol.: *τἀντεῦθεν· τὰ μετὰ ταῦτα πῶς ὁρᾷς φροντίδος. ὁρᾷς· ἀντὶ τοῦ ἐννοεῖς.* Brunckius, quem probat Herm., verba *πῶς δέ μοι — φροντίδος*, ita interpretatus est: et qui mihi aggrediare quod procurandum superest. Verior mihi et aptior Buttmanni videtur interpretatio: et quomodo mihi quae restant curanda sint. Neque tamen opus est, ut hoc sensu *ἐμοί*, quod voluit Buttm., pro *μοὶ* scribatur. Ce-

φροντίδος. ὁρᾷς ἤδη·
πρὸς τί μένομεν πράσσειν;
καιρός τοι πάντων γνώμαν ἴσχων
πολὺ παρὰ πόδα κράτος ἄρνυται.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

(μεσῳδός.)

ἀλλ' ὅδε μὲν κλύει οὐδέν· ἐγὼ δ' ὁρῶ, οὕνεκα θήραν
τήνδ' ἁλίως ἔχομεν τόξων, δίχα τοῦδε πλέοντες.
τοῦδε γὰρ ὁ στέφανος, τοῦτον θεὸς εἶπε κομίζειν.

V. 819. Ex coni. *μένομεν* scripsi pro *μενοῦμεν*, quod in codd. et editt. omnibus est. Nullo enim pacto in versu antistrophico scribi *ὧν αἰδῶμαι* potest; cui etsi etiam retento *μενοῦμεν* recte respondere hic versus videri potest, tamen quum in ceteris versibus syllabae syllabis respondeant, malui levissima mutatione id reponere, quod sensui etiam accommodatius videtur.

V. 821. Aut hic aliquid excidit aut in antistropha aliquid ab interpretibus additum. Hermannus, qui hunc versum mancum

terum ut hic *τἀντεῦθεν* valet: quae restant curanda, ita in Soph. El. 1337. *τἀνθάδε*, quae hic sunt agenda.

V. 818. *ὁρᾷς ἤδη* dicit chorus, Philoctetam monstrans: vides iam, hunc somno sopitum iacere. HERM. Inaudita haec foret ellipsis. Immo totius loci sententia docet non posse horum verborum alium sensum quam hunc esse: vides iam, quid faciundum sit, id est, abeundum esse relicto Philocteta.

V. 819. Sensum horum verborum hunc esse: ad quid faciendum manemus, vel cuius rei faciendae causa hic manemus, monui iam in Adv. p. 100. Sim. Aesch. Eum. 677. *μένω δ' ἀκοῦσαι.*

V. 820 sq. Schol.: *καιρός τοι πάντων γνώμαν· ἐπὶ πάντων ἡ μετὰ εὐκαιρίας σύνεσις πολλῶν ἐπικράτειαν ἐν ἑτοίμῳ καρποῦται. Ὁ δὲ νοῦς· ὁ καιρὸς ἐκεῖνος ὁ εὐκαίρως ἐπιτελούμενος πολλοῖς εὐδοξίαν σύνεγγυς παρέχει. Παρὰ πόδα· πλησίον. ἄρνυται· ἀποφέρεται.* Brunckius vertit: quippe omni in re occasio optime consulit, celeriterque arrepta magnam e vestigio potentiam obtinet. Probat Buttm., *καιρῷ* ipsi intelligentiam rerum tribui putans; unde etiam deus habitus sit. Mihi *γνώμη* decreta videtur significare, ut sensus huius loci latine sic reddi possit: opportunum tempus, omnium rerum habenas tenens, eximiam, si statim utare, palmam fert. HERM. Desidero exemplum, quo *πάντων γνώμην ἴσχειν* isto sensu accipi posse doceatur. Itaque Buttmanno assentior, verba *πάντων γνώμαν ἴσχων* iungens. Similis locus est in Soph. El. 75 sq.: *καιρὸς γάρ, ὅςπερ ἀνδράσιν μέγιστος ἔργου παντός ἐστ' ἐπιστάτης.* Vide etiam quae ad O. R. 27 sq. monita sunt. Ceterum chorum ea mente haec dicere, ut velit Neopto-

κομπεῖν δ' ἔστ' ἀτελῆ σὺν ψεύδεσιν αἰσχρὸν ὄνειδος.

ΧΟΡΟΣ.
(ἀντιστροφή.)

ἀλλά, τέκνον, τάδε μὲν θεὸς ὄψεται·
ὧν δ' ἂν κἀμείβῃ μ' αὖθις,
βαιάν μοι, βαιάν, ὦ τέκνον,
πέμπε λόγων φήμαν·
ὡς πάντων ἐν νόσῳ εὐδρακὴς
ὕπνος ἄϋπνος λεύσσειν.
ἀλλ' ὅτι δύνᾳ μάκιστον,

putavit, πολύ τι ante πολὺ addidit; quod mihi quidem sensui parum convenire videtur.

V. 827. Metri causa ex Hermanni coni. κἀμείβῃ pro ἀμείβῃ scripsi. Pessime Buttm. cum Triclinianis ὧν δ' ἂν ἀμείβῃ σύ μ' αὖθις scripsit, quum nullus hic σὺ pronomini locus esse possit.

V. 829. Brunck. cum Triclinianis φάμαν scripsit.

V. 832. Libri δύναιο. Scripsi cum Hermanno δύνᾳ. Vide ad 798 (781.)

lemum relicto Philocteta abire arcumque secum asportare, demonstratum a me iam Adv. p. 100 sq. est. Minus enim, addit Hermannus, necessarium putat chorus, Philoctetam ipsum abduci, si modo arcu eius potiti sint. Id ne repugnare videretur argumento fabulae, eo providit poeta, quod rem omnem in arcu verti fecit, obiter tantum v. 112 et 812. de ipsius Philoctetae ad Troiam adductione aliquid adspergens. Nam quae 612 sqq. narrantur, etsi vera sunt, tamen sic narrantur, ut si non sint vera.

V. 825. Iungenda verba ἀτελῆ σὺν ψεύδεσιν hoc sensu: imperfecta et quantum sunt perfecta, mendaciis parta. Similiter Soph. El. 61. δοκῶ γὰρ οὐδὲν ῥῆμα σὺν κέρδει κακόν. et O. R. 55. ὡς, εἴπερ ἄρξεις τῆςδε γῆς, ὥςπερ κρατεῖς, ξὺν ἀνδράσιν κάλλιον ἢ κενῆς κρατεῖν. Ubi ξὺν ἀνδράσιν iungendum esse patet cum γῆς. — αἰσχρὸν ὄν. Vid. v. 477.

V. 826. τάδε] abductionem ipsius Philoctetae.

V. 827 sq. Schol.: μικρὰ καὶ ἠρέμα μοι, φησί, διαλέγου, μήποτε ἀκούσῃ κοιμώμενος.

V. 830 sq. Schol.: ὡς πάντων ἐν νόσῳ εὐδρακής· ἀντὶ τοῦ ἐλαφρὸς πρὸς τὸ ταχὺ ἀναβλέψαι καὶ ἐγερθῆναι· ἀντὶ τοῦ ὁ ὕπνος ἐν τῇ νόσῳ ταχέως βλέπει. Schaef. ad Long. p. 404. πάντων ἐν νόσῳ iungebat, omnium aegrotorum interpretans. At hoc dici debuisset πάντων τῶν ἐν νόσῳ. Sensus est: omnium hominum somnus in morbis non est profundus, sed ita irritabilis, ut facile omnia animadvertant. HERM. Ad εὐδρακὴς λεύσσειν comparat Schaef. Orph. Arg. 926. οὐ φατὸν εἰπεῖν. Aesch. Prom. 772. οὐ γὰρ ῥητὸν αὐδᾶσθαι τάδε. Arist. Av. 1713. οὐ φατὸν λέγειν. Addo, quod magis huc pertinet, Aesch. Pers. 387. εὐφεγγὴς ἰδεῖν.

V. 832. Schol.: μάκιστον· μέγιστον, εὐσύμβολον, σύμφορον·

κεῖνο λάθρᾳ, κεῖνό μοι . . . .
ἐξιδοῦ, ὅ τι πράξεις.
οἶσθα γὰρ ὃν αὐδῶμαι,
εἰ ταύταν τούτῳ γνώμαν ἴσχεις,
μάλα τοι ἄπορα πυκινοῖς ἐνιδεῖν πάθη.

V. 833. Libri κεῖνό μοι, κεῖνο λάθρᾳ, quem ordinem metri causa cum Hermanno mutavi, qui recte etiam illud monuit, post κεῖνό μοι, ubi lacunae signa posui, aliquod verbum excidisse. Coniicit fortasse φροντίζων a poeta adiectum fuisse.

V. 835. Male Hermannus quod in duobus codicibus est

Videtur μάκιστον ἐξιδοῦ hoc sensu dictum esse: longissime dispice, id est diligentissime considera.

V. 834. ἐξιδοῦ non est pro simplici ἰδοῦ positum. Nam ἐξορᾶν est prospicere, h. e. e longinquo conspicere; vid. Eur. Heracl. 675. Hel. 1285.; eodemque sensu hic ad mentem translatum. BUTTM. Immo ἐξ in huiusmodi compositis nonnisi vim augendi habet, respondetque lat. per praepositioni. Est igitur ἐξιδέσθαι vel ἐξιδεῖν pervidere, prorsus videre.

V. 835 — 837. Schol.: ὃν αὐδῶμαι· δι' ὃν λέγω· ἀντὶ τοῦ τὸν Φιλοκτήτην. Διὰ μέσου τοῦτο εἴρηκε. Hermannus verborum μάλα τοι — πάθη hunc esse sensum debere monet: sapientibus licet inextricabilia in ea re mala conspicere. Assentior, nisi quod πυκινοῖς ab ἄπορα pendere contendo. Recte autem ἐνιδεῖν et tuitus est et interpretatus Hermannus. Eodem sensu usurpatum ἐνορῶ ab Xen. Anab. I, 3, 15. πολλὰ γὰρ ἐνορῶ, δι' ἃ ἐμοὶ τοῦτο οὐ ποιητέον. Verba autem illa quum sint apodosis praecedentium, quumque manifesto tum ex antecedentibus tum e seqq. appareat choro in ea re videri debere inextricabilia sapientibus mala conspici, si Philoctetes ipse, id quod volebat Neoptolemus, Troiam abducatur: necessario efficitur, praecedentium verborum οἶσθα — ἴσχεις hanc ipsam debere sententiam esse: si Philoctetam ipsum abducendum putas. Ea autem quum vario modo enuntiari potuerit, difficile est id ipsum, quod dixerit poeta, coniectura assequi, praesertim quum diversa in codd. scriptura reperiatur. Hermannus ὧν recepit, idque sic accipiendum monuit: „Atridas totumque Graecorum exercitum dici puta, neque inauditum istud ταυτάν, sed τάνταν ab Sophocle scriptum crede. Hoc enim dicit chorus: scis enim quorum dicam, si hoc huic habes consilium, inextricabilia profecto sapientibus in eo consilio mala conspici planum est: i. e. illorum enim, scis quos dicam, maximum discrimen ei, qui sapit, in tuo consilio conspicuum est, si hoc in huncce, Philoctetam dico, decrevisti, ut non abeas cum arcu, sed maneas, usque dum illum somnus reliquerit. Atridae enim, cum iisque universus Graecorum exercitus ea in re periclitantur, si Neoptolemus, optimam arcu potiundi abeundique occasionem

(ἐπῳδός.)

οὖρός τοι, τέκνον, οὖρος·
ἀνὴρ δ' ἀνόμματος, οὐδ' ἔχων
ἀρωγὰν, ἐκτέταται νύχιος,
(ἀλεὴς ὕπνος ἐσθλός,)

ὢν scripsit. Vide annotationem exegeticam.

V. 836. ταύταν ex Γ cum Hermanno et Dindorfio scripsi; ceteri libri ταὐτάν.

V. 841. Hermannus ex coni. post ἀλεὴς addit δὲ particulam.

nactus, ea non utatur.“ At hoc si dicere voluisset Sophocles, primum multo quam debebat obscurius locutus esset. Deinde vero ne dicere quidem potuisse puto, siquidem Atridas maximis malis affectum iri, si ipse Philoctetes abduceretur, neque credere neque dicere chorus potuit, qui abducendum quidem esse Philoctetam intellexerat, sed negotium hoc deo relinquendum putaverat, et manifesto ob eam tantum causam nunc abducere noluit, ne cum homine, foedissimo morbo laborante, una in navi redire Troiam cogeretur. Itaque retinendam esse vulgatam scripturam ὃν contendo, sic ut pronomen illud ad Philoctetam referatur, cuius ipsum nomen chorus reveritus est enuntiare, ne, ut solent dormientes quum nomen eorum enuntiatur, Philoctetes nomine enuntiato expergefieret. Sensum igitur hunc censeo esse: nam si huic, scis quem dicam, hoc habes consilium, ut abducendum eum putes, in ea re mala conspici possunt sapientibus inextricabilia. Non nego tamen multo melius mihi videri Sophoclem scripturum fuisse, si εἰ τὰν αὐτὰν τούτῳ γνώμαν ἴσχεις, si eandem cum Philocteta sententiam habes, scripsisset. Dubito adeo, num γνώμην τινά τινι ἔχειν eo sensu, qui solus huic loco convenit, graece unquam dictum sit. Potuit autem αὐδῶμ', εἰ scribi.

V. 838—846. Chorum in sententia sua perseverare Neoptolemoque id ostendere, quam opportunum nunc sit clam Philocteta cum arcu discedere, satis est a me in Adv. p. 113 sq. demonstratum. De omisso ἐστι vide Matth. §. 306. p. 608.

V. 840. Schol.: ἐκτέταται νύχιος· ἐπεὶ κατὰ νύκτα καθεύδουσι, παρὰ τοῦτο εἶπεν τὴν ἡμέραν νύκτα ἄγων, ἀντὶ τοῦ κοιμώμενος. τὸ δὲ ἑξῆς· ἐκτέταται νύχιος, οὐ χερός, οὐ ποδὸς ἄρχων, ἀντὶ τοῦ, οὐδὲν τῶν μελῶν δυνάμενος κινεῖν, οὐδὲ βλέπειν.

V. 841. Schol.: ἀλεὴς ὕπνος ἐσθλός· ὁ ὕπνος ὁ ὑπὸ τὴν ἀλέαν τοῦ ἡλίου. Ἀλεής, θερμός· παρὰ τὴν ἀλέαν. Ὅμηρος, ἀλέη τε γένηται. Τοῦτο δὲ καθ' ἑαυτόν φησιν. ὕπνος σύμφορος ἡμῖν ἐστι, καὶ τοῖς πράγμασιν ἀγαθός. Non aliunde nota adiectivi forma ἀλεής. Sed usitatum est ἀλεός, de quo etiam Hesychius: ἀλεόν· θερμόν, ἢ χλιαρόν. Videtur et huius adiectivi et nominis ἀλέη prima syllaba longa esse, quum Hesiod. ita O. et D. 391. ἐπαλέα λέσχην dixerit. HERM.

οὐ χερός, οὐ ποδός, οὔ τινος ἄρχων·
ἀλλ' ὥς τις Ἀΐδᾳ παρακείμενος
ὁρᾷ. βλέπ', εἰ καίρια φθέγγει·
τὸ δ' ἁλώσιμον ἐμᾷ φροντίδι, παῖ,
πόνος ὁ μὴ φοβῶν κράτιστος.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Σιγᾶν κελεύω, μηδ' ἀφεστάναι φρενῶν.
κινεῖ γὰρ ἁνὴρ ὄμμα κἀνάγει κάρα.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ὦ φέγγος ὕπνου διάδοχον, τό τ' ἐλπίδων
ἄπιστον οἰκούρημα τῶνδε τῶν ξένων·
οὐ γάρ ποτ', ὦ παῖ, τοῦτ' ἂν ἐξηύχησ' ἐγώ,
τλῆναί σ' ἐλεινῶς ὧδε τἀμὰ πήματα
μεῖναι, παρόντα καὶ ξυνωφελοῦντά μοι.
οὔκουν Ἀτρεῖδαι τοῦτ' ἔτλησαν εὐφόρως
οὕτως ἐνεγκεῖν, ἀγαθοὶ στρατηλάται.

V. 843. Hermannus metri causa σ' post τὶς inseruit, ita verba interpretans: sed ut aliquis in Orco iacens te videt, i. e. non videt. Quae mihi aliena ab hoc loco, ne dicam inepta, sententia videtur. Immo aut ἀλλά τις ὥς scriptum a Sophocle fuit, aut quod nuper coniecit Dindorfius ἀλλ' ὥς τις τ'.

V. 844. βλέπ', εἰ καίρια φθέγγει] vide, num tempestiva dicas, quum scilicet dicis manere te velle opportunissima abeundi commoditate oblata. Est autem haec huius formulae vis, ut significet, vereor, ne non dicas tempestiva. Sic in Prom. 996. ὅρα νυν, εἴ σοι ταῦτ' ἀρωγὰ φαίνεται. HERM.

V. 845 sq. Schol.: τὸ δ' ἁλώσιμον· τὸ δὲ ἀγρεύσιμον, ὅ ἐστι πέρας, ἀνάκειται τῇ ἐμῇ φροντίδι. ὁ πόνος ὁ μὴ φόβον ἔχων κράτιστός ἐστιν· ὁ μὴ πρὸς κίνδυνον ὁρῶν· ἀντὶ τοῦ, μὴ φοβηθῶμεν, πάντα γὰρ ἀνύομεν. — Τὸ est articulus. Sensus verborum est: quod ego deliberatione assequi possum, illud est, laborem metu vacuum esse optimum. Id si plene diceretur, sic erat dicendum: τὸ δὲ ἁλώσιμον ἐμᾷ φροντίδι τόδε ἐστί· πόνος ὁ μὴ φοβῶν ἐστι κράτιστος. HERM.

V. 847. ἀφεστάναι φρενῶν, perturbari mente. Sic ἐκστῆναι φρενῶν Eur. Orest. 1021. Bacch. 359. et ἐξέστην γνώμης Iphig. Aul. 136. dixit.

V. 849 sq. De διάδοχον cum genitivo iuncto vide Matth. §. 403. p. 738. In sequentibus Hermannus ἐλπίδων ἄπιστον explicat ὑπὸ τῆς ἐμῆς ἐλπίδος ἀπιστηθέν, provocans ad Schaeferum in Melet. cr. p. 137 sq. Malim hoc loquendi genus cum

ἀλλ' εὐγενὴς γὰρ ἡ φύσις κἀξ εὐγενῶν,
ὦ τέκνον, ἡ σή, πάντα ταῦτ' ἐν εὐχερεῖ
ἔθου, βοῆς τε καὶ δυσοσμίας γέμων.
καὶ νῦν, ἐπειδὴ τοῦδε τοῦ κακοῦ δοκεῖ
λήθη τις εἶναι κἀνάπαυλα δή, τέκνον,
σύ μ' αὐτὸς ἆρον, σύ με κατάστησον, τέκνον,
ἵν', ἡνίκ' ἂν κόπος μ' ἀπαλλάξῃ ποτέ,
ὁρμώμεθ' ἐς ναῦν, μηδ' ἐπίσχωμεν τὸ πλεῖν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἀλλ' ἥδομαι μέν σ' εἰσιδὼν παρ' ἐλπίδα
ἀνώδυνον βλέποντα κἀμπνέοντ' ἔτι·
ὡς οὐκ ἔτ' ὄντος γάρ τὰ συμβόλαιά σοι
πρὸς τὰς παρούσας ξυμφορὰς ἐφαίνετο.
νῦν δ' αἶρε σαυτόν· εἰ δέ σοι μᾶλλον φίλον,
οἴσουσί σ' οἵδε· τοῦ πόνου γὰρ οὐκ ὄκνος,
ἐπείπερ οὕτω σοί τ' ἔδοξ' ἐμοί τε δρᾶν.

V. 844. *βλέπ', εἰ* ex Hermanni coni. dedi pro librorum lectione *βλέπει*.

V. 854. *εὐφόρως* Brunck. ex coni. scripsit; libri *εὐπόρως*, nisi quod La *εὐπόνως*.

V. 866. *σοι* pro vulgato *σου* dedi secundum plurimorum eorumque optimorum codd. auctoritatem.

talibus comparare, qualia sunt *κακῶν ἄνατος* O. C. 786., *ἄχαλκος ἀσπίδων* O. R. 185., *ἄλυπος ἄτης* et sim., quae collegit Elmsl. ad O. R. 185. et Matth. Gr. §. 339. p. 647.

V. 851. Schol.: *ἐξηύχησα· ἐνόμισα.* Sic Ant. 390. *σχολῇ ἂν ἐξηύχουν.* Cfr. Blomf. ad Aesch. Prom. Gloss. 710.

V. 853. *μεῖναι*, quod Schol. *ὑπομεῖναι* explicat, eodem sensu O. R. 295. dictum.

V. 856. *εὐγενὴς κἀξ εὐγενῶν*] Vid. Lobeck. ad Ai. 1291. p. 409.

V. 857 sq. *ἐν εὐχερεῖ τίθεσθαι* idem quod *ῥαδίως φέρειν.* Vid. Valck. ad Herod. III, 154. Similis locutio *ἐν παρέργῳ τίθεσθαι*, de qua dictum ad v. 473. — Schol.: *γέμων· πεπληρωμένος σὺ τῆς ἐμῆς δυσοσμίας.*

V. 864. *ἥδομαι — εἰσιδών*] Cfr. Matth. §. 555. i.

V. 866. *συμβόλαια* idem quod *σύμβολα* (vid. v. 703.) *σημεῖα.* *Πρὸς* idem quod latine pro, h. e. si expendas, conferas. Vid. Vig. p. 665. (et Matth. §. 591. p. 1181 sq.). Signa, quae dabas, collata cum calamitate, in qua eras, manifesto talia erant, qualia sunt *οὐκ ἔτ' ὄντος.* BUTTM.

V. 868. Schol.: *εἰ δέ σοι μᾶλλον φίλον· τὸ αἴρεσθαι ὑπὸ τούτων.*

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

αἰνῶ τάδ', ὦ παῖ, καί μ' ἔπαιρ', ὥςπερ νοεῖς·
τούτους δ' ἔασον, μὴ βαρυνθῶσιν κακῇ
ὀσμῇ πρὸ τοῦ δέοντος· οὑπὶ νηῒ γὰρ
ἅλις πόνος τούτοισι συνναίειν ἐμοί.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἔσται τάδ'· ἀλλ' ἵστω τε καὐτὸς ἀντέχου.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

θάρσει· τό τοι σύνηθες ὀρθώσει μ' ἔθος.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

παπαῖ· τί δῆτ' ἂν δρῷμ' ἐγὼ τοὐνθένδε γε;

V. 877 *τί δῆτ' ἂν* ex Schaeferi coniectura dedi pro *τί δῆτα*. Brunck. coniecit scripsitque *τί δῆτα δρῷμ' ἂν ἐκ τούτων ἐγώ*;

V. 880. Non intelligo equidem, quomodo Hermannus pessime Brunckium *ἀπορεῖς δέ του σύ*; scripsisse dicere potuerit.

V. 871. Locutiones *αἰνῶ*, *ἐπαινῶ*, *ἔχει κάλλιστα*, *κάλλιστα*, *πάνυ καλῶς*, usurpantur a Graecis, quando oblato beneficio non utentes gratias agunt, aut quando officiosam sedulitatem et anxium paene studium amicorum benigne se accipientium deprecantur. Cfr. Zeun. ad Vig. p. 249. et Kiessling. ad Theocr. XV, 3. Latini hoc sensu recte et benigne usurpare solent. Cfr. Bentl. et Ruhnk. ad Terent. Heaut. III, 2, 7. Non enim a nautis, sed a Neoptolemo Philoctetes duci ad navim vult.

V. 873. Schol.: *πρὸ τοῦ δέοντος· πρὸ τοῦ καιροῦ.*

V. 873 sq. Schol.: *οὑπὶ νηῒ γάρ· ἱκανὸς αὐτοῖς γενήσεται ὁ πόνος ἐπὶ τῇ νηῒ συνεῖναί μοι καὶ συνναίειν μοι.* Vid. de hoc loquendi genere Buttm. ad Plat. Men. 9.

V. 875. Schol.: *ἵστω τε καὐτὸς ἀντέχου· ἵστασο καὶ ἀντιλαμβάνου.* Eodem modo O. R. 143. *ἵστασθε* et 147. *ἱστώμεσθα* dictum. Cfr. quae ad v. 48. huius fabulae monui.

V. 877. Est hic locus ex eo genere, quod recte est ab Reisigio in comm. de particula *ἂν* p. 132 sqq. [Matth. §. 513.] explanatum. Nam ubi surgentem videt Philoctetam Neoptolemus paratumque ad petendam navim, inops consilii ita secum ipse loquitur: hei, quid censeat quis me iam deinceps facere? HERM. Multo tamen simplicior aptiorque huic loco ea sententia est, quae efficitur *ἂν* particula addita. Itaque Schaeferum secutus sum. Schol.: *τοὐνθένδε· τὸ μετὰ ταῦτα.*

V. 878. Quod cod. Harl. habet *λόγων*, tum dici potuisset, si magnum quid aut infandum dixisset Neoptolemus. At non hoc ille fecerat, sed ostenderat dubitatione sua se aliquid volvere animo, quod quid sit nescit Philoctetes. Quare hic ita interrogat necesse est: quonam tendit oratio tua? i. e. si quem genitivum supplere volu-

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.
τί δ' ἔστιν, ὦ παῖ; ποῖ ποτ' ἐξέβης λόγῳ;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.
οὐκ οἶδ' ὅποι χρὴ τἄπορον τρέπειν ἔπος.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.
ἀπορεῖς δὲ τοῦ σύ; μὴ λέγ', ὦ τέκνον, τάδε.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.
ἀλλ' ἐνθάδ' ἤδη τοῦδε τοῦ πάθους κυρῶ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.
οὐ δή σε δυςχέρεια τοῦ νοσήματος
ἔπεισεν, ὥςτε μή μ' ἄγειν ναύτην ἔτι;

Immo mihi ex seqq. *μὴ λέγε* etc. et Neoptolemi responso videtur apparere cum miratione potius ex Neoptolemo Philoctetam quaesisse, num inops consilii aliqua in re esset, quam scire voluisse, qua in re inops consilii esset. Retinui tamen scripturam vulgatam.

mus, *ποῖ διανοίας καὶ φροντίδος ἐξέβης λόγῳ.* Nam *ποῖ ἐξέβης* ad meditationem refertur, ut v. 805. *ποῦ ποτ' ὢν κυρεῖς*; et ap. Eur. Iph. T. 781. *ἐξέβην γὰρ ἄλλοσε.* Et tantum abest, ut *ἐκβῆναί ποι λόγων* dici potuerit Neoptolemus, ut ipse iis, quae respondet, se non habere declaret, *ὅποι ἐκβήσεται.* HERM. Cfr. etiam Eur. Troad. 154. *ποῖ λόγος ἥκει*; et 1029. *οἶ τελευτήσω λόγον.*

V. 879. Schol.: *ἀδημονεῖ ἐννοῶν, ὅτι μέλλει ἐξαπατᾶν τὸν Φιλοκτήτην, καὶ ἀπάγειν εἰς τὴν Ἴλιον, οὐκέτι ἐπὶ τὴν πατρίδα, καθάπερ ἐπηγγέλλετο.*

V. 880. Postquam Neoptolemus secum loquens dixerat: nescio, quo vertam difficilem sermonem s. rem difficilem, ex qua quomodo me expediam non video, nunc tamen sermone explicandam, Phil. audita voce *ἄπορον* illi reponit: *ἀπορεῖς δὲ τοῦ σύ*; haesitas vero qua in re tu? MATTH. *ἀπορεῖν τινος* esse aliqua in re consilii inopem esse notum est.

V. 881. Schol.: *πάθους λέγει τῆς ἀπορίας, ἀντὶ τοῦ ἀπορῶν τυγχάνω.* Haeret Buttmannus in addito *τοῦδε*, quod Philoctetes *ἀπορίαν* tantum, non eius gradum dixerit. Profecto, si haec ad Philoctetae verba spectarent: at respicit Neoptolemus id quod ipse dixerat: quin eo iam illius trepidationis perveni, ut ne verba quidem, quibus utar, inveniam. HERM. At non poterat Neoptolemus commode *ἀλλὰ* particula uti, si non Philoctetae, sed sua tantum verba respexisset. Itaque non dubium mihi videtur, quin ad Philoctetae verba maximeque ad posteriora, *μὴ λέγε, ὦ τέκνον, τάδε*, respondens Neoptolemus hoc dicat: At eo iam huius, quod dico, mali perveni, ut reticere non possim. De *ἐνθάδε* cum gen. iuncto vid. Matth. §. 324. 8.

V. 882. Fuerunt qui ante *δυςχέρεια* articulum addendum putarent. At non est obscurum hic utrumvis, sed diverso sensu,

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἅπαντα δυςχέρεια, τὴν αὑτοῦ φύσιν
ὅταν λιπών τις δρᾷ τὰ μὴ προςεικότα.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἀλλ' οὐδὲν ἔξω τοῦ φυτεύσαντος σύ γε
δρᾷς, οὐδὲ φωνεῖς, ἐσθλὸν ἄνδρ' ἐπωφελῶν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

αἰσχρὸς φανοῦμαι· τοῦτ' ἀνιῶμαι πάλαι.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οὔκουν ἐν οἷς γε δρᾷς· ἐν οἷς δ' αὐδᾷς, ὀκνῶ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ὦ Ζεῦ, τί δράσω; δεύτερον ληφθῶ κακὸς,
κρύπτων θ' ἃ μὴ δεῖ, καὶ λέγων αἴσχιστ' ἐπῶν;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἀνὴρ ὅδ', εἰ μὴ 'γὼ κακὸς γνώμην ἔφυν,
προδούς μ' ἔοικε κἀκλιπὼν τὸν πλοῦν στελεῖν.

V. 895. Aliquot codices πέμπω, quod recepit Brunck.

V. 899. Nimis arbitrarie Hermannus hiatum τί εἶπας, de quo dictum ad v. 100., hic ferri non posse ratus τί μ' εἶπας scripsit, quod non quid de me, sed quid in me dixisti significari potuisse. Nam ἡ δυςχέρεια τοῦ νοσήματος definite id, quod in hoc morbo molestum est, significat; δυςχέρεια τοῦ νοσήματος autem infinite, si quid in eo molestum est. Id eodem modo Germani, quorum maxima est in articuli usu cum Graecis consensio, omisso articulo dicimus: es hat dich doch nicht Laestigkeit der Krankheit vermocht. HERM. De οὐ δή vid. Matth. §. 610. 6.

V. 884. De locutione ἅπαντα δυςχέρεια monuit Matth. §. 437. 3. p. 818.

V. 886. ἔξω τοῦ φυτεύσαντος] extra genitorem, id est alienum a genitoris moribus. Libanius Vol. I. p. 574. τοῦ τῆς πόλεως ἤθους καὶ τῆς ἐμῆς πολιτείας ἔξω τὸ πρᾶγμα εἶναι δοκεῖ. Aristid. T. I. p. 386. ἔξω τῶν εἰωθότων. Cfr. ad O. C. 1231. τίς πλάγχθη πολύμοχθος ἔξω. MUSGR.

V. 889. ὀκνῶ] sc. μὴ αἰσχρὸς φαίνῃ. Nam ὀκνεῖν plane ut φοβεῖσθαι saepe usurpatur; ut Xen. Anab. II, 4, 22. (11.) ὀκνοῦντες, μὴ οἱ Ἕλληνες μένοιεν.

V. 890 sq. ληφθῶ] coniunctivus dubitativus. Vid. Gramm. §. 126. n. 7. Herm. ad Vig. num. 150. BUTTM. Quid sit δεύτερον, a nemine explicatum est. Mea sententia primum sibi

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

λιπὼν μὲν οὐκ ἔγωγε· λυπηρῶς δὲ μὴ
πέμπων σε μᾶλλον, τοῦτ' ἀνιῶμαι πάλαι.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

τί ποτε λέγεις, ὦ τέκνον; ὡς οὐ μανθάνω.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὐδὲν σε κρύψω· δεῖ γάρ ἐς Τροίαν σε πλεῖν
πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς καὶ τὸν Ἀτρειδῶν στόλον.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οἴμοι, τί εἶπας;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

μὴ στέναζε, πρὶν μάθῃς.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ποῖον μάθημα; τί με νοεῖς δρᾶσαί ποτε;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

σῶσαι κακοῦ μὲν πρῶτα τοῦδ', ἔπειτα δὲ
ξὺν σοὶ τὰ Τροίας πεδία πορθῆσαι μολών.

ficare monuit. At εἰπεῖν τινά τι ubique notat de aliquo aliquid dicere. Nec apta illa huic loco sententia est, in quo si revera μὲ additum a Sophocle fuisset, explicarem: quid me facere debere dixisti? Sed aptissimum simplex τί εἶπας;

visus erat Neoptolemus pravus fuisse, quum sagittarum Philoctetae consequendarum causa mendaciis benevolentiam eius sibi conciliaret diceretque velle se eum navi ex insula abducere. Iterum pravus sibi nunc videbatur futurus esse, si deducens Philoctetam in navim reticeret, quod non debebat amplius reticeri, non in patriam, quo sperabat Philoctetes, iter suscipi, ideoque turpissimo eum mendacio falleret, dicens domum se eum reducturum esse, quum tamen Troiam renavigaret. Atque hic mihi sensus videtur verborum, κρύπτων — ἐπῶν. Nec dissentire a me Scholiastes videtur monens: κρύπτων θ' ἃ μὴ δεῖ· τὰ ἀληθῆ. λέγων αἴσχιστ' ἐπῶν· ἀπατῶν.

V. 892. Schol.: εἰ μὴ 'γὼ κακὸς γνώμην ἔφυν· εἰ μὴ κακῶς καὶ ἀνοήτως βουλεύομαι.

V. 894. Schol.: οὐχ ὅτι καταλείψω σε, ἄχθομαι, ἀλλ' ὅτι λυπηρῶς καὶ οὐ κατὰ τὴν σὴν γνώμην μέλλω σε ἄγειν· ἐπὶ Τροίαν δὲ φησίν. Recte se habet πέμπων. Nam ut ad λιπών e praecedentibus intelligitur στελῶ, ita ad πέμπων intelligendum est στείλω. HERM. De v. πέμπω significatione monitum iam ad v. 496.

V. 902. De locutione τὰ Τροίας πεδία dictum ad v. 1435. (1407.). De μολών vide Matth. §. 552. not. 1.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

καὶ ταῦτ' ἀληθῆ δρᾶν νοεῖς;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

πολλὴ κρατεῖ
τούτων ἀνάγκη· καὶ σὺ μὴ θυμοῦ κλύων.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἀπόλωλα τλήμων, προδέδομαι. τί μ', ὦ ξένε,
δέδρακας; ἀπόδος ὡς τάχος τὰ τόξα μοι.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἀλλ' οὐχ οἷόν τε· τῶν γὰρ ἐν τέλει κλύειν
τό τ' ἔνδικόν με καὶ τὸ συμφέρον ποιεῖ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ὦ πῦρ σύ, καὶ πᾶν δεῖμα, καὶ πανουργίας

V. 915. Scripsi Elmsleio auctore ad Eur. Med. 56. μά-

V. 903 sq. Schol.: πολλὴ κρατεῖ τούτων ἀνάγκη· πολλὴ γάρ ἐστιν ἀνάγκη ταῦτα διαπράξασθαι. Attulit Matth. Plut. Num. c. 16. ἀνάγκη ἀδικίας ἢ ἀπορία.

V. 909. Schol.: ὦ πῦρ σύ. παρὰ τὸ ὄνομα. καλεῖται γὰρ Πύῤῥος. Eadem fuit Eustathii sententia p. 1187, 21. 1463, 34. (1255, 45. Od. 121, 34.). Puerilem istum esse lusum recte sensit Gedikius. Sed vel propterea non cogitavit Sophocles quidquam huiusmodi, quod non Pyrrhum hunc tragici, sed Neoptolemum vocant. Pro καὶ πᾶν δεῖμα temere Valck. ad Hipp. 406. παιπάλημα coniecit. Sensus est, qui totus es terror. Sic supra 622. ἡ πᾶσα βλάβη. Τέχνημα recte Brunck. non sic accipiendum monet, ut instrumentum Ulixis dicatur Neoptolemus, sed ut ipse intelligatur τεχνίτης πανουργίας. Eodem modo nos: du bist ein Gewebe von Betrug. HERM. Videtur ignis veteribus audaciae et impudentiae symbolum fuisse. Eur. Hec. 607. ναυτική τ' ἀναρχία κρείσσων πυρός. Androm. 271. ἐχίδνης καὶ πυρὸς περαιτέρω. Aristoph. Equit. 381. ἦν ἄρα πυρός γ' ἕτερα θερμότερα. Lysistr. 1014. οὐδὲ πῦρ, οὐδ' ὧδ' ἀναιδὴς οὐδεμία πάρδαλις. In gnomis: θάλασσα καὶ πῦρ καὶ γυνὴ κακὰ τρία. Hinc θερμὸς audax; vid. ad Antig. 88. MUSGR.

V. 910. Non recte Elmsleius ad Eur. Med. 1319 sq. propter sequens ἠπάτηκας scribendum εἴργασαι putavit. Primum enim constat saepe perfecta et aoristos coniungi, ita ut aoristo simpliciter aliquid factum esse significetur sic, ut ad id, quod factum consecutum sit, non respiciatur, contra perfecto et factum nunc aliquid esse significetur et id, quod facto illo effectum sit, perdurare indicetur.

δεινῆς τέχνημ' ἔχθιστον, οἷά μ' εἰργάσω,
οἷ' ἠπάτηκας· οὐδ' ἐπαισχύνει μ' ὁρῶν
τὸν προστρόπαιον, τὸν ἱκέτην, ὦ σχέτλιε;
ἀπεστέρηκας τὸν βίον τὰ τόξ' ἑλών.
ἀπόδος, ἱκνοῦμαί σ', ἀπόδος, ἱκετεύω, τέκνον.
πρὸς θεῶν πατρῴων, τὸν βίον μή μἀφέλῃς.
ὤ μοι τάλας. ἀλλ' οὐδὲ προσφωνεῖ μ' ἔτι,
ἀλλ' ὡς μεθήσων μήποθ', ὧδ' ὁρᾷ πάλιν.
ὦ λιμένες, ὦ προβλῆτες, ὦ ξυνουσίαι
θηρῶν ὀρείων, ὦ καταῤῥῶγες πέτραι,
ὑμῖν τάδ', οὐ γὰρ ἄλλον οἶδ' ὅτῳ λέγω,
ἀνακλαίομαι παροῦσι τοῖς εἰωθόσιν,
οἷ' ἔργ' ὁ παῖς μ' ἔδρασεν οὑξ Ἀχιλλέως·
ὀμόσας ἀπάξειν οἴκαδ', ἐς Τροίαν μ' ἄγει·
προθείς τε χεῖρα δεξιάν, τὰ τόξα μου
ἱερὰ λαβὼν τοῦ Ζηνὸς Ἡρακλέους ἔχει,

φέλῃς, i. e. μου ἀφέλῃς, quum optimi libri La, Lb, Lc, et Γ μ' ἀφέλῃς, non μου ἀφέλῃς habeant.

Cfr. Rost. Gr. §. 116. p. 444. Deinde recte tempora illa hic coniuncta esse ex eo apparet, quod priori membro nonnisi male se tractatum a Neoptolemo esse Philoctetes conqueritur, posteriori autem et privatum se dolo armis ab eodem esse, et carere nunc iis dicere vult. Quapropter v. 931. ἀπεστέρηκας, et 949. ἠπάτημαι dixit, quod dicere extrema fabula, quum reddita ei arma essent, non potuisset, sed 940. οἷ' ἔργ' ὁ παῖς μ' ἔδρασεν, quod etiam extrema fabula, ubi reconciliatus Neoptolemo erat, dicere potuisset.

V. 915. τὸν βίον] Cfr. 1126. τὰν ἐμὰν τροφάν. Vid. et Arist. Eccles. 587. Inv. μήδ' ἀφέλῃς μου τὸν βίον.

V. 917. πάλιν] εἰς τοὐπίσω. πάλιν ὁρᾶν, avertere vultum. BRUNCK. Vultum avertit ut nunquam redditurus sagittas.

V. 918. προβλῆτες] Apud Homerum aliquoties plene προβλῆτες ἀκταί. Adiectivum solum aliis quoque elliptice eo sensu usurpatum vide ap. Lamb. Bos. et Schaef. in v. ὄρος. Vid. et infra 1455. BUTTM.

V. 920. Alium non novi, cui dicam, sc. cum spe miserationis ciendae. Nemo enim queritur iis, quos se querimoniis moturum desperat. MUSGR.

V. 921. Schol.: τοῖς εἰωθόσιν· λείπει τὸ κλύειν ἐμοῦ.

V. 922. Male in Buttmanni editione in fine huius versus plena posita interpunctio. Cohaeret enim oratio cum seqq., quibus explicatur, quod dictum erat οἷα. Hinc omissio particulae post ὀμόσας. Vide ad Eur. Bacch. 275. HERM.

V. 925. ἱερὰ Ἡρακλέους significat ἱερὰ ὄντα Ἡρακλέους, quum sint Herculi sacra. HERM. Cfr. Matth. §. 315. 1.; de ἑλὼν ἔχει §. 559. b.

καὶ τοῖσιν Ἀργείοισι φήνασθαι θέλει.
ὡς ἄνδρ' ἑλὼν ἰσχυρὸν ἐκ βίας μ' ἄγει·
κοὐκ οἶδ' ἐναίρων νεκρὸν, ἢ καπνοῦ σκιάν,
εἴδωλον ἄλλως· οὐ γὰρ ἂν σθένοντά γε
εἷλέν μ'· ἐπεὶ οὐδ' ἂν ὧδ' ἔχοντ', εἰ μὴ δόλῳ.
νῦν δ' ἠπάτημαι δύςμορος. τί χρὴ ποιεῖν;
ἀλλ' ἀπόδος· ἀλλὰ νῦν ἔτ' ἐν σαυτῷ γενοῦ.
τί φής; σιωπᾷς. οὐδέν εἰμ' ὁ δύςμορος.
ὦ σχῆμα πέτρας δίπυλον, αὖθις αὖ πάλιν
εἴςειμι πρὸς σὲ ψιλός, οὐκ ἔχων τροφήν·
ἀλλ' αὐανοῦμαι τῷδ' ἐν αὐλίῳ μόνος,

V. 927. Herm. scripsit, ἑλών μ' ἰσχυρὸν ἐκ βίας ἄγει. Utraque scriptura in libris est.

V. 932. ἐν σαυτῷ plurimi codd. habent; pauci ἐν σαυτοῦ,

V. 926. φήνασθαι] Rarior haec aoristi forma media pro φῆναι.

V. 928. Schol.: ἐναίρων νεκρόν· σφάττων νεκρόν· κατὰ τὴν παροιμίαν. Proverbialis locutio. Vide Ant. 1029. Diog. Laert. in Mened. II, 135. Βίωνός τε ἐπιμελῶς κατατρέχοντος τῶν μάντεων, νεκροὺς αὐτὸν ἐπισφάττειν ἔλεγε. BRUNCK. Καπνοῦ σκία itidem est proverbiale dictum; Ant. 1170. τἄλλ' ἐγὼ καπνοῦ σκιᾶς οὐκ ἂν πριαίμην. BUTTM.

V. 929. Vocem ἄλλως, quae idem quod μάτην valet (vid. Ind. ad Plat. Menon.) Attici etiam substantivis addunt eo sensu, quo Homerus adiectivum ἐτώσιος. Itaque ut ille Il. σ, 104. ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης de homine inerte, sic Plat. Theaet. p. 176. d. γῆς ἄλλως ἄχθη. Latine autem verti potest nil nisi. Sic ap. Demosth. ὄχλος ἄλλως, ἄλλως ὕθλον καὶ φλυαρίαν. Vide Vig. p. 378. Ruhnk. ad Tim. p. 199. BUTTM.

V. 929 sq. Sensus verborum hic est: non enim valentem cepisset, qui ne aegrotum quidem cepisset, nisi dolo.

V. 932. Schol.: ἐν σαυτῷ γενοῦ· φρόνιμος ἔσο. De locutione ἐν ἑαυτῷ εἶναι monuit Matth. §. 577. p. 1141.

V. 934. σχῆμα πέτρας] Periphrasis similis illis, quae ad Trach. 908. commemoratae sunt.

Ibid. Suidas: αὖθις· ἐξ ἀρχῆς. πάλιν· ἐκ δευτέρου. ἐκ παραλλήλου τιθέασι καὶ ταῦτα καὶ πάλιν. σημειωτέον δὲ, ὅτι τὸ μὲν αὖθις Ἀττικόν, τὸ δὲ αὖτις Ὁμηρικόν. αὖτις, εἰς τοὐπίσω. αὖθις, χρονικόν. Ὦ σχῆμα — τροφήν. αὖθις αὖ πάλιν· ἐξ ἀρχῆς δὴ πάλιν, ἢ ἐκ δευτέρου δὴ πάλιν.

V. 935. Non est putandum πρὸς σὲ pro εἰς σὲ positum esse; sed quemadmodum Homerus εἰς Ἀχιλῆα dicit ire eum, qui tentorium intrat Achillis, ita Philoctetes venuste πρὸς τὸ αὔλιον se iturum rursus dicit, quod antrum veluti pro homine, quocum conversetur, habet. Cfr. 1084 sqq. 1453.

V. 935. Schol.: τόξων γυμνός· τὴν διὰ τῶν τόξων μοι γινομένην οὐκ ἔχων τροφήν· ἄνευ τροφῆς οὖν, ἀντὶ τοῦ τῶν τόξων.

οὐ πτηνὸν ὄρνιν, οὐδὲ θῆρ' ὀρειβάτην
τόξοις ἐναίρων τοισίδ'· ἀλλ' αὐτὸς τάλας
θανὼν παρέξω δαῖθ' ὑφ' ὧν ἐφερβόμην,
καί μ' οὓς ἐθήρων πρόσθε θηράσουσι νῦν·
φόνον φόνου δὲ ῥύσιον τίσω τάλας
πρὸς τοῦ δοκοῦντος οὐδὲν εἰδέναι κακόν.
ὄλοιο μή πω, πρὶν μάθοιμ', εἰ καὶ πάλιν
γνώμην μετοίσεις· εἰ δὲ μή, θάνοις κακῶς.

ΧΟΡΟΣ.

τί δρῶμεν; ἐν σοὶ καὶ τὸ πλεῖν ἡμᾶς, ἄναξ,
ἤδη 'στὶ, καὶ τοῖς τοῦδε προσχωρεῖν λόγοις.

quod recepit Brunck.

V. 936. Libri αὖ θανοῦμαι. Altera scriptura in Scholiis memorata est.

V. 936. Schol.: αὖ θανοῦμαι· γρ. αὐανοῦμαι, ἀντὶ τοῦ ξηρανθήσομαι. Soph. El. 819. αὐανῶ βίον. Arist. Ran. ὥςτ' ἐπαφαυάνθην γελῶν, risu enectus sum. BRUNCK.

V. 939. θανὼν παρέξω etc.] Recte Hermannus vidit ὑφ' ὧν ἐφερβόμην construendum esse cum θανὼν ita: θανὼν ὑπὸ τούτων, οἷς (vel potius ἃ) ἐφερβόμην, δαῖτα παρέξω αὐτοῖς. De omisso ante ὑφ' ὧν pronomine αὐτοῖς vid. ad v. 139.

V. 940. Hic quidem speciose Brunck. κἄμ', ut non mirer suscepisse id et Buttmannum et Elmsleium ad Med. 1269. Sed indicata iam per pronomen αὐτὸς oppositione, non opus est iterari eam, praesertim quum hic oppositio sit inter οὓς ἐθήρων et θηράσουσι. HERM.

V. 941 sq. Schol.: ῥύσιον τίσω· ἐνέχυρον, ἀμοιβὴν ἐκτίσω. Ὅμηρος· ῥύσι' ἐλαυνόμενος (Il. λ, 673.). Recte hunc versum Brunck. interpretatus est ita: caedisque poenas caede luam miser mea; id est propter occisionem ferarum occidar πρὸς τοῦ δοκοῦντος οὐδὲν εἰδέναι κακόν, ab eo vel potius per eum, qui omnis mali ignarus videbatur. Posuit autem poeta non ὑπό, sed πρός, quia non ab ipso Neoptolemo occidebatur, sed per eum, sagittis ab eo ablatis, quibus privatus vitam servare non poterat. Eadem de causa Luc. D. D. XIV. dixit: τέθνηκε γάρ, εἰπέ μοι, ὁ Ὑάκινθος; — Καὶ μάλα. — Πρὸς τίνος, ὦ Ἄπολλον; Alia exempla attulit Matth. Gr. §. 590. 6. a.

V. 943. Schaeferus post ὄλοιο lineam posuit, signum abruptae corrigendaeque orationis, idemque fecit Trach. 383. Non opus esse hac distinctione iam Reisig. Coni. p. 64. monuit allatis his verbis ex Eur. Med. 82. ὄλοιτο μὲν μή.

V. 945. ἐν σοί] penes te est; Cfr. Matth. Gr. §. 577. p. 1141.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἐμοὶ μὲν οἶκτος δεινὸς ἐμπέπτωκέ τις
τοῦδ' ἀνδρὸς οὐ νῦν πρῶτον, ἀλλὰ καὶ πάλαι.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἐλέησον, ὦ παῖ, πρὸς θεῶν, καὶ μὴ παρῇς
σαυτοῦ βροτοῖς ὄνειδος, ἐκκλέψας ἐμέ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οἴμοι, τί δράσω; μήποτ' ὤφελον λιπεῖν
τὴν Σκῦρον· οὕτω τοῖς παροῦσιν ἄχθομαι.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οὐκ εἶ κακὸς σύ· πρὸς κακῶν δ' ἀνδρῶν μαθὼν
ἔοικας ἥκειν αἰσχρά. νῦν δ' ἄλλοισι δοὺς
οἷς εἰκὸς ἔκπλει, τἀμά μοι μεθεὶς ὅπλα.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί δρῶμεν, ἄνδρες;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ὦ κάκιστ' ἀνδρῶν, τί δρᾷς;
οὐκ εἶ μεθεὶς τὰ τόξα ταῦτ' ἐμοὶ πάλιν;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οἴμοι, τίς ἀνήρ; ἆρ' Ὀδυσσέως κλύω;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ὀδυσσέως, σάφ' ἴσθ', ἐμοῦγ', ὃν εἰςορᾷς.

V. 954. Pro ἄλλοισι δοὺς Wakef., Gernh. et Erf. ἄλλοις σε δοὺς suaserunt; sed codices omnes vulgatam tuentur.

V. 950. De σαυτοῦ ὄνειδος vide ad v. 751., de ἐκκλέψας ad v. 55.

V. 954 sq. Schol.: νῦν δ' ἄλλοισι δούς· νῦν δὲ ἄλλοις δοὺς τὰ κακὰ οἷς εἰκὸς ἔκπλει, τὰ ἐμὰ ἐμοὶ δούς. Immo δούς eodem hic sensu dictum, quo ab Eur. Phoen. 21. ἡδονῇ δούς.

V. 956 sq. Bene Triclinius: μετανοήσας ὁ Νεοπτόλεμος ἤθελε δοῦναι τῷ Φιλοκτήτῃ τὰ ὅπλα αὐτοῦ· ἐλθὼν δὲ ὁ Ὀδυσσεὺς καὶ θεασάμενος αὐτὸν ταῦτά φησιν· οὐκ εἶ κ. τ. λ. Scilicet quum in eo esset Neoptolemus, ut propius accedens ad Philoctetam porrigere ei arcum vellet, repente ex latebra sua prorumpens Ulixes retrocedere eum iubet. HERM. Οὐκ εἶ πάλιν, quin retrocedis. Cfr. Herm. ad Vig. p. 740. et Matth. Gr. §. 498. c. β.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οἴμοι· πέπραμαι, κἀπόλωλ᾽. ὅδ᾽ ἦν ἄρα
ὁ ξυλλαβών με κἀπονοσφίσας ὅπλων.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἐγώ, σάφ᾽ ἴσθ᾽, οὐκ ἄλλος ὁμολογῶ τάδε.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἀπόδος, ἄφες μοι, παῖ, τὰ τόξα.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

τοῦτο μέν,
οὐδ᾽ ἢν θέλῃ, δράσει ποτ᾽· ἀλλὰ καὶ σὲ δεῖ
στείχειν ἅμ᾽ αὐτοῖς, ἢ βίᾳ στελοῦσί σε.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἔμ᾽, ὦ κακῶν κάκιστε καὶ τολμήστατε,
οἵδ᾽ ἐκ βίας ἄξουσιν;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἢν μὴ ῞ρπῃς ἑκών.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ὦ Λημνία χθών, καὶ τὸ παγκρατὲς σέλας
Ἡφαιστότευκτον, ταῦτα δῆτ᾽ ἀνασχετά,
εἴ μ᾽ οὗτος ἐκ τῶν σῶν ἀπάξεται βίᾳ;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ζεύς ἐσθ᾽, ἵν᾽ εἰδῇς, Ζεύς, ὁ τῆσδε γῆς κρατῶν,
Ζεύς, ᾧ δέδοκται ταῦθ᾽· ὑπηρετῶ δ᾽ ἐγώ.

V. 966. Male Brunckius ex aliquot codd. τολμίστατε recepit.

V. 960. Falsa est coniectura Abreschii Animadv. ad Aesch. p. 189. πέπραγμαι. Confer v. 579. et Ant. 1036. BRUNCK. De formula ἦν ἄρα conferri Hermannus Heind. ad Plat. Phaed. p. 54. iubet.

V. 966. De forma τολμήστατε vid. Buttm. Gr. ampl. T. I. p. 267. et Matth. Gr. §. 129. not.

V. 968. Pind. Nem. IV, 101. πῦρ παγκρατές. — De nominativo cum ipso articulo vice vocativi fungente vid. Matth. Gr. §. 312. Brunck. ad Aristoph. Plut. 1099. et illud, σίτθ᾽ ὁ λέπαργος, ap. Theocr. IV, 45. — De Lemnio igne vid. supra ad v. 800. BUTTM.

V. 970. Schol.: ἐκ τῶν σῶν· λείπει κόλπων. Recte de inepta ista ellipsi iudicavit Schaef. ad L. Bos. p. 228. HERM.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ὦ μῖσος, οἷα κἀξανευρίσκεις λέγειν·
θεοὺς προτείνων τοὺς θεοὺς ψευδεῖς τίθης.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

οὐκ· ἀλλ' ἀληθεῖς. ἡ δ' ὁδὸς πορευτέα.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οὔ φημ' ἔγωγε.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

φημί. πειστέον τάδε.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οἴμοι τάλας. ἡμᾶς μὲν ὡς δούλους σαφῶς
πατὴρ ἄρ' ἐξέφυσεν, οὐδ' ἐλευθέρους.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

οὐκ· ἀλλ' ὁμοίους τοῖς ἀρίστοισιν, μεθ' ὧν
Τροίαν σ' ἑλεῖν δεῖ καὶ κατασκάψαι βίᾳ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οὐδέποτέ γ'· οὐδ' ἢν χρῇ με πᾶν παθεῖν κακόν,
ἕως ἂν ᾖ μοι γῆς τόδ' αἰπεινὸν βάθρον.

V. 974. Libri τιθείς, quod Porsono auctore ad Phoen. 5. et Or. 141. cum Hermanno mutavi. Cfr. Matth. §. 210. not.

V. 973. Exspectet quis fortasse λέγων; sed infinitivo utitur, quia audendi significatio in verbo ἐξανευρίσκεις recondita latet. HERM.

V. 978. De οὐδέ vide Matth. Gr. §. 608. p. 1224.

V. 982. Ai. 135. Τελαμώνιε παῖ, τῆς ἀμφιρύτου Σαλαμῖνος ἔχων βάθρον. ibid. 860. ὦ πατρῷον ἑστίας βάθρον. BUTTM.

V. 983. Accusativus κρᾶτα neutrius generis est hic et alibi. Cfr. Matth. Gr. §. 90.

V. 984. Schol.: κρᾶτ' ἐμὸν τόδ' αὐτίκα· πρὸς τῇ πέτρᾳ ἐναιμάξω τὴν κεφαλήν μου, ἄνωθεν πεσὼν ἀπὸ πέτρας. Tales eiusdem nominis repetitiones saepius reperias. Sim. supra v. 296. ἀλλ' ἐν πέτροισι πέτρον ἐκτρίβων. 959. φόνον φόνου δέ. Adde O. R. 100. SCHAEF.

V. 985. De potestate γὲ particulae imperativo iunctae conferri se ad Vig. p. 826. Hermannus iubet. Verum equidem non probo quae ibi a viro summo monita sunt. Immo hoc dicit Ulixes, comprehendite certe eum, id est, hoc certe cavebimus, ne te morti des. De ἐπὶ τῷδε cfr. Matth. Gr. §. 585. α.

V. 986 sq. Male in editt. omnibus comma post νευρᾶς positum, quod ego primus delevi. Hoc enim dicit Philoctetes: o manus, qualia patimini, quae, quum sitis arcu destitutae, comprehensae ab hoc viro teneamini! Itaque post πάσχετε interpunxi.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

τί δ' ἐργασείεις;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

κρᾶτ' ἐμὸν τόδ' αὐτίκα
πέτρᾳ πέτρας ἄνωθεν αἱμάξω πεσών.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ξυλλάβετέ γ' αὐτόν· μὴ 'πὶ τῷδ' ἔστω τάδε.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ὦ χεῖρες, οἷα πάσχετ', ἐν χρείᾳ φίλης
νευρᾶς ὑπ' ἀνδρὸς τοῦδε συνθηρώμεναι.
ὦ μηδὲν ὑγιὲς μηδ' ἐλεύθερον φρονῶν,
οἷός μ' ὑπῆλθες, ὥς μ' ἐθηράσω, λαβὼν
πρόβλημα σαυτοῦ παῖδα τόνδ' ἀγνῶτ' ἐμοί,
ἀνάξιον μὲν σοῦ, κατάξιον δ' ἐμοῦ,
ὃς οὐδὲν ᾔδη πλὴν τὸ προςταχθὲν ποιεῖν,
δῆλος δὲ καὶ νῦν ἐστιν ἀλγεινῶς φέρων
οἷς τ' αὐτὸς ἐξήμαρτεν οἷς τ' ἐγὼ 'παθον.
ἀλλ' ἡ κακὴ σὴ διὰ μυχῶν βλέπουσ' ἀεὶ

V. 989. *οἷός μ'* Tricliniani habent; vett. libri *οἷά μ'*; Porsonus *οἵως μ'* coniecit.

V. 987. Schol.: *συνθηρώμεναι· ἁλοῦσαι καὶ συλλαμβανόμεναι.* Recte monet Buttm. *συνθηρ.* non esse ita intelligendum, quasi vincla iniecta sint, siquidem nec *συνδήσας* v. 1016 eo spectet, et 1054 *ἄφετε* dicat Ulixes, non *λύσατε.* Omninoque indignum hoc fuisset et Philocteta et vero etiam Ulixe. HERM.

V. 988. Cfr. Eur. Andr. 448. *ἑλικτὰ κοὐδὲν ὑγιὲς, ἀλλὰ πᾶν πέριξ φρονοῦντες.*

V. 989. De *ὑπῆλθες* vid. ad O. R. 386. — Verba *λαβὼν πρόβλημα σαυτοῦ* Wakef. *προβάλλων αὐτὸν ἀντὶ σοῦ,* illum protrudens in periculum, interea dum tu latebas, explicat.

V. 993 sq. Verba *ἀλγεινῶς* s. *χαλεπῶς φέρειν* cum dativo iunguntur, quod simplicem notionem dolere, dolore affici multo usu acceperunt. Exempla huius locutionis vid. ap. Matth. Gr. §. 399. c. p. 729 sq.

V. 995. Sic in Ai. 379. Ulixes *ὁ πάνθ' ὁρῶν.* Praeterea comparavit Musgr. Aesch. Suppl. 412 sqq. Philon. Iud. Vol. II. p. 78. *τὸν ἀεὶ βλέποντα καὶ ἐν μυχοῖς τῆς διανοίας.* et Platon. de Rep. VII. p. 695. B. *ἢ οὔπω ἐννενόηκας, τῶν λεγομένων πονηρῶν μὲν σοφῶν δὲ ὡς δριμὺ μὲν βλέπει τὸ ψυχάριον καὶ ὀξέως διορᾷ πάντα ἐφ' ἃ τέτραπται, ὡς οὐ φαύλην ἔχον τὴν ὄψιν, κακίᾳ δ' ἠναγκασμένον ὑπηρετεῖν, ὥςτε ὅσῳ ἂν ὀξύτερον*

ψυχή νιν ἀφυῆ τ' ὄντα κοὐ θέλονθ' ὅμως
εὖ προὐδίδαξεν ἐν κακοῖς εἶναι σοφόν.
καὶ νῦν ἔμ', ὦ δύστηνε, συνδήσας νοεῖς
ἄγειν ἀπ' ἀκτῆς τῆσδ', ἐν ᾗ με προὐβάλου
ἄφιλον, ἔρημον, ἄπολιν, ἐν ζῶσιν νεκρόν.
φεῦ.
ὄλοιο· καί σοι πολλάκις τόδ' εὐξάμην·
ἀλλ' οὐ γὰρ οὐδὲν θεοὶ νέμουσιν ἡδύ μοι,
σὺ μὲν γέγηθας ζῶν, ἐγὼ δ' ἀλγύνομαι
τοῦδ' αὔθ', ὅτι ζῶ σὺν κακοῖς πολλοῖς τάλας,

V. 1006. Fortasse pro *δισσῶν* scribendum cum La, B, U, *Γ* *διπλῶν*. Sic supra v. 793.

V. 1014. Iam Piersonus in Veris. p. 163. pro librorum *βλέπῃ, τοσούτῳ πλείω κακὰ ἐργαζόμενον*; Wakef.: „*διὰ μυχῶν*, ut fera, quae delitescens praedae suae insidiatur."

V. 996. Schol.: *ἀφυῆ τ' ὄντα*: *ἄκακον ἀπὸ φύσεως*, i. e. simplicem, non vafro praeditum ingenio. HERM.

V. 998. *συνδήσας* aut cum exaggeratione dictum pro *συλλαβών*, aut notione futuri exacti positum hoc sensu: et nunc, ubi me vinclis constrinxeris, abducere cogitas. Sic supra 533. *ἴωμεν, ὦ παῖ, προςκύσαντε τὴν ἔσω ἄοικον εἰςοίκησιν.* Similiter Xen. Anab. I, 7, 4. *ὑμῶν δὲ ἀνδρῶν ὄντων καὶ εὐτόλμων γενομένων ἐγὼ ὑμῶν τὸν μὲν οἴκαδε βουλόμενον ἀπιέναι τοῖς οἴκοι ζηλωτὸν ποιήσω ἀπελθεῖν.* Verbo enim finito notione temporis futuri dicto recte participium aoristi notione futuri exacti apponi potest. — *δύστηνος* de scelesto a tragicis dici notum est. Sic Soph. El. 121. *ὦ παῖ, παῖ δυστανοτάτας Ἠλέκτρα ματρός.*

V. 1000. Schol.: *ἐν ζῶσιν νεκρόν*· *ἤτοι ὅτι κοιμώμενον αὐτὸν εἴασεν, ἢ διὰ τὸ πάθος.* Posterior explicatio vera. Hoc enim vult, se etsi spirantem, tamen mortui instar esse. Cfr. 1030. Sic Caecilius ap. Gell. N. A. II, 33. senem facit loquentem: egomet vivo mortuus inter vivos; et chorus in Eurip. Suppl. 969 sq. Matth. *οὔτ' ἐν τοῖς φθιμένοις, οὐ ζωοῖς ἀριθμουμένη.* MATTH. Vid. v. 1030.

V. 1001. Non intellexerunt sensum huius et qui sequuntur versuum qui *καίτοι* pro *καί σοι* scribendum putarunt. Sententia haec est: Utinam perieris; et saepe quidem hoc tibi precatus sum; verum non modo non peris, sed adeo dulcem vitam agis.

V. 1002. Nexus: *ἀλλὰ σὺ μέν, οὐ γὰρ— μοι.* Vid. Schaef. Melett. critt. p. 76. Nihil autem dulce quum sibi a dis tribui ait, non exaudiri preces suas, Ulixi interitum imprecantis, significat.

V. 1003 sq. In verbis *σὺ μὲν γέγηθας ζῶν* quemadmodum participium *ζῶν*, ut saepe, primariam continet notionem, sensusque hic est: tu vivis vitaque gaudes (nam apud tragicos etiam *γέγηθα*, ut apud Hom.,

γελώμενος πρὸς σοῦ τε καὶ τῶν Ἀτρέως
δισσῶν στρατηγῶν, οἷς σὺ ταῦθ' ὑπηρετεῖς.
καίτοι σὺ μὲν κλοπῇ τε κἀνάγκῃ ζυγεὶς
ἔπλεις ἅμ' αὐτοῖς· ἐμὲ δὲ τὸν πανάθλιον
ἑκόντα πλεύσανθ' ἑπτὰ ναυσὶ ναυβάτην,
ἄτιμον ἔβαλον, ὡς σὺ φῄς, κεῖνοι δὲ σέ.
καὶ νῦν τί μ' ἄγετε; τί μ' ἀπάγεσθε; τοῦ χάριν;
ὃς οὐδέν εἰμι, καὶ τέθνηχ' ὑμῖν πάλαι.
πῶς, ὦ θεοῖς ἔχθιστε, νῦν οὐκ εἰμί σοι
χωλός, δυςώδης; πῶς θεοῖς ἔξεσθ' ὁμοῦ

scriptura εὔξεσθ' ἐμοῦ coniecerat ἔξεστ' ἐμοῦ, quod recepi, ἐμοῦ in ὁμοῦ mutato, quod ipsum in Γ pro varia lectione memoratur. Et sic etiam Buttm. scribi voluit.

notione tantum praesentis usurpatur): ita verborum etiam, ὅτι ζῶ σὺν κακοῖς π. τάλας, hanc esse debere sententiam: quod vivo vitamque aerumnosam vivo, ex verbis ἀλγύνομαι τοῦτ' αὐτό patet. Vid. autem de ἀλγύνομαι cum acc. iuncto Matth. Gr. §. 414. De locutione ζῆν σὺν κακοῖς dictum ad v. 268.

V. 1005. γελώμενος etc.] Vid. v. 257 sq. ἀλλ' οἱ μὲν ἐκβαλόντες ἀνοσίως ἐμὲ γελῶσι σῖγ' ἔχοντες. Ridebant autem, quod callido modo Philoctetam exposuerunt. — τῶν Ἀτρέως δισσ. στρ. similiter dictum ut supra 943. τοῦ Ζηνὸς Ἡρακλέους. Neque enim recte post Ἀτρέως distinxeris. HERM.

V. 1006. οἷς σὺ ταῦθ' ὑπηρετεῖς] Vide ad v. 15. et Matth. Gr. §. 471. 13.

V. 1007. Schol.: κλοπῇ· ἀπάτῃ· καὶ Ὅμηρος· κλέπτε νόῳ. ζυγεὶς δέ, ὑποταγείς· ὁ δὲ νοῦς· καίτοι σὺ μὲν ἀναγκασθεὶς στρατεύῃ· προςποιούμενον γὰρ αὐτὸν μαίνεσθαι Παλαμήδης ἐξήλεγξεν. Id narratum fuisse in carminibus Cypriis a Proclo accepimus. Κλοπή fallacia a Palamede inventa intelligitur. HERM. Rem narrant Hygin. 95. Ovid. Met. XIII, 34 sqq. Adde Cic. de off. III, 26, 97.

V. 1009. ἑπτὰ ναυσὶ ναυβάτην] Vid. Hom. Il. β, 718 sq., et de dativo Matth. Gr. §. 405. 2. p. 741.

V. 1010. Non usurpasset, puto, poeta ἔβαλον pro ἐξέβαλον, nisi de exposito Philocteta sermonem esse antecedd. iam 1017 sq. declaratum esset. Schol.: κεῖνοι δὲ σέ· ὡς σὺ φῄς, οἱ Ἀτρεῖδαί με ἐξέβαλον· ὡς δὲ φασὶν ἐκεῖνοι, σύ. Σὺ μέν, φησίν, ἐκείνους αἰτιᾷ· ἐκεῖνοι δὲ σέ.

V. 1011. τί μ' ἄγετε, quod comprehensae manus eius erant, τί μ' ἀπάγεσθε, quid me hinc ad vos abducitis.

V. 1014 sq. Schol.: πῶς θεοῖς· τοῦτο γὰρ προφασισαμένου Ὀδυσσέως, ὅτι θῦσαι οὐκ ἔστι τούτου ἐπιστενάζοντος, ἐξέθηκαν αὐτόν. Qui manifesto id legit, quod Piersonus Veris. p. 163. coniecit, ἔξεστ'. Hermannus tamen vulg. εὔξεσθ' ἐμοῦ πλεύσαντος servavit et cum Vauvilliersio explicavit, gloriabimini, ubi ego navigavero, i. e. Troiam venero. Sed est ea minime apta sententia. De participio πλεύσαντος absolute posito cfr. Matth. Gr. §. 563.

πλεύσαντος αἴθειν ἱερά; πῶς σπένδειν ἔτι;
αὕτη γὰρ ἦν σοι πρόφασις ἐκβαλεῖν ἐμέ.
κακῶς ὄλοισθ'· ὀλεῖσθε δ' ἠδικηκότες
τὸν ἄνδρα τόνδε, θεοῖσιν εἰ δίκης μέλει.
ἔξοιδα δ', ὡς μέλει γ'· ἐπεὶ οὔποτ' ἂν στόλον
ἐπλεύσατ' ἂν τόνδ' οὕνεκ' ἀνδρὸς ἀθλίου,
εἰ μή τι κέντρον θεῖον ἦγ' ὑμᾶς ἐμοῦ.
ἀλλ', ὦ πατρῴα γῆ, θεοί τ' ἐπόψιοι,
τίσασθε, τίσασθ' ἀλλὰ τῷ χρόνῳ ποτὲ
ξύμπαντας αὐτούς, εἴ τι κἄμ' οἰκτείρετε.
ὡς ζῶ μὲν οἰκτρῶς· εἰ δ' ἴδοιμ' ὀλωλότας
τούτους, δοκοῖμ' ἂν τῆς νόσου πεφευγέναι.

ΧΟΡΟΣ.

βαρύς τε, καὶ βαρεῖαν ὁ ξένος φάτιν

V. 1017. ὀλεῖσθε δ' primus Brunck. restituit ex coni.;

V. 1016. πρόφασις — ἐκβαλεῖν] Sic supra 597. θάρσος — δράσειν τάδε. Cfr. Matth. Gr. §. 542. not. b.

V. 1018. τὸν ἄνδρα τόνδε] h. e. ἐμέ. Vid. Heindorf. ad Horat. Sat. I. 9, 47. Cfr. 1375. BUTTM.

V. 1019. ἔξοιδα δ', ὡς μέλει γε] Vim γὲ particulae non recte Herm. ad Vig. p. 826. mihi videtur explicasse. Facit illa, ut hic sit sensus: esse autem revera curae, certo scio. De locutione στόλον ἐπλεύσατε vide Matth. Gr. §. 408. p. 744.

V. 1021. Iungenda verba κέντρον ἐμοῦ. Nam θεῖον κέντρον ἐμοῦ, si sensum spectes, est: divinitus immissum mei desiderium. HERM. De hac θεῖος notione dictum ad v. 192.

V. 1022. Soph. El. 67. ἀλλ', ὦ πατρῴα γῆ, θεοί τ' ἐγχώριοι. Schol.: θεοί τ' ἐπόψιοι· οἱ ἐφορῶντές με δυστυχοῦντα. Rectius Buttm.: ἐπόψιοι, qui omnia vident. Apollon. II, 1124. ἀντόμεθα πρὸς Ζηνὸς ἐποψίου. et 1181. Ζεὺς αὐτὸς τὰ ἕκαστ' ἐπιδέρκεται.

V. 1023. ἀλλά] saltem. Cfr. Herm. ad Vig. p. 811. n. 273. et Elmsl. ad Eur. Heracl. 363. De τῷ χρόνῳ vid. Lob. ad Ai. 305.

V. 1025 sq. Apposite Camer. comparavit Hom. Il. ζ, 284 sq.: εἰ κεῖνόν γε ἴδοιμι κατελθόντ' ἄϊδος εἴσω, φαίην κεν φρέν' ἀτέρπου ὀϊζύος ἐκλελαθέσθαι.

V. 1026. τῆς νόσου πεφευγέναι, mihi quidem ita dictum videtur, ut sit: habere morbi effugium. Innumerabilia enim a Graecis aperte ad istum modum dicta sunt. HERM. Multo simplicius mihi videtur statuere πεφευγέναι, quod liberari significaret, cum genitivo iunctum esse. Simillima attulit Matth. Gr. §. 353. 2. p. 664 sq.

V. 1030. Schol.: εἴ μοι παρείκοι· εἰ καιρὸς ἐπιτρέψειέ μοι. Est is sane horum ver-

τήνδ' εἶπ', Ὀδυσσεῦ, κοὐχ ὑπείκουσαν κακοῖς.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

πόλλ' ἂν λέγειν ἔχοιμι πρὸς τὰ τοῦδ' ἔπη,
εἴ μοι παρείκοι· νῦν δ' ἑνὸς κρατῶ λόγου·
οὗ γὰρ τοιούτων δεῖ, τοιοῦτός εἰμ' ἐγώ·
χὤπου δικαίων κἀγαθῶν ἀνδρῶν κρίσις,
οὐκ ἂν λάβοις μου μᾶλλον οὐδέν' εὐσεβῆ.
νικᾶν γε μέντοι πανταχοῦ χρῄζων ἔφυν,
πλὴν εἰς σέ· νῦν δὲ σοί γ' ἑκὼν ἐκστήσομαι.
ἄφετε γὰρ αὐτόν, μηδὲ προςψαύσητ' ἔτι.
ἐᾶτε μίμνειν. οὐδέ σου προςχρῄζομεν,
τά γ' ὅπλ' ἔχοντες ταῦτ'· ἐπεὶ πάρεστι μὲν
Τεῦκρος παρ' ἡμῖν, τήνδ' ἐπιστήμην ἔχων,

libri ὄλοισθε δ'.

borum sensus, nisi quod non est *καιρός*, sed infinita notio praesentis rei intelligenda. HERM. Verbum impersonale *παρείκει*. Plat. Leg. 5. p. 734. b. *τὸν βουλόμενον ἡδέως ζῆν οὐκέτι παρείκει ἑκόντα γε ἀκολάστως ζῆν.* Symp. p. 187 extr. *καθ' ὅσον παρείκει φυλακτέον ἑκάτερον τὸν ἔρωτα.* BUTTM.

Ibid. Schol.: *νῦν δ' ἑνὸς κρατῶ λόγου· νῦν δὲ σιωπῶ· οἶδα γὰρ τοῦτο ποιεῖν ὅπου δεῖ.* Singulare loquendi genus, quo usus hic Sophocles est, ab aliis aliter explicatum. Mihi non dubium videtur, quin hoc dicere voluerit: nunc autem unius habeo potestatem dicti, i. e. nunc unum tantum vacat dictum tibi dicere. Unum illud dictum enuntiatum v. 1060 sqq.

V. 1031 sq. *οὗ γὰρ τοιούτων δεῖ*] ubi opus est talibus viris, qualem Philoctetes me esse dixit, i. e. callidis, dolosis. Haec enim huius et duorum sequentium versuum sententia est: Contra quos viros dolo utendum est, contra eos dolo utor (Philoctetam significans tantummodo dolo et posse et debere vinci hoc dicit); ubi autem de viris iustis et bonis (qualem negat Philoctetam esse) iudicium faciendum est, neminem me repereris religiosiorem. De *μοὺ* enclitico post comparativum vid. Adv. mea p. 49.

V. 1034. Iungenda verba *ἔφυν χρῄζων νικᾶν*, natura mihi insitum est desiderium vincendi.

V. 1035. O. R. 370. *ἀλλ' ἔστι, πλὴν σοί· σοὶ δὲ τοῦτ' οὐκ ἔστ'.* Xen. Anab. I, 8, 6. *πλὴν Κύρου· Κῦρος δὲ* etc.

V. 1038 sq. *πάρεστι παρ' ἡμῖν*] Vid. de hoc pleonasmo Advers. mea p. 55 sq. Adde Soph. El. 296. O. R. 469. 820. De *μὲν* — *τε* vide Matth. Gr. §. 622. p. 1264.

V. 1039. Teucri ars sagittandi Homero celebratissima;

ἐγώ θ', ὃς οἶμαι σοῦ κάκιον οὐδὲν ἂν
τούτων κρατύνειν, μηδ' ἐπιθύνειν χερί.
τί δῆτα σοῦ δεῖ; χαῖρε τὴν Λῆμνον πατῶν.
ἡμεῖς δ' ἴωμεν. καὶ τάχ' ἂν τὸ σὸν γέρας
τιμὴν ἐμοὶ νείμειεν, ἥν σ' ἐχρῆν ἔχειν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οἴ μοι· τί δράσω δύσμορος; σὺ τοῖς ἐμοῖς
ὅπλοισι κοσμηθεὶς ἐν Ἀργείοις φανεῖ;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

μή μ' ἀντιφώνει μηδέν, ὡς στείχοντα δή.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ὦ σπέρμ' Ἀχιλλέως, οὐδὲ σοῦ φωνῆς ἔτι
γενήσομαι προσφθεγκτός, ἀλλ' οὕτως ἄπει;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

χώρει σύ· μὴ πρόσλευσσε, γενναῖός περ ὤν,

V. 1053. Scripsi cum Erf. ad Ai. 190. ed. mai. λειφθήσομαι δή, pro vulg. scriptura λειφθήσομ' ἤδη, quum δὴ saepissime a librariis in ἤδη mutatum sit. Cfr. Matth. Gr. §. 15. p. 110.

quare Aiac. 1120, sed cum contemptu, vocatur ὁ τοξότης. Idem tamen Od. θ, 219. soli Philoctetae hac arte se cedere ait. GED.

V. 1040. Quum dixisset ἐπεὶ π. μὲν Τεῦκρος, sequi debebat πάρειμι δὲ ἐγώ. Sed dicit ἐγώ τε, modestius, ut si supra non posuisset μέν, sed Teucrum κατ' ἐξοχὴν nominasset. HERM.

V. 1041. Tacent interpp. de verbis μηδ' ἐπιθύνειν χερί, in quibus quis non οὐδέ potius quam μηδέ exspectet, quum praegresso οὐδὲ particula μὴ non repetitionem eius negationis, sed oppositam ei aliam negationem indicare soleat, ut si his verbis diceretur: et non aberrare a scopo. Itaque sic est illud μὴ accipiendum, ut dubitanter negando affirmet: qui mihi videor neque tractaturus haec arma esse imperitius, neque hercle iis collineaturus. Vide ad v. 715. HERM.

V. 1042. πατεῖν γαῖαν pro versari in terra similiter dixit Theocr. Id. XVIII, 20. MATTH.

V. 1047. De ὡς cum participio iuncto vide Matth. Gr.

ἡμῶν ὅπως μὴ τὴν τύχην διαφθερεῖς.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἦ καὶ πρὸς ὑμῶν ὧδ' ἔρημος, ὦ ξένοι,
λειφθήσομαι δή, κοὐκ ἐποικτερεῖτέ με;

ΧΟΡΟΣ.

ὅδ' ἐστὶν ἡμῶν ναυκράτωρ ὁ παῖς· ὅσ' ἂν
οὗτος λέγῃ σοι, ταῦτά σοι χἠμεῖς φαμέν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἀκούσομαι μὲν ὡς ἔφυν οἴκτου πλέως
πρὸς τοῦδ'· ὅμως δὲ μείνατ', εἰ τούτῳ δοκεῖ,
χρόνον τοσοῦτον, εἰς ὅσον τά τ' ἐκ νεὼς
στείλωσι ναῦται, καὶ θεοῖς εὐξώμεθα.
χοὖτος τάχ' ἂν φρόνησιν ἐν τούτῳ λάβοι
λῴω τιν' ἡμῖν. νὼ μὲν οὖν ὁρμώμεθα·
ὑμεῖς δ', ὅταν καλῶμεν, ὁρμᾶσθαι ταχεῖς.

V. 1061. Pro vulgari *ὁρμώμεθον* scripsi ex *Γ* secundum Elmsleii auctoritatem ad Arist. Ach. 733. p. 127. et in Museo crit. VI. p. 294. *ὁρμώμεθα.*

§. 568. 1. Rost. §. 130. not. 8.

V. 1049. Schol.: *προςφθεγκτός· προςφωνηθῆναι ἄξιος.* De genitivo ex hoc nom. pendente vid. Schaef. Melett. critt. p. 137. Matth. Gr. §. 345.

V. 1050. Vox *γενναῖος* e latiori suo significatu saepe misericordiae potissimum notionem induit. Vide supra v. 799. 991. O. R. 1510. BUTTM.

V. 1056. Schol.: *τὸ ἑξῆς· ἀκούσομαι πρὸς τοῦδε, ὡς εἰμὶ οἴκτου μεστός· οἷον, καταγνωσθήσομαι ὡς ἥττων οἴκτου.* De *πρὸς* praep. vi vide ad v. 960.

V. 1057. *εἰ τούτῳ δοκεῖ*] Philoctetae, si non adducitur, ut abeat nobiscum. HERM.

V. 1058. Schol.: *τά τ' ἐκ νεώς· τὰ ἐπὶ τῆς νεώς.* Recte vidit Matthaei *στέλλειν τὰ ἐκ νεώς* esse, parare ea, quae e navi in terram asportata nunc rursum ei imponenda sint; apteque affert Matth. Gr. §. 596. HERM.

V. 1062. Schol.: *ὁρμᾶσθαι ταχεῖς· λείπει γίνεσθε.* Immo *ὁρμᾶσθαι ταχεῖς* eodem modo dictum quo supra 526. *ὁρμάσθω ταχύς* et 1223. *ἕρπεις ταχύς*, nisi quod hic infinitivus pro imperativo positus est.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

(στροφὴ α'.)

Ὦ κοίλας πέτρας γύαλον
θερμὸν καὶ παγετῶδες, ὥς σ'
οὐκ ἔμελλον ἄρ', ὦ τάλας,
λείψειν οὐδέποτ', ἀλλά μοι
καὶ θνήσκοντι συνοίσει.

V. 1064. Omisi cum Hermanno τὲ copulam, quae post θερμόν in codd. omnibus additur.

V. 1071. Male Brunck. ex uno codice τί ποτ' ἂν scripsit. In basi autem anapaestica, cui v. 1090. meae ed. respondet basis iambica, eo minus offensionis mihi videtur esse, quo magis τί ποτε pronuntiatione in vocem bisyllabam coaluisse ex Homerico τίπτε apparet. Cfr. etiam Herm. Elem. doctr. metr. p. 538.

V. 1064. Ad hunc versum spectat hoc in Bekkeri Anecd. p. 58, 15. παγετῶδες, καὶ ψυχρόν. HERM. Cur autem cavum illud petrae habitaculum θερμὸν et ψυχρὸν dicatur, explicitum a poeta v. 17 sq. est. Κοίλας πέτρας γύαλον comparare licet cum Virg. Aen. II, 53. Insonuere *cavae* sonitumque dedere *cavernae*.

V. 1067. Schol.: ἀλλά μοι καὶ θνήσκοντι συνοίσει· ἀντὶ τοῦ, καὶ ἀπολλυμένῳ μοι σύμφορον ἔσῃ καὶ ὠφέλιμον, καὶ δέξῃ με ἀποθανόντα. Ἢ οὕτω· σὺν ἐμοὶ ἔσῃ καὶ ὄψει με ἀποθανόντα. ὑπερβολικῶς· οἷον, καὶ μετὰ θάνατον συνελεύσῃ μοι, καὶ οὐ καταλείψεις με. Elmsleius ad Eur. Heraclid. 919. et Med. 1321. et Dobraeus in Aristoph. p. (30.) b. legendum συνείσει, conscium eris, contendunt. Schaefer. ad Theocr. epigr. VII, 2. tuetur vulgatum explicatque cum Schol. σὺν ἐμοὶ ἔσῃ, et θνήσκοντι pro θανόντι positum putat. Ei accedit Buttm., adiiciens: „Philoctetes ipsum locum, in quo degit, tanquam sodalem alloquitur: tu mihi etiam morienti aderis. Quod non magis insolens videtur quam infra 1453. μέλαθρον ξύμφρουρον ἐμοί.“ De antro tanquam de homine loquitur etiam 953., quem vide. Hermannus et θνήσκοντι pro θανόντι accipi et συνοίσει posse σὺν ἐμοὶ ἔσῃ significare negat, sensumque hunc putat esse: etiam morienti mihi convenies, quod sit, aptum eris atque idoneum. Illud vehementer miror, qui Hermannus negare potuerit, θνήσκοντι de mortuo accipi posse, quum ipse Soph. El. 113. τοὺς ἀδίκως θνήσκοντας recte interpretatus sit iniuste peremptos. Sic manifesto θνήσκουσι O. R. 118. est mortui sunt. [Vid. Not. cr. ad Anth. Palat. p. 265.]. Omnino non pauca sunt verba, quorum praesens maxime a tragicis nunc notione temporis praesentis, nunc perfecti absoluti usurpatur. Ita φονεύειν valet et interficere et interfectorem esse, O. R. 716., συμπίπτειν ibid. 113. coll. Hom. Il. κ, 200., τίκτειν, parere et parentem esse, Eur. Ion. 356. 1560. Nec video, quo iure negari possit συμφέρεσθαι conversari cum aliquo, esse cum aliquo significare. Sed ut incertum sit, num scripserit Sophocles συνοίσει, et, si scripsit, quo significatu posuerit,

οἴμοι μοί μοι.
ὦ πληρέστατον αὔλιον
λύπας τᾶς ἀπ' ἐμοῦ τάλαν,
τί ποτ' αὖ μοι τὸ κατ' ἦμαρ
ἔσται; τοῦ ποτε τεύξομαι
σιτονόμου μέλεος πόθεν ἐλπίδος;
εἴθ' αἰθέρος ἄνω

V. 1073. Ante **Hermannum** male post *μέλεος* interrogandi signum ponebatur.

V. 1074 sqq. Locus corruptus est; de **Hermanni** mutatione dixi in annotatione exegetica; **Matthiae** Gr. §. 517. p. 991. not. coniecit: *ἔτ' αἰθέρος ἄνω — ἐλῶσί* (i. e. *ἐλάσουσι*) *με*; quae mihi non satis apta sententia videtur.

illud profecto certissimum, nec *συνείσει* scriptum fuisse, nec *συνοίσει* eo potuisse sensu poni, quo accepit Hermannus, a sententia huius loci alienissimo. Ea enim postulat, ut simpliciter hoc dicat Philoctetes: **itaque et vivus et mortuus apud te, antrum, manebo.**

V. 1069 sq. *πληρέστατον αὔλιον λύπας*] i. e. **antrum plenum gemitus**, dolore extorti. Cfr. 936—939.

V. 1071. **Schol.**: *τί ποτ' αὖ μοι τὸ κατ' ἦμαρ· τί ἄρα τρόφιμόν μοι καθ' ἡμέραν ἔσται;* — *τί ποτε*, **quid tandem.** Sic **Soph.** El. 823. *ποῦ ποτε*, **ubi tandem**, et ibid. 930. — *τὸ κατ' ἦμαρ*, **victus quotidianus.** Plenius **Soph.** O. C. 1364. *τὸν καθ' ἡμέραν βίον.* Alio sensu *τὸ κατ' ἦμαρ* **Eur.** El. 145. 183. dixit.

V. 1072 sq. **Schol.**: *σιτονόμου· σῖτον νέμοντος, τροφέως. πόθεν ἐλπίδος· ἀπὸ ποίας ἐλπίδος;* Docte hoc: **qua spe**; et nescio an rectius, quam si quis construat *πόθεν τεύξομαι ἐλπίδος.* Sed non dubium, quin *σιτονόμου ἐλπίδος* coniungi debeant. Duae in unam coniunctae sunt interrogationes; de quo genere dicendi vid. ad Antig. 2. HERM. Primum insolens haec locutio *ἐλπὶς σιτονόμος* est, quae non defenditur locutione, qua usus **Eurip.** Hec. 362. est, *ἀνάγκην σιτοποιόν*, i. e. *ἀνάγκην τοῦ σιτοποιεῖν.* Deinde nunquam ita duae interrogationes in unam coniunctae reperiuntur, quemadmodum hic factum statuitur, verbis, quae cohaerere putantur, *σιτονόμου ἐλπίδος* voce *πόθεν* inaudito modo a se invicem distractis. Immo vera Scholiastae interpretatio est, ita ut sensus sit: **quem tandem miser ego nutritorem me nacturum esse sperare possum?** De hoc autem verbi *τυχεῖν τινός τινος* usu dictum ad v. 320 est.

V. 1074 sq. **Schol.**: *εἴθ' αἰθέρος ἄνω· τὸ ἑξῆς· εἴθε αἰθέρος ἄνω ἕλωσί με ὀξύτονοι δρομάδες διὰ πνεύματος· τινὲς δὲ οὕτως· μετὰ ὀξυτόνου πνεύματος ἕλωσί με· ὀξύτονον δὲ λέγει πνεῦμα ἀπὸ τοῦ ὀξυτόνως βοᾶν.* Locus corruptus est; cfr. **Matth.** Gr. §. 517. not. 6. p. 991.; neque quomodo emendandus sit scio. Hoc video, non posse probari **Hermanni** correctionem interpretationemque, qui pro *εἴθ'* scripsit *ἴθ'*, et *ἕλωσι* pro coniunctivo deliberativo habuit,

πτωκάδες ὀξυτόνου διὰ πνεύματος
ἕλωσί μ'· οὐ γὰρ ἔτ' ἴσχω.

ΧΟΡΟΣ.

(στροφὴ β'.)

σύ τοι, σύ τοι κατηξίωσας,
ὦ βαρύποτμ', οὐκ ἄλλοθεν
ἔχει τύχᾳ τᾷδ' ἀπὸ μείζονος,
εὖτέ γε παρὸν φρονῆσαι,
τοῦ λῴονος δαίμονος εἵλου τὸ κάκιον ἐλθεῖν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

(ἀντιστροφὴ α'.)

ὦ τλάμων, τλάμων ἄρ' ἐγὼ

V. 1075. Brunckius πλωάδες scripsit, invitis libris.

V. 1076. Hic quoque versus, ut apparet ex strophico, qui sanissimus est, mendo affectus est, quod sustulisse se putat Hermannus scribendo οὐκ ἔτ' ἴσχω. Ego tantum cum Brunckio ἰσχύω, quod libri omnes habent, in ἴσχω mutavi. Fortasse Sophocles οὐδ' ἔτ' ἴσχω scripsit; cfr. El. 187.

V. 1078 sq. Hermannus ex coni. haec ita scripsit: ὦ βαρύποτμε, κοὐκ ἄλλοθεν, ἀλλ' ἐνέχει τύχᾳ ὧδ' ἀπὸ μείζονος, hac addita interpretatione: tu haec ipse tibi contra- ita ut ἴθι ἕλωσί με πτωκάδες pro ἴθι αἱρεθῶ ὑπὸ πτωκάδων dictum putaret, sensumque hunc statueret esse: age, per altum aetherem fugaces stridentibus auris aves me capiant. Nam coniunctivi illius deliberativi, cuius exempla ex tragicis ab Elmsleio ad Heracl. 559. et ad Med. 1242. allata sunt, longe est alia vis et usus. Recte vero Hermannus πτωκάδες de avibus, quo genere nihil fugacius sit, iure usurpari potuisse contendit, et ὀξύτονον πνεῦμα de stridore per auras ruentium dictum esse monuit, comparans Ai. 630. ὀξύτονοι ᾠδαί, et El. 244. ὀξύτονοι γόοι. Verum αἰθέρος ἄνω debebat potius sursum in aetherem interpretari.

V. 1076. Cfr. Soph. El. 186. ἀλλ' ἐμὲ μὲν ὁ πολὺς ἀπολέλοιπεν ἤδη βίοτος ἀνέλπιστος, οὐδ' ἔτ' ἀρκῶ.

V. 1077 sq. Schol.: σύ τοι, σύ τοι κατηξίωσας· σὺ σαυτῷ περιεποίησας τὴν νόσον· σὺ σαυτῷ τούτων πρόξενος γέγονας, ὦ δυστυχέστατε· σὺ σαυτῷ κατηξίωσας, καὶ οὐκ ἀπό τινος ταύτῃ τῇ τύχῃ ἐνέχῃ ἀπὸ μείζονος σοῦ· διὸ μηδένα ἄλλον αἰτιῶ, ἀλλὰ σαυτόν· ἐξῆν γάρ σοι ἀκολουθήσαντι τὰ κακὰ διαφυγεῖν. Recte Schol. vidit verbis ἀπὸ μείζονος accuratiorem adverbii ἄλλοθεν explicationem contineri.

V. 1080. εὖτέ γε] quoniam quidem. Sic Ai. 716. — παρὸν φρονῆσαι, quum tibi liceret sapere, i. e. meliora eligere. Cfr. Matth. Gr. §. 564. Herm. ad Vig. p. 769.

V. 1081. Schol.: τοῦ λῴονος δαίμονος· τοῦ συμφέροντος. λείπει ἢ ἀντί. Male;

καὶ μόχθῳ λωβατός, ὃς ἤ-
δη μετ' οὐδενὸς ὕστερον
ἀνδρῶν εἰςοπίσω τάλας
ναίων ἐνθάδ' ὀλοῦμαι,
αἰαῖ, αἰαῖ,
οὐ φορβὰν ἔτι προςφέρων,
οὐ πτανῶν ἀπ' ἐμῶν ὅπλων
κραταιαῖς μετὰ χερσὶν
ἴσχων· ἀλλά μοι ἄσκοπα
κρυπτά τ' ἔπη δολερᾶς ὑπέδυ φρενός·
ἰδοίμαν δέ νιν,
τὸν τάδε μησάμενον, τὸν ἴσον χρόνον
ἐμὰς λαχόντ' ἀνίας.

xisti, miser; non per alium, sed per maiorem quempiam his malis teneris, i. e. per deum. At qui tandem Philoctetes in uno eodemque orationis membro et sibi ipse mala illa contraxisse et per deum in mala illa incidisse dici potuit? Ex quo alienissimam apparet *ἀλλά* particulam esse, quam Herm. addidit.

V. 1081. Pro *ἑλεῖν*, quod metro adversatur, cum Gernhardo *ἐλθεῖν* scripsi. Languidum est quod Herm. posuit *αἰνεῖν*.

genitivus pendet a *μᾶλλον*, quod verbo *εἵλου* inest. Sensus hic est: *μᾶλλον τὸ κάκιον ἢ τὸν λώονα δαίμονα ἐβούλου ἑλεῖν*. De hac in comparatione loquendi brevitate vid. Herm. ad Vig. p. 717. Matth. Gr. §. 454. De *εἵλου ἑλεῖν* monuit Lobeck. ad Ai. 306. p. 267. Verum metro falsum *ἑλεῖν* esse docemur.

V. 1083. Schol.: *ὃς ἤδη μετ' οὐδενός· τὸ ἑξῆς· ὃς ἤδη ἐνθάδε ὀλοῦμαι, μετ' οὐδενὸς ὕστερον ἀνδρὸς εἰςοπίσω τάλας ναίων· ὁ δὲ νοῦς· ἄρα ἐγὼ δύστηνος ἐνταῦθα ἀπολοῦμαι ἀνθρώπων κεχωρισμένος;*

V. 1088. Schol.: *οὐ φορβὰν ἔτι προςφέρων· ἀντὶ τοῦ προςφερόμενος· ἐνίοτε δὲ ἔμπαλιν φησὶ διακονούμενος ἀντὶ τοῦ διακονῶν, καὶ στιβαδοποιούμενος ἀντὶ τοῦ στιβαδοποιῶν.* Cfr. Lobeck. ad Ai. 129.

V. 1090 sq. Male Brunck. ad *κρατ. μετὰ χερσὶν* intelligi *ὄντων* iubet. *Μετὰ χερσὶν* est in manibus. Cfr. Matth. Gr. §. 587. b. Ad *ἴσχων* repetendum *φορβάν*.

V. 1091 sq. Schol.: *ἀλλά μοι ἄσκοπα· ἀπροςδόκητα, δόλια, ἃ οὐκ ἔστι προσκέψασθαι. γρ. δὲ καὶ ἄψοφα, ἀπὸ τοῦ μὴ ψοφεῖν, ἀντὶ τοῦ λαθραῖα. Ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν κολυμβώντων. Κρυπτὰ δὲ ἔπη φησὶ τὰ τοῦ Ὀδυσσέως. Εἰς τὸ αὐτό· ἀλλά μοι τὰ ἀφανῆ καὶ κρυπτὰ δολίας φρενὸς ὑπέδυ με· τὸ δὲ ἑξῆς· ἀλλά μοι ὑπέδυ ἄσκοπα κρυπτά τε ἔπη δολερᾶς φρενός.* Male Scholiastes *μὲ* supplet. Nec debebat Buttmannum locutio *ὑπέδυ μοι* offendere. Cfr. Trach. 298. *ἐμοὶ γὰρ οἶκτος δεινὸς εἰςέβη.* Vide Matth. Gr. §. 402. c.

ΧΟΡΟΣ.

(ἀντιστροφὴ β'.)

πότμος, πότμος σε δαιμόνων τάδ',
οὐδέ σε δόλος γ' ἔσχ' ὑπὸ
χειρὸς ἐμᾶς. στυγερὰν ἔχε
δύςποτμον ἀρὰν ἐπ' ἄλλοις·
καὶ γὰρ ἐμοὶ τοῦτο μέλει, μὴ φιλότητ'
ἀπώσῃ.

V. 1096. πότμος, quod libri semel tantum habent, cum Erf. et Hermanno bis posui.

V. 1097. Ex coni. scripsi οὐδέ σε δόλος γ', quum in codd. et editt. omnibus esset οὐδὲ σέ γε δόλος.

V. 1096 sq. Schol.: πότμος σε δαιμόνων· λείπει ἡ ἐξ· ἐκ θεῶν γὰρ τύχη τις τοῦτο κεκλήρωκεν, καὶ οὐχ ὑπ' ἐμοῦ δεδόλωσαι· κατὰ κοινοῦ τὸ ἔσχεν. Τὸ δὲ ἑξῆς· πότμος σε δαιμόνων τάδ' ἔσχεν· οὐδέ σε δόλος ἔσχεν ὑπὸ χειρὸς ἐμᾶς· ὁ δὲ νοῦς· παῦσαι τῶν καταρῶν τούτων, μὴ διὰ τούτων κτήσῃ ἡμᾶς ἐχθρούς· θεὸς γὰρ τῆς δυστυχίας ταύτης παραίτιος, οὐχ ἡμεῖς γεγόναμεν, οὔτε δόλῳ ὑπειςελθόντες, οὔτ' ἄλλῳ τινὶ πράγματι. Male Scholiastes ἐξ praepositionem supplet; πότμος δαιμόνων est θεία μοῖρα. Sim. Virg. Aen. II, 257. fatisque deum defensus iniquis — laxat claustra Sinon. Cfr. Matth. Gr. §. 375. c. Ceterum praegnanter dictum πότμος δαιμόνων σε τάδε ἔσχε, significans: fatum deorum te tenuit et haec ut patereris effecit. Simillime Aesch. Pers. 747., cuius loci sensum non perspexerunt editores: πῶς τάδ' οὐ νόσος φρενῶν εἶχε παῖδ' ἐμόν; i. e. nonne animi morbus filium meum tenuit et haec ut faceret effecit?

V. 1097. Σέ γε, quod ante me scribebatur, Buttmannus monet esse formam loquendi epicam, qua in sermone bimembri pronomen subiecti vel obiecti communis in posteriori membro superfluum quidem, sed cum ἤθει ponatur, addita plerumque particula γέ: et affert Hom. Il. ε, 184. ὅγ' ἀνήρ. γ, 409. ἢ ὅγε. Theocr. V, 69. τὺ δὲ — τύγα τοῦτον. Il. κ, 235. μηδὲ σύγε — σὺ δὲ. Vellem autem ex tragicorum scriptis unum attulisset locum, qui ad hoc referri loquendi genus posset. Verum non potuit afferri, quum tragici ab usu illo loquendi prorsus abstinuerint. Neque ex hoc loco, quem mendo affectum esse metrum ostendit, quod cum strophico non congruit, quicquam probari potest. Immo a tragicis neque pronomen ὀρθοτονούμενον unquam positum, nec addita ei γὲ particula reperitur, nisi ubi aliqua vis est pronominis, quae qualis esset saepe sane viris doctis non perspectum est. Cfr. huius fab. 339. σοί γε. 524. σοῦ γε. 658. σοί γε. 674. σέ γε (667. meae edit., ubi vide quae ann.). 904. σύ γε. 1043. σοί γε. Ai. 1124. σοί γε. 1269. σοῦ γε (1247. ed. Herm., qui quae falso in priore edit. de γὲ part. annotaverat, a me monitus in posteriore tacite correxit.). Electr.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

(στροφὴ γ'.)

οἴμοι μοι· καί που πολιᾶς
πόντου θινὸς ἐφήμενος,
γελᾷ μου, χερὶ πάλλων
τὰν ἐμὰν μελέου τροφάν,
τὰν οὐδείς ποτ' ἐβάστασεν.
ὦ τόξον φίλον, ὦ φίλων

V. 1098. Corruptum hunc versum esse metro docemur.

V. 1099. Male adhuc ἀγὰν bis ponebatur; recte Dindorf. ex Γ alterum delevit.

394. σύ γε. 520. ἐμοῦ γε. 631. σοί γε. 1029. ἐμοῦ γε. 1146. σύ γε. O. R. 565. ἐμοῦ γε. 685. ἐμοί γε. 931. σύ γε. 1046. ὑμεῖς γε. 1091. σέ γε. 1101. σέ γε (qui talis sis). 1446. σοί γε. Hoc autem loco, ubi oppositio est inter verba πότμος et δόλος et δαιμόνων et ὑπὸ χειρὸς ἐμᾶς, nullam pronominis vim esse posse nemo non sponte intelligit. Neque γὲ particulae vim ad οὐδὲ pertinere statui potest; de qua inepta nonnullorum hominum sententia, vim huius particulae ad aliud nonnunquam vocabulum spectare quam ad id, quod accentum eius recipiat, opinantium, satis dictum a me est in censura Oed. Col. ab Elmsleio edit. Ephem. litt. Lips. a. 1824. n. 152. 153. p. 1219 sq. inserta.

V. 1097 sq. ἔσχ' ὑπὸ χειρὸς ἐμᾶς dictum propter membrum oppositum pro eo, quod exspectaveris, οὐδὲ ἰσχέθης δόλῳ ὑπὸ χειρὸς ἐμᾶς. Monuit iam Buttm. provocans ad Gramm. Gr. §. 134. p. 551.

V. 1098 sq. De ἔχε conf. Hom. Il. ε, 829. ἀλλ' ἄγ', ἐπ' Ἄρηϊ πρώτῳ ἔχε μώνυχας ἵππους. Verba ἐπ' ἄλλοις per euphemismum dicta pro ἐπὶ δαίμοσιν.

V. 1100. Recte Schol.: παῦσαι τῶν καταρῶν τούτων, ὦ Φιλοκτῆτα, μὴ διὰ τούτων κτήσῃ ἡμᾶς ἐχθρούς. Fieri enim non potuit, quin Philoctetes chori etiam, qui Ulixis causam ageret, ab se animum diris, quibus virum illum exsecrabatur, abalienaret.

V. 1101 sq. Nota πολιᾶς πόντου θινός, quod dici debebat πολιοῦ πόντου θινός, ut apud Hom. Il. α, 349. θῖν' ἐφ' ἁλὸς πολιῆς. Ita solent tragici epitheta nominibus non suis applicare, dummodo notiones quibus opus est in tota verborum complexione adsint. Vide Eur. Herc. f. 396. et Lobeck. ad Ai. 7. HERM.

V. 1103. γελᾷ μου] pro καταγελᾷ μου. Simplex pro composito. Alibi occurrit γελᾶν τινι, pro ἐγγελᾶν. Exempla vide in nota ad Arist. Equit. 696. BRUNCK.

V. 1104. De genitivo μελέου vide Matth. Gr. §. 466. 1.; τροφάν, i. e. τόξα. Vide v. 931. 933.

V. 1106. De collocatione verborum ὦ τόξον φίλον vide Matth. Gr. §. 277. p. 564.

χειρῶν ἐκβεβιασμένον,
ἦ που ἐλεινὸν ὁρᾷς, φρένας εἴ τινας
ἔχεις, τὸν Ἡράκλειον
ἄθλιον ὧδέ σοι
οὐκ ἔτι χρησόμενον τὸ μεθύστερον·
ἀλλ' ἐν μεταλλαγᾷ
πολυμηχάνου ἀνδρὸς ἐρέσσει,
ὁρῶν μὲν αἰσχρὰς ἀπάτας,

V. 1108. *ἐλεινόν*, pro quo libri *ἐλεεινὸν* habent, primus restituit Brunckius. Vide Pors. praef. ad Hec. p. 7 sq.

V. 1109. Brunck. cum Triclinianis *ἴσχεις*: qua mutatione non opus est.

V. 1110. *ἄθλιον*, quod Brunck. restituit, membranae eius et cod. Harleianus habent, habuitque is codex, quo usus Scholiastes est. Ceteri libri *ἆθλον* habent, quod recepit Hermannus, qui praeterea ita hunc locum refinxit: *ἆθλον ἔμ' ὧδέ σοι* etc. At Graecum hoc loquendi genus esse nemini profecto unquam persuadebit Hermannus, qui vellem, ut cetera omittam, hoc unum

V. 1108. Recte Hermannus: *ἐλεινὸν* non est adverbium, sed adiectivum, arcus misericors, ut *ἐλεινῶς* 870. Male Matth. Gr. §. 409. 2. hunc locum explicavit.

V. 1109 sqq. Schol.: *τὸν Ἡράκλειον ἄθλιον· ἀντὶ τοῦ ἐμέ, τὸν τοῦ Ἡρακλέους διάδοχον· ἢ ἐμέ, τὸν ἐπὶ τῷ Ἡρακλεῖ ἄθλον ποιήσαντα τὴν πυράν, καὶ ὑφάψαντα αὐτήν. Ἑαυτὸν φησί.* Recte Philoctetes, qui minister et socius fuisse Herculis putaretur, dici *ὁ Ἡράκλειος* potuit eodem iure, quo Xenophon An. III, 2, 17. *τοὺς Κυρείους* dixit, qui sub Cyro stipendia meruerant. Verbum *ἄθλιον* iungendum cum *ὧδε*, sensusque hic est: o dilecte arcus, profecto cum misericordia, si quis tibi sensus inest, vides socium Herculis tam miserum esse (i. e. tam misere deceptum esse), neque iam te usurum in posterum esse. Cfr. Philostr. Iun. in Icon. p. 889. ed. Olear.: *θεράπων δὴ γενέσθαι τῷ Ἡρακλεῖ ὁ Φιλοκτήτης ἐκ νηπίου, ὅτε καὶ φορεὺς εἶναί οἱ τῶν τόξων, ἃ δὴ καὶ ὕστερον μισθῷ λαβεῖν παρ' αὐτοῦ τῆς εἰς τὴν πυρὰν ὑπουργίας.* Vide Argum. p. 4 sq.

V. 1112. Genitivus *ἀνδρὸς* pendet ab *μεταλλαγᾷ*, totiusque loci hic est sensus: in mutata possessione, i. e. in alius possessione viri vafri gestaris. Et tenendum *ἐν μετ. ἀνδρὸς ἐρέσσει* eodem modo dictum esse, quo supra v. 139 sq. *παρ' ὅτῳ τὸ θεῖον Διὸς σκῆπτρον ἀνάσσεται*, ad quem locum vide quae monui. Schol.: *ἐρέσσῃ· στρέφῃ· ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἐρεσσόντων.*

V. 1114. *ὁρῶν μὲν αἰσχρὰς ἀπάτας*] Ad Ulixem haec, non ad Neoptolemum, ut Hermannus iudicat, pertinere primum ex eo apparet, quod Philoctetes in toto hoc carmine, quod post Ulixis et Neoptolemi discessum canit, de Ulixe tantum conqueritur et conqueri debebat, ut cuius solius vi et iniuria armis suis, quae Neoptolemus iam red-

στυγνόν τε φῶτ' ἐχθοδοπὸν,
μυρί' ἀπ' αἰσχρῶν ἀνατέλλονθ', ὅσ' ἐφ' ἡμῖν
κάκ' ἐμήσατ' . . . .

ΧΟΡΟΣ.

(στροφὴ δ'.)

ἀνδρός τοι τὸ μὲν εὖ δίκαιον εἰπεῖν·
εἰπόντος δὲ μὴ φθονερὰν
ἐξῶσαι γλώσσας ὀδύναν.

docuisset vel uno exemplo, posse articulum *τόν*, quem ad *ἐμὲ* refert, ab eo pronomine iis quae interiecta sunt verbis seiungi.

V. 1112. Versus mancus est, neque, ut puto, vere restitutus ab Hermanno ita: *ἄλλον δ' ἐν μεταλλαγᾷ*. Nam *ἐν μεταλλαγᾷ ἄλλον ἀνδρὸς* mira cum tautologia dictum.

V. 1115. Vitiose Brunck. invitis libris *στυγνὸν δὲ* scripsit.

V. 1116. Post *ἐμήσατ'* in libris additur *Ὀδυσσεύς*, quod nomen interpretibus deberi metro admonemur. Pro eo aut *ὁ 'νὴρ* aut *οὗτος* scriptum videtur fuisse. *Ἄλγη*, quod nunc Hermanno excidisse videtur, nec sensui convenit, nec mutari ulla ratione in *Ὀδυσσεὺς* potuit.

diturus fuerat (974 sqq.), in perpetuum destitutus esset. Deinde quum et antecedentia *πολυμηχάνου ἀνδρὸς* necessario ad Ulixem referri debeant et sequentia *στυγνόν τε φῶτ'* etc., inque his ipsis Philoctetes verbo *αἰσχρῶν* fraudem, qua privatus sit arcu, ex Ulixe esse ortam declararit: profecto verba *αἰσχρὰς ἀπάτας* et ad eandem illam iniuriam debere referri, quum aliam non esset expertus fraudem, nec ad alium posse quam ad Ulixem pertinere certissimum est. Postremo participium etiam praesentis *ὁρῶν* satis superque ostendit verba *αἰσχρὰς ἀπάτας στυγνόν τε φῶτ' ἐχθ.* poetarum more in hunc sensum esse dicta: turpes fraudes invisi hostis, i. e. videns, qui turpes commisit fraudes, invisum hostem. Ceterum de collocatione *μὲν* particulae cfr. v. 279 sq. *ὁρῶντα μὲν ναῦς — πάσας βεβώσας, ἄνδρα δ' οὐδέν' ἔντοπον*.

V. 1115 sq. Participium *ἀνατέλλοντα* active dictum pro *ἀναπέμποντα*, ita ut sensus hic sit: innumera ex turpibus malis illis exoriri facientem, quae in me machinatus est. Addit Herm.: „Turpia mala, quae iam est machinatus Ulixes, in eo posita sunt, quod et exposuit Philoctetam et nunc arcu privavit; mala autem, quae ex his excitare eum dicit, sunt carentis arcu multo miserabilior vita.“ Ceterum de *μέν* — *τὲ* vid. Eur. Andr. 468 sq. *ἔριν μὲν οἴκων δυςμενεῖς τε λύπας*. Matth. ad Eur. Or. 24. et ad huius fab. 1424 (1396.).

V. 1117 sqq. Ita construenda sunt verba: *ἀνδρός τοι (ἐστίν), τὸ μὲν εὖ δίκαιον εἰπεῖν·* viri est, quod utile est, iustum dicere, ob eum autem qui dicit non cum invidia et maledictis promere dolorem suum. *Εἰπόντος ὀδύναν* iungenda, dolorem dicentis, i. e. dolorem propter eum, qui dicit. Mens chori haec est: si tu vir es, debes id, quod utile est, (quod te ad Troiam ire

κεῖνος δ' εἷς ἀπὸ πολλῶν
ταχθεὶς τοῦδ' ἐφημοσύνᾳ
κοινὰν ἤνυσεν ἐς φίλους ἀρωγάν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

(ἀντιστροφὴ γ'.)

ὦ πταναὶ θῆραι, χαροπῶν τ'

V. 1120. Male Brunck. sine ullo libro δ' omisit.

V. 1124. Male Brunck., lege versuum glyconeorum non perspecta, ὅδ' eiecerat.

V. 1128. Hermanno si quid mutandum metri causa sit

cogimus) iustum dicere, neque in eum, qui sic sentit, ut utilia iusta putet, maledicta coniicere, in Neoptolemum dico et cuius ille suasu ista fecit, Ulixem. *Εἰπεῖν* pro *λέγειν* vel *καλεῖν* usurpatur, ubi *εἶναι* suppleri potest, ut in Eur. Alcest. 139. *καὶ ζῶσαν εἰπεῖν καὶ θανοῦσαν ἔστι σοι.* HERM. Non male Schol.: *μὴ φθονερόν τι καὶ ὀδυνηρὸν ἐπιφθέγξασθαι.* Atque haud scio, an *εἰπόντος — ὀδύναν* ita praestet explicare: quum vero quis dixerit, non est dolor propter id, quod dictum, expromendus ita, ut eius, qui dixit, tibi invidiam concilies. Tum *εἰπόντος* absolute positum iudicandum est. Cfr. Matth. Gr. §. 563. Versus 1117 quae sit sententia, etiamnunc fateor me non intelligere; neque enim Hermanno prorsus assentior, nec ipse meliora proferre possum.

V. 1120 sq. Particula *δὲ*, quam Brunck. eiecit, ad sensum etiam requiritur, quia si praecedentia paucis comprehendimus, hoc continent: *σὺ μὲν ἐκεῖνον οὐ δικαίως ψέγεις.* HERM. *Κεῖνος* est Neoptolemus, *ὅδε* (*τοῦδε*) Ulixes; nisi locus aliquo mendo affectus est. Mihi enim solo de Ulixe tantum, ut de quo questus in antecedentibus Philoctetes esset, mentio iniici videtur potuisse. Accedit, quod verba *εἷς ἀπὸ πολλῶν ταχθεὶς* collata cum iis, quae v. 50 — 53, 93 sqq. dicta sunt, vix de alio quam de Ulixe dici potuerunt.

V. 1123. Schol.: *ὦ πτηναὶ θῆραι· ἀντὶ τοῦ, ὦ ἄγραι· ἀγρεύει γὰρ καὶ πτηνά.* Similiter Romani verbum venationis, quod idem proprie atque *θήρα* significat, notione rei, quae capitur vel capta est, usurparunt. Cfr. Liv. XXXV, 49. Apud quem solstitiali tempore comiter accepti quum miraremur, unde illi eo tempore anni tam multa et varia venatio.

V. 1124 sq. Mire Matthaei erravit, *οὐρεσιβώτας*, quod ad *οὒς* pertinet, ad *χῶρος* referens. *Οὒς — οὐρ.* poetice dictum pro: qui hic in montibus pascimini.

V. 1126 sq. Schol.: *φυγᾷ μ' οὐκέτ' ἀπ' αὐλίων· ἀντὶ τοῦ, οὐκέτι φεύξεσθέ με, οὐκέτι μετὰ φυγῆς καὶ φόβου προςπελάζετέ μοι.* Neque ceteri editores huius loci sensum omnino perspexerunt, neque Hermannus, qui monuit: „Non meminerant interpretes *πελάζειν* proprie activum esse, quumque hic medio uti deberet poeta, fecisse eum, quod etiam in iis verbis facit, quae media forma non tantam, quantam hoc, ambiguitatem habent, veluti *προςφέρων* 1108., ut activum praeferret; idque iterum fecisse 1163. videtur. Sensus est: non am-

ἔθνη θηρῶν, οὓς ὅδ' ἔχει
χῶρος οὐρεσιβώτας,
φυγᾷ μ' οὐκ ἔτ' ἀπ' αὐλίων
πελᾶτ'· οὐ γὰρ ἔχω χεροῖν
τὰν πρόσθεν βελέων ἀλκάν,
ὢ δύστανος ἐγὼ τανῦν.

scribendum ἀκμὰν videtur; defendi tamen putat spondeum in fine versus posse, provocans ad Elem. d. m. p. 527. Mihi ἀλκὰν correpta prima syllaba videtur a tragicis usurpari potuisse; de qua re, quam multi inauditam dicent, exponam alibi.

plius fuga vestra me ab antro meo ad vos adducitis." At mira haec sententia. Non enim fuga sua effecerant ferae illae, ut Philoctetes ad eas accederet, sed fecerat Philoctetes venando, ut ab antro eius aufugerent. Vide v. 958 et 1153 sq. Accedit, quod αὔλιον, quam vocem semper in hac fabula de antro Philoctetae usurpari Erf. Hermannusque contendunt, numero plurali, quo hic posita est, per linguae Graecae consuetudinem non licet nisi de lustris ferarum accipere. Nam de antro si locutus poeta esset, debebat, id quod metri causa potuit, αὔλιον scribere, quo numero singulari usus est, quoties de antro hoc vocabulum in hac fab. usurpavit v. 19. 955. Quae quum ita sint, quis assentietur Hermanno, verbo πελᾶν, ut istam, quae, ut lenissime dicam, certe non simplex et apta est, sententiam ex hoc loco eliceret, eam tribuenti notionem, qua nec usurpatum alibi unquam est, nec, ut ipse videtur Herm. intellexisse, apte usurpari potuit. Vide quae ad v. 1163 (1139.) monuimus. Immo manifestum est sensum huius loci hunc esse: non amplius a lustris ad me appropinquabitis fugientes, i. e. non amplius aufugietis, ubi forte a lustris vestris ad me veneritis. Iungendum φυγῇ cum πελᾶτε (id est πελάσετε, cfr. Matth. Gr. §. 181. 2. a) p. 823). Solent enim tragici pro participio nonnunquam substantivum casu dativo verbo finito adiicere. Vide ad v. 758 (742.). Similiter, quanquam ita, ut proprie pro ablativo instrumenti haberi debeat, usurpatum est φυγῇ in his locis: Eur. Or. 1468. φυγᾷ δὲ ποδὶ τὸ χρυσεοσάνδαλον ἴχνος ἔφερεν. Herc. f. 1081. φυγᾷ, φυγᾷ, γέροντες, ἀποπρὸ δωμάτων διώκετε. El. 218. φυγῇ σὺ μὲν κατ' οἶμον, ἐς δόμους δ' ἐγὼ φῶτας πανούργους ἐξαλύξωμεν ποδί. Neque μ' pro dativo, sed pro accusativo habendum. Solet enim πελᾶν et eiusdem originis alia verba cum accusativo etiam a tragicis coniungi, quia, notionem quod attinet, nihil fere differunt a verbis, quae adveniendi significatum habent. (Hinc tragici πέλας στείχειν (sic infra 1219) pro πελᾶν usurpant.) Eur. Andr. 1168. καὶ μὴν ὅδ' ἄναξ ἤδη φοράδην Δελφίδος ἐκ γῆς δῶμα πελάζει. Rhes. 13. τίνες ἐκ νυκτῶν τὰς ἁμετέρας κοίτας πλάθουσ'; Soph. O. R. 1134. ἦμος τὸν Κιθαιρῶνος τόπον ὁ μὲν διπλοῖσι ποιμνίοις, ἐγὼ δ' ἑνὶ ἐπλησίαζον τῷδε τἀνδρί. et huius fab. 1163 (1139.) πρὸς θεῶν, εἴ τι σέβει ξένον, πέλασσον εὐνοίᾳ πάσα πελάταν. Similiter Soph. Trach. 58. ἐγγὺς δ' ὅδ' αὐτὸς ἀρτίπους θρώσκει δόμους.

ἀλλ' ἀνέδην (ὅδε χωλὸς ἐρύκεται,
οὐκ ἔτι φοβητὸς ὑμῖν)
ἕρπετε, νῦν καλὸν
ἀντίφονον κορέσαι στόμα πρὸς χάριν
ἐμᾶς σαρκὸς αἰόλας.
ἀπὸ γὰρ βίον αὐτίκα λείψω.
πόθεν γὰρ ἔσται βιοτά;
τίς ὧδ' ἐν αὔραις τρέφεται,
μηκέτι μηδενὸς κρατύνων ὅσα πέμπει βιόδωρος αἶα;

V. 1130. Recepi cum Gaisfordio Porsoni coniecturam; codices et editt. omnes: ἀλλ' ἀνέδην ὅδε χῶρος ἐρύκεται, οὐκ ἔτι φοβητὸς ὑμῖν: ἕρπετε, νῦν καλόν. Quam scripturam Hermannus ad Vig. p. 779. sic interpretatur: remisse, negligenter arcetur hic locus (i. e. vos ab eo arcemini), quem non metuitis amplius [immo non iam metuendus vobis]. At neque ἀνέδην unquam isto significatu aut dictum est aut dici potuit, neque locum ab aliquo defendere Graece χῶρον ἐρύ- ad se adducere, recipere interpretatur. Vide quae ad v. 1150 (1127.) annotavi. Neque enim apparet, qui chorus Philoctetae, ut morbo liberaretur, hoc suadere potuerit, ut admitteret Neoptolemum, quum exorandus potius Philoctetes fuerit, ut, si vellet morbo liberari, ad Neoptolemum accederet, qui cum Ulixe sic a scena discesserat, ut non rediturum in eam, sed abitum paraturum se diceret. Vide v. 1075 — 1080 (1057 — 1062). Eodemque modo 1196 (1169.) chorus Philoctetae dicit: βᾶθί νυν, ὦ τάλαν, ὥς σε κελεύομεν. Accedit, quod, ut ad sequentia videbimus, πέλασσον notione appropinquandi, vel accedendi melius etiam cum infinitivo ἀποφεύγειν congruit. Itaque sensus hic est: per deos, si quid reverearis hospitem, accede (supple σεβόμενος) ad eum, qui summa cum benevolentia ad te accessit. De πάσᾳ vide ad v. 142., de πελάταν Blomf. in gl. ad Aesch. Pers. 49.

V. 1132. νῦν καλόν] Cfr. Soph. Syndeipn. fr. VII. ἀλλ' ἐγγὺς Ἕκτωρ ἐστίν· οὐ μένειν καλόν. et El. 384. νῦν γὰρ ἐν καλῷ φρονεῖν.

V. 1133 sq. ἀντίφονον στόμα] os, quod caedem pro caede reddit. Sic δίκαι ἀντίφονοι in Soph. El. 248. MATTH. Πρὸς χάριν, ut volupe est. Cfr. Matth. Gr. §. 591. ε. p. 1184. Genitivus σαρκὸς pendet ab κορέσαι. Cfr. Matth. Gr. §. 352. Denique αἰόλας recte Musgr. propter ulcus, non propter vulnera a feris facta additum vidit.

V. 1137. ἐν αὔραις τρέφεται similiter dictum atque ea, quae ad v. 60. attuli.

V. 1139 sq. Schol.: εἴ τι σέβῃ ξένον, πέλασσον· ἑαυτὸν δὲ φησὶν ὁ Χορὸς, ὅτι ἐμοὶ τῷ ξένῳ μετ' εὐνοίας πρόςελθε, ἀντὶ τοῦ φίλος ἡμῖν γενοῦ. Recte Hermannus πελάταν non ad chorum, sed ad Neoptolemum referendum esse monuit, minime probandus, quod πελάζειν

ΧΟΡΟΣ.

(ἀντιστροφὴ δ'.)

πρὸς θεῶν, εἴ τι σέβει ξένον, πέλασσον
εὐνοίᾳ πάσᾳ πελάταν,
(ἀλλὰ γνῶθ', εὖ γνῶθ', ὅτι σοὶ)
κῆρα τάνδ' ἀποφεύγειν·
οἰκτρὰ γὰρ βόσκειν, ἀδαὴς δ'
ἔχειν μυρίον ἄχθος, ᾧ ξυνοικεῖ.

κειν potest dici. Immo hoc omnium certissimum, ἀνέδην necessario cum ἕρπετε iungendum esse. Atque reperi etiam in editt. Brubach. punctum post ἀνέδην positum.

V. 1138. Male Brunck. metri choriambici rudis ex coniectura μηκέτι, μηκέτι κρατέων μηδενὸς, ὅσα πέμπει γᾶ βιόδωρος edidit.

V. 1141. Herm. ex coniectura ἅμα pro ἀλλὰ posuit.

V. 1141 sq. Schol.: γνῶθι ὅτι κῆρα τήνδ' ἀποφυγεῖν σοι πάρεστιν, εἰ πεισθείης ἡμῖν, ὅ ἐστι, τὴν νόσον. Et iterum ad ἀποφεύγειν in scholiis omissum esse πάρεστιν monitum est. Recte autem Hermannus negavit id omitti potuisse, monens: „Nam ἐστί, copulae quam vocant significatum habens, quia latet in omni verbo, omitti potest; non potest omitti, ubi simul praedicati notionem, ut hic permissum est, continet.“ Illud miror neminem vidisse editorum, etiam propterea eum quem Schol. vult horum verborum sensum esse non posse, quod sequuntur verba οἰκτρὰ γὰρ βόσκειν etc; in quibus γὰρ particula manifesto ostendit antecedentibus non hoc posse dictum esse: potes effugere morbum hunc, sed hoc: effuge morbum hunc. Ex quo iam sponte apparet infinitivum ἀποφεύγειν pendere a πέλασσον, hoc sensu: accede ad hospitem, ut morbum hunc effugias. Cfr. Soph. O. C. 12. ἥκομεν μανθάνειν. Eur. Iph. A. 679. χώρει δὲ μελάθρων ἐντὸς, ὀφθῆναι κόραις. Vide Matth. Gr. §. 532. c. p. 1040. Non minus iam certum, verba ἀλλὰ γνῶθ', εὖ γνῶθ', ὅτι σοί parenthetice debere addita existimari hoc, ut Hermannus iam vidit, sensu: scito, bene scito, tua causa. Una restat difficultas, posita in ἀλλὰ particula; quam etsi lubenter concedo Hermanno non aptam huic loco videri, tamen ἅμα, quod idem in textu ex coniectura posuit, quum languidum additamentum sit, a Sophocle potuisse scribi non puto. Postremo morbus cur κὴρ appellatus sit, dictum ad v. 42 est.

V. 1143 sq. Sensus est: hic morbus miserabilis est ad alendum eum, et nescius sustinere infinita mala, quae cum eo coniuncta sunt. Id est maior est hic morbus, quam ut qui eo affectus sit tanta mala perferre queat. HERM.

(Ἀνομοιόστροφα.)

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

πάλιν, πάλιν παλαιὸν ἄλγημ' ὑπέμνασας, ὦ
λῷστε τῶν πρὶν ἐντόπων.
τί μ' ὤλεσας; τί μ' εἴργασαι;

ΧΟΡΟΣ.

τί τοῦτ' ἔλεξας;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

εἰ σὺ τὰν ἐμοὶ στυγερὰν
Τρῳάδα γαῖάν μ' ἤλπισας ἄξειν.

ΧΟΡΟΣ.

τόδε γὰρ νοῶ κράτιστον.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἀπό νύν με λείπετ' ἤδη.

ΧΟΡΟΣ.

φίλα μοι, φίλα ταῦτα παρήγγειλας, ἑκόντι τε πράσσειν.
ἴωμεν, ἴωμεν,

V. 1153. Herm. τὲ copulam delevit, quod ἑκόντι τε πράσσειν catalexis esset non apta his numeris. Quod vellem non dixisset, sed docuisset.

V. 1160. ὁ τάλας, quod primus Erf. pro ὦ τάλας restituit, duobus nunc confirmatum codicibus.

V. 1145. Schol. ad v. 1165 (1141.) recte annotat: Οὗτος δὲ ταῦτα λεγόντων συνίησιν, ὅτι παραινοῦσιν αὐτῷ εἰς Ἴλιον ἐλθεῖν· πρὸς ὃ ἀνακράζει, πάλιν, πάλιν μοι.

V. 1146. Schol.: ὦ λῷστε τῶν πρὶν ἐντόπων· ὦ βέλτιστε τῶν πλησιασάντων μοι πάλαι.

V. 1153. Schol.: φίλα μοι· ἐμοὶ βουλομένῳ ἡδέως ἀποπλεῦσαι κελεύεις. Sensus est: iucunda mihi haec, quae praecepisti, sunt, et paratus sum ea facere.

V. 1155. Schol.: ναὸς ἵν' ἡμῖν τέτακται· ὅπου ἡμῖν ἀφῖκται ἡ ναῦς· ἐπὶ τῆς ναός, ἀντὶ τοῦ εἰς τὴν ναῦν. Male. Ἵνα ναὸς ἡμῖν τέτακται est: qua in parte navis cuique nostrum sua est statio. HERM. Cfr. Matthiae Gr. §. 324.

V. 1156. Schol.: μή, πρὸς ἀραίου· ἀρὰ ἡ εὐχή· ἀραῖος οὖν, ᾧ πάντες προσευχόμεθα, ἢ ὃν ἐπικαλούμεθα ἀρώμενοι· ὥςπερ δὲ ἱκεσίου λέγουσι τοῦ τοὺς ἱκέτας ἐποπτεύοντος, οὕτως ἀραίου τοῦ τοὺς ἀρωμένους ἐπισκοποῦντος. Diras imprecatur Philocte-

ναὸς ἵν' ἡμῖν τέτακται.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

μή, πρὸς ἀραίου Διός, ἔλθῃς, ἱκετεύω.

ΧΟΡΟΣ.

μετρίαζε.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ὦ ξένοι,
μείνατε, πρὸς θεῶν.

ΧΟΡΟΣ.

τί θροεῖς;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

αἰαῖ, αἰαῖ· δαίμων, δαίμων.
ἀπόλωλ' ὁ τάλας.
ὦ πούς, πούς, τί σ' ἔτ' ἐν βίῳ
τεύξω τῷ μετόπιν τάλας;
ὦ ξένοι, ἔλθετ' ἐπήλυδες αὖθις.

ΧΟΡΟΣ.

τί ῥέξοντες ἀλλοκότῳ
γνώμᾳ τῶν πάρος, ὧν προὔφαινες;

V. 1162. τῷ μετόπιν, ab Erfurdtio et Hermanno restitutum pro τὸ μετόπιν, La comprobavit.

V. 1165. Hermanni emendationem προὔφαινες duo codd. confirmarunt; ceteri προὔφανες, Brunck. προὔφάνῃς scripserat.

tes choro, si abeat. De sensu verbi ἔλθῃς vide ad v. 48.

V. 1162. Schol.: τεύξω· ποιήσω. μετόπιν· μετὰ ταῦτα, μετόπισθεν.

V. 1163. Schol.: ἐπήλυδες· αὐτόματοι. Male. Ἐπήλυδες αὖθις est revertentes. Iam enim abibant. HERM.

V. 1164 sq. Schol.: τί πράξοντες ἐναντίᾳ γνώμῃ, ἕτερον παρὰ τὸ πρότερον. Buttm. hunc ait sensum esse: Quid facturi diversa sententia ab iis, quae antea elocutus es? h. e. Quid facturi? An tu sententiam mutasti? At neque verbis Graecis haec accommodata est explicatio neque ullo modo convenit iis, quae respondet Philoctetes. Immo etsi brevius obscuriusque locutus est poeta, manifesto tamen sententia haec est: quo alio consilio revertemus, et quid aliud faciemus quam quod antea fecimus, quod tu edixeras, sive quam quod antea iussu tuo fecimus? Id est, nullo alio consilio revertemus, nisi ut iterum a te abire iubeamur.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οὔτοι νεμεσητὸν
ἀλύοντα χειμερίῳ
λύπᾳ καὶ παρὰ νοῦν θροεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

βᾶθί νυν, ὦ τάλαν, ὥς σε κελεύομεν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οὐδέποτ', οὐδέποτ', ἴσθι τόδ' ἔμπεδον,
οὐδ' εἰ πυρφόρος ἀστεροπητὴς
βροντᾶς αὐγαῖς μ' εἶσι φλογίζων.
ἐῤῥέτω Ἴλιον, οἵ θ' ὑπ' ἐκείνῳ
πάντες, ὅσοι τόδ' ἔτλασαν ἐμοῦ ποδὸς
ἄρθρον ἀπῶσαι. ἀλλ', ὦ ξένοι,
ἕν γέ μοι, ἕν γέ μοι εὖχος ὀρέξατε.

ΧΟΡΟΣ.

ποῖον ἐρεῖς τόδ' ἔπος;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ξίφος, εἴ ποθεν,

V. 1172. Vere Brunck. ex Schol. primus restituit *βροντᾶς αὐγαῖς*, pro quo libri *βρονταῖς αὐταῖς* habent.

V. 1175. Brunck. ut integer esset tetrameter dactylicus, *ἀλλ', ὦ ξεῖνοι*, Herm. *ἀλλὰ τόδ', ὦ ξένοι* scripserunt. Fortassis *ἀλλ' ἄγετ', ὦ ξένοι*, scriptum fuit.

V. 1176. Cum Brunckio et Hermanno geminavi *ἕν γέ μοι*, quod libri semel habent. Non est enim dubium, quin te-

V. 1166. *οὔτοι νεμεσητόν*] ut Hom. Il. ι, 523. *πρὶν δ' οὔτι νεμεσσητὸν κεχολῶσθαι*, ubi Schol.: *πρότερον δὲ οὐ μεμπτὸς ὑπῆρχες ὀργιζόμενος.* — *ἀλύοντα*· cfr. Il. ε, 352. (de Venere vulnerata) *ἡ δ' ἀλύουσ' ἀπεβήσετο, τείρετο δ' αἰνῶς*, ubi Schol.: *ἀδημονοῦσα, καὶ οἷον λύσιν μὴ εὑρίσκουσα τῶν κακῶν.*

V. 1167 sq. Schol.: *χειμερίῳ λύπᾳ· ταραχώδει πάθει, μεταφορικῶς· οὐκ ἔστι, φησί, μεμπτὸν τῷ δυστυχοῦντι καὶ παραφθέγγεσθαι.* Frequentant *χειμάζω* turbandi vel iactandi sensu poetae. O. R. 101. Eur. Hippol. 317. MUSG.

V. 1170. Schol.: *τοῦτο γίνωσκε, ὅτι οὐκ ἔρχομαι, οὐδ' εἰ αὐτὸς ὁ Ζεὺς μετέλθοι με ταῖς βρονταῖς, τουτέστιν, οὐδ' εἰ κεραυνοῖ με ὁ Ζεύς, ἂν μὴ ἔλθοιμι.*

V. 1177. *εἴ ποθεν*] elliptice pro *εἴποθεν λαβεῖν δύνασθε*; et sic pro *ὁποθενδή*. Sic Ai. 886. *εἴποθε λεύσσων* pro *ὁπουδὴ λεύσσων*. BUTTM. Cfr. Matth. Gr. §. 556. not. 2. et 617. f.

ἢ γέννν, ἢ βελέων τι, προπέμψατε.

ΧΟΡΟΣ.

ὡς τίνα ῥέξῃς παλάμαν ποτέ;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

κρᾶτ' ἀπὸ πάντα καὶ ἄρθρα τέμω χερί·
φονᾷ, φονᾷ νόος ἤδη.

ΧΟΡΟΣ.

τί ποτε;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

πατέρα ματεύων.

ΧΟΡΟΣ.

ποῖ γᾶς;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἐς Ἅιδου.
οὐ γὰρ ἐστ' ἐν φάει γ' ἔτι.
ὦ πόλις, ὦ πόλις πατρία.
πῶς ἂν εἰςίδοιμί σ' ἄθλιός γ' ἀνήρ,
ὅς γε σὰν λιπὼν ἱερὰν

trameter dactylicus esse debeat.

V. 1179. Versus mancus est, ita ut aut excidisse aliquam vocem ante ῥέξῃς, aut pro ῥέξῃς aliud a poeta scriptum fuisse verbum statuere debeamus. Nam debet esse tetrameter dactylicus.

V. 1180. Male Brunck. invitis libris κἄρθρα scripsit.

V. 1184. Versum corruptum esse numeri docent. Herm. ἐστ' delevit.

p. 1251.

V. 1179. Schol.: παλάμην· πρᾶξιν· ὅθεν καὶ παλαμᾶσθαι· ἢ τέχνην.

V. 1180. κρᾶτα] masculinum est (vid. Schol. ad Eurip. Phoen. 1166. sive 1159. ed. Matth.) cum eoque nomine πάντα numero singulari debet construi. Τέμω ad praegressum ὡς referendum. HERM.

V. 1181. Schol.: φονᾷ· θανατᾷ, θανάτου ἐπιθυμεῖ. Galenus in glossis Hippocrateis: φονᾷ, φονεύειν ἐπιθυμεῖ. Quod rectius videtur Hermanno, monenti: Neque enim ut vivere desinat optat, sed vult sese occidere.

V. 1182. Hermanno ματεύων constructione referendum ad τέμω videtur. At multo aptius referetur ad sententiam verborum φονᾷ νόος ἤδη.

V. 1187. Schol.: ὅς γε σὰν λιπών· ὅςτις ποτὲ καταλιπών σε ἐπὶ τὸ βοηθεῖν τοῖς Ἕλλησιν οὐκέτι οὐδέν εἰμι. — Λιβάδα· τὴν τοῦ ἐπιχωρίου ποταμοῦ. Significat Sperchium.

λιβάδ', ἐχθροῖς ἔβαν Δαναοῖς
ἀρωγός· ἔτ' οὐδέν εἰμι.

ΧΟΡΟΣ.

Ἐγὼ μὲν ἤδη καὶ πάλαι νεὼς ὁμοῦ
στείχων ἂν ἦν σοι τῆς ἐμῆς, εἰ μὴ πέλας
Ὀδυσσέα στείχοντα, τόν τ' Ἀχιλλέως
γόνον πρὸς ἡμᾶς δεῦρ' ἰόντ' ἐλεύσσομεν.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

οὐκ ἂν φράσειας ἥντιν' αὖ παλίντροπος
κέλευθον ἕρπεις ὧδε σὺν σπουδῇ ταχύς;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

λύσων ὅσ' ἐξήμαρτον ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

δεινόν γε φωνεῖς· ἡ δ' ἁμαρτία τίς ἦν;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἣν σοὶ πιθόμενος τῷ τε σύμπαντι στρατῷ

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἔπραξας ἔργον ποῖον ὧν οὔ σοι πρέπον;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἀπάταισιν αἰσχραῖς ἄνδρα καὶ δόλοις ἑλών.

V. 1189. Male Brunck. cum Heathio εἶτ' οὐδέν sine

V. 1190. Quod Scholiastes dicit, ἐντεῦθεν διπλοῦν ἐστι τὸ ἐπειςόδιον, eo spectat, quod in hac scena non, ut plerumque, una, sed duae personae adveniunt. Philoctetes interea se in antrum suum recipit, ut ex v. 1263 sqq. intelligitur. HERM.

V. 1190. Schol.: ὁμοῦ· ἐγγύς. Phot. Lex.: ὁμοῦ· ἀντὶ τοῦ ἐγγύς· ἔστι δὲ τοῦτο πολὺ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ὡς καὶ Μένανδρος· ἤδη γὰρ τοῦ [τῷ Meineke] τίκτειν ὁμοῦ. Soph. Ant. 1180. καὶ μὴν ὁρῶ τάλαιναν Εὐρυδίκην ὁμοῦ. Aristoph. Pac. 513. καὶ μὴν ὁμοῦστιν ἤδη. BUTTM.

V. 1191. Locutionem στείχων ἂν ἦν, quam non esse poeticam tantum periphrasin idem significantem atque ἔστειχον ἄν luculenter ex hoc loco apparet, in quo metri causa ἔστειχον ἄν scribi licuit, falso explicat Hermannus ita: abiens (i. e. abeundo) essem apud navim. Nam abeundo pervenire quidem aliquis ad aliquem locum, sed non esse apud eum dici potest. Immo hoc significat: in itinere essem ad navim meam, differtque στείχων εἰμὶ ab στείχω eodem modo, quo Latinorum sum proficiscens a proficiscor, quorum prius res ipsa docet valere

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

τὸν ποῖον; ὤ μοι· μῶν τι βουλεύει νέον;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

νέον μὲν οὐδέν· τῷ δὲ Ποίαντος τόκῳ

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

τί χρῆμα δράσεις; ὥς μ' ὑπῆλθέ τις φόβος.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

παρ' οὗπερ ἔλαβον τάδε τὰ τόξ', αὖθις πάλιν

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ὦ Ζεῦ, τί λέξεις; οὔ τί που δοῦναι νοεῖς;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

αἰσχρῶς γὰρ αὐτὰ κοὐ δίκῃ λαβὼν ἔχω.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

πρὸς θεῶν, πότερα δὴ κερτομῶν λέγεις τάδε;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

εἰ κερτόμησίς ἐστι τἀληθῆ λέγειν.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

τί φῄς, Ἀχιλλέως παῖ; τίν' εἴρηκας λόγον;

---

libris scripsit.

debere: in itinere sum. Exempla huius usus congessit, sed non explicavit Matth. Gr. §. 559. p. 1104. Ceterum σοι dativus ethicus est, de quo vide Rost Gr. §. 105. not. 3.

V. 1194. οὐκ ἂν φράσειας] idem fere quod φράσον. Cfr. Matth. Gr. §. 515. γ. p. 979.

V. 1196. λύσων] soluturus, i. e. irritum redditurus peccatum meum. [Nonne potius ducta locutio a debitoribus, qui debitum contractum solvunt? Die Schuld zu lösen, durch die ich vorhin gefehlt. F. I.]

V. 1199. Hoc dicit: ποῖον ἔπραξας ἔργον τούτων, ἅ σε πρᾶξαι οὔ σοι πρέπον, ut in O. R. 862. οὐδὲν γὰρ ἂν πράξαιμ' ἂν ὧν οὐ σοὶ φίλον, de qua constructione relativorum vid. Matth. Gr. §. 473. b.

V. 1200. Repetendum mente ἔπραξα e verbis Ulixis, ut mox ad v. 1204. e v. 1205. δοῦναι νοῶ. HERM.

V. 1201. Tricliniani male τὸ ποῖον. Nam quum Neoptolemus ἄνδρα infinite dixisset, tanto cupidius Ulixes, de Philocteta eum cogitare sentiens, quis iste vir sit interrogat. HERM. Apte confert Matth. Eurip. Med. 37. δέδοικα δ' αὐτὴν μή τι βουλεύσῃ νέον.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.
δὶς ταὐτὰ βούλει καὶ τρὶς ἀναπολεῖν μ' ἔπη;
ΟΔΥΣΣΕΥΣ.
ἀρχὴν κλύειν ἂν οὐδ' ἅπαξ ἐβουλόμην.
ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.
εὖ νῦν ἐπίστω. πάντ' ἀκήκοας λόγον.
ΟΔΥΣΣΕΥΣ.
ἔστιν τις, ἔστιν, ὅς σε κωλύσει τὸ δρᾶν.
ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.
τί φῄς; τίς ἔσται μ' οὑπικωλύσων τάδε;
ΟΔΥΣΣΕΥΣ.
ξύμπας Ἀχαιῶν λαός· ἐν δὲ τοῖςδ' ἐγώ.
ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.
σοφὸς πεφυκὼς οὐδὲν ἐξαυδᾷς σοφόν.

V. 1210. ταὐτὰ primus Brunck. restituit pro ταῦτα, quod libri habent.

V. 1217. σοφὰ primus restituit Brunck. pro σοφόν, quod libri habent.

V. 1224. Herm. hunc versum unius Brunckii codicis B auctoritate Ulixi tribuit et ita interpretatus est: „quod ad effectionem attinet, tuae manui non cedam; i. e. at ne ego quidem tuam manum verebor, si perficere voles. Σῇ χειρί enim dicit, quia vi usurum esse Neoptolemum intelligit." At

V. 1210. Schol.: ἀναπολεῖν· τὰ αὐτὰ λέγειν· ἀπὸ τῶν δεύτερον ἀναπολούντων τὴν ἠροτριαμένην γῆν.

V. 1211. ἀρχήν] omnino; vid. Herm. ad Vig. n. 80. p. 723.

V. 1212. εὖ νῦν ἐπίστω] non dicit, ut sequentia confirmet, sed in mente habens δώσειν με τὸ τόξον. Id ut confirmet, neque amplius verbis opus esse ostendat, addit πάντ' ἀκήκοας λόγον. Quae est usitata formula nihil sibi quod dicat reliquum esse significantis; vid. Ai. 480. Trach. 876. similiterque supra 241. οἶσθα δὴ τὸ πᾶν. HERM.

V. 1213. De κωλύειν cum accusativo iuncto vide Matth. Gr. §. 421. p. 773.; de infinitivo cum articulo iuncto idem ad Hipp. 49. et Gr. §. 543. not. 2. exposuit.

V. 1219. Numeri hi sunt, quales recentior fert tragoedia. In antiquiori dicendum fuisset ἄλαβες. HERM. Sed id minus huic loco accommodatum fuisset. Nam vis debet esse in pronomine, ea quidem, quae etc.

V. 1221. ἀναλαβεῖν] propr. resumere; hinc resumere aliquid, ut corrigas et emendes, idem fere, quod nobis zurücknehmen, et hoc loco et in Demosth. Mid. p. 550. 14. Reisk. ἀναλαμβάνειν ταῦτα καὶ μεταγιγνώσκειν. MATTH. Eodem sensu etiam Eur. Ion. 426.

V. 1223. τὸν σὸν φόβον]

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

σὺ δ' οὔτε φωνεῖς, οὔτε δρασείεις σοφά.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἀλλ' εἰ δίκαια, τῶν σοφῶν κρείσσω τάδε.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

καὶ πῶς δίκαιον, ἅ γ' ἔλαβες βουλαῖς ἐμαῖς,
πάλιν μεθεῖναι ταῦτα;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τὴν ἁμαρτίαν
αἰσχρὰν ἁμαρτὼν ἀναλαβεῖν πειράσομαι.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

στρατὸν δ' Ἀχαιῶν οὐ φοβεῖ πράσσων τάδε;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ξὺν τῷ δικαίῳ τὸν σὸν οὐ ταρβῶ φόβον.
ἀλλ' οὐδέ τοι σῇ χειρὶ πείθομαι τὸ δρᾶν.

quomodo haec interpretatio verbis Graecis conveniat, fateor me nihil intelligere. Immo si essent haec verba Ulixis, in hunc sensum accipienda forent: *sed ne tuae quidem manui* (i. e. *ne tibi quidem vim adhibenti*) *permitto, ut hoc facias*, i. e. *ut arma Philoctetae reddas.* Quanquam vel sic πείθομαι insolenter usurpatum esset. At Ulixis haec verba esse nequeunt, primum quia iam statui deberet, quod statui nequit, Neoptolemum antea verbis blandis Ulixem commovere studuisse, ut sibi reddere Philoctetae arma permitteret, deinde quod Neoptole-

terrorem, quem tu mihi vis incutere, minas tuas. Vide Matth. Gr. §. 466. 3. p. 865.

V. 1224. Non posse Ulixi hunc versum cum Hermanno assignari, in nota critica ostendi. Neque tamen Neoptolemo convenit. Nam si τὸ δρᾶν, quod Graecorum consuetudo loquendi postulare videtur (cfr. Matth. ad Eur. Hipp. v. 49.) ut 1241 (1213.) de redditione armorum intelligimus, sensus hic est: *sed ne tua quidem manu adducor, ut reddam arma Philoctetae*, quod nec ab Ulixe dici potuit nec a Neoptolemo, cui sic tantum aliqua ratione hic versus conveniret, si in hunc sensum acciperetur: *sed ne manu quidem tua* (i. e. *ne vi quidem a te adhibita*) *adducor, ut faciam quod me facere vis, ut non reddam Philoctetae arma.* Sed non puto id a Sophocle iis, quae scripta sunt, verbis dici potuisse. Itaque in eam inclino sententiam, ut ab interprete additum hunc versum censeam. Nam neque ullam corruptelae speciem prae se fert, neque excidisse alios versus, quibus eo, quo videtur tantum accipi posse, sensu recte respondere potuerit, ullo modo probabile est. Accedit, quod duo versus Neoptolemo tributi dialogi aequalitatem evertunt.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

οὔτ᾽ ἄρα Τρωσίν, ἀλλὰ σοὶ μαχούμεθα.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἔστω τὸ μέλλον.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

χεῖρα δεξιὰν ὁρᾷς
κώπης ἐπιψαύουσαν;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἀλλὰ κἀμέ τοι
ταὐτὸν τόδ᾽ ὄψει δρῶντα, κοὐ μέλλοντ᾽ ἔτι.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

καίτοι σ᾽ ἐάσω· τῷ δὲ σύμπαντι στρατῷ
λέξω τάδ᾽ ἐλθών, ὅς σε τιμωρήσεται.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἐσωφρόνησας· κἂν τὰ λοίφ᾽ οὕτω φρονῇς,

mus primus coepisse ad vim adhibendam paratum se ostendere existimandus esset, quod ab ingenio eius, quale descriptum a poeta per totam fabulam est, prorsus abhorret, denique, quia et hunc et qui sequitur versum οὔτ᾽ ἄρα etc. ab una eademque persona pronuntiatos esse non posse manifestum est. Falsissime autem Herm. contra omnes libros v. 1225. Neoptolemo tribuit et sqq. item invitis codicibus male ita disposuit: O. ἔστω τὸ μέλλον. N. χεῖρα — ἐπιψαύουσαν; O. ἀλλὰ — τιμωρήσεται. Nam v. 1225 debere necessario Ulixis esse, cui omnes libri assignant, primum ex numero plurali apparet, quo, quum in reliquo colloquio Neoptolemus et Ulixes numero singulari constanter utantur, is tantum uti hic potuit, qui certamen, ad quod ineundum paratum se ostendit, aut adiutum iri ab aliis aut certum aliorum nomine committi sciebat. Id autem in solum Ulixem cadebat, a cuius solius parte, reddi Philoctetae arma nolentis, stare exercitus Achivorum potuit (cfr. 1215. 1229 sq. meae edit.), non in Neoptolemum, qui totius

V. 1230. Ulixes quum τιμωρήσεται dixisset, abit e scena.

V. 1232. ἐκτὸς κλαυμάτων ἔχειν πόδα frequens poetarum dictio pro ἐκτὸς κλαυμάτων (i. e. πημάτων) εἶναι. Sic Aesch. Prom. 271. ὅστις πημάτων ἔξω πόδα ἔχει, ad quem locum multa huius generis Blomf. in Gloss. attulit.

V. 1234. Schol.: ἀμείψας· καταλιπών. Sic Horat. Carm. saec. 39. mutare lares; quanquam etiam contrariam significationem habet, ut in eiusdem Carm. II, 16, 18. terras — mutamus, i. e. adimus, cuius diversae significationis causam a prima verborum ἀμείβειν, mutare, notione repetendam docuit Wunderl. Obss. in Aesch. p. 182. Cum nostro loco cfr. Eur. El. 755. δέσποιν᾽, ἄμειψον δώματ᾽ Ἠλέ-

ἴσως ἂν ἐκτὸς κλαυμάτων ἔχοις πόδα.
Σὺ δ', ὦ Ποίαντος παῖ, Φιλοκτήτην λέγω,
ἔξελθ' ἀμείψας τάσδε πετρήρεις στέγας.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

τίς αὖ παρ' ἄντροις θόρυβος ἵσταται βοῆς;
τί μ' ἐκκαλεῖσθε; τοῦ κεχρημένοι, ξένοι;
ὤ μοι· κακὸν τὸ χρῆμα. μῶν τί μοι μέγα
πάρεστε πρὸς κακοῖσι πέμποντες κακόν;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

θάρσει· λόγους δ' ἄκουσον, οὓς ἥκω φέρων.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

δέδοικ' ἔγωγε· καὶ τὰ πρὶν γὰρ ἐκ λόγων
καλῶν κακῶς ἔπραξα, σοῖς πεισθεὶς λόγοις.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὔκουν ἔνεστι καὶ μεταγνῶναι πάλιν;

exercitus odium sibi contrahere quam turpissimae fraudis notam subire mallet. Apparet porro ex verbo *Τρωσίν*, eum, qui *μαχούμεθα* dixerit, cum exercitu Achivorum se ei, quem alloquatur, bellum inferre velle significasse. Id autem Neoptolemum dicere nequivisse certum est. Postremo in sqq. etiam versibus verba *ἴστω τὸ μέλλον* Neoptolemi, contra *χεῖρα — ἐπιψαύουσαν* Ulixis esse debent, siquidem Neoptolemi, iuvenis generosi ac modesti, erat excipere tantum impetum, minime vero certaminis facere initium. Neque denique illud recte ab Hermanno monitum, verba *ἀλλὰ — τιμωρήσεται* omnia tribui Ulixi debere propter *καίτοι* particulam, quae sit sese a capto consilio revocantis. Quasi vero non rectissime dicat *καίτοι σ' ἐάσω*, qui modo dixerat *χεῖρα δεξιὰν ὁρᾷς κώπης ἐπιψαύουσαν*; Immo verba *καίτοι σ' ἐάσω* multo rectius ab eo dicuntur, qui alterum ad pugnam provocavit et rursus consilium abiicit, quam ab eo, qui impetum in se factum excipere recusat.

κτρα τάδε. MATTH.

V. 1235. De locutione *ἱστάναι βοήν* monuerunt Kuster. ad Aristoph. Thesmoph. 704. et Elmsl. ad Eur. Heracl. 656.

V. 1237. *χρῆμα* dixit, respiciens verbum *κεχρημένοι*, proprio significatu: mala res, qua opus sit vobis. Dicit autem haec verba conspecto Neoptolemo. Nam quae praecedunt nondum viso dicuntur. HERM.

V. 1239. Male Erf. cum Wakef. *λόγους τ' ἄκουσον.* Nam *θάρσει* est *μὴ τάρβει.* HERM.

V. 1240 sq. *ἐκ λόγων καλῶν* etc.] non est, ut Matthaei explicat, post res auditu gratas, sed per blandos sermones vel blandis sermonibus in calamitatem incidi. Vide ad v. 91 sq.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

τοιοῦτος ἦσθα τοῖς λόγοισι χὤτε μου
τὰ τόξ' ἔκλεπτες, πιστός, ἀτηρὸς λάθρᾳ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἀλλ' οὔ τι μὴ νῦν· βούλομαι δέ σου κλύειν,
πότερα δέδοκταί σοι μένοντι καρτερεῖν,
ἢ πλεῖν μεθ' ἡμῶν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

παῦε, μὴ λέξῃς πέρα.
μάτην γὰρ ἂν εἴπῃς γε πάντ' εἰρήσεται.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὕτω δέδοκται;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

καὶ πέρα γ' ἴσθ' ἢ λέγω.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἀλλ' ἤθελον μὲν ἄν σε πεισθῆναι λόγοις
ἐμοῖσιν· εἰ δὲ μή τι πρὸς καιρὸν λέγων
κυρῶ, πέπαυμαι.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

πάντα γὰρ φράσεις μάτην.
οὐ γάρ ποτ' εὔνουν τὴν ἐμὴν κτήσει φρένα,

V. 1255. Male Herm. ante κᾆτα plene interpunxit; quo fit, ut verba κᾆτα νουθετεῖς ἐμὲ etc. otiose et inepte addita videantur. Optima est vulgaris interpunctio; vide annotationem exegeticam.

V. 1256. Ex Piersoni coniectura ad Moer. p. 135., probata Porsono ad Phoen. 594., scripsi cum Hermanno αἴσχιστος, libri

V. 1243. Referendum τοιοῦτος ad sequentia πιστός, ἀτηρὸς λάθρᾳ. De dativo τοῖς λόγοισι vide Matth. Gr. §. 400. 6.

V. 1245. ἀλλ' οὔ τι μὴ νῦν] subaudi ἔσομαι, quae rarior ellipsis in usu particularum οὐ μή. SCHAEF. Cfr. Buttm. Gr. §. 126. 4. Matth. Gr. §. 609. p. 1231.

V. 1249. πέρα ἢ λέγω] supra quam dico. Quibus verbis indicat Philoctetes etiam firmius sibi quam dicat certum esse manere, adeo ut, si se vi abstrahere velint, potius mortem sibi consciscere constituerit. HERM. [Hyperbolicam locutionem exemplis apte illustravit Fritzsch. in Qu. Lucian. p. 121.]

V. 1252. πέπαυμαι] Vide Matth. Gr. §. 500. p. 947.

V. 1254. τὸν βίον] Vide v. 931.

V. 1255. Duabus de causis Philoctetes Neoptolemum negat suam sibi unquam conciliare

ὅςτις γ' ἐμοῦ δόλοισι τὸν βίον λαβὼν
ἀπεστέρηκας, κᾆτα νουθετεῖς ἐμὲ
ἐλθών, ἀρίστου πατρὸς αἴσχιστος γεγώς.
ὄλοισθ', Ἀτρεῖδαι μὲν μάλιστ', ἔπειτα δὲ
ὁ Λαρτίου παῖς, καὶ σύ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

μὴ 'πεύξῃ πέρα·
δέχου δὲ χειρὸς ἐξ ἐμῆς βέλη τάδε.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

πῶς εἶπας; ἆρα δεύτερον δολούμεθα;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἀπώμοσ' ἁγνὸν Ζηνὸς ὑψίστου σέβας.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ὦ φίλτατ' εἰπών, εἰ λέγεις ἐτήτυμα.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τοὔργον παρέσται φανερόν. ἀλλὰ δεξιὰν
πρότεινε χεῖρα καὶ κράτει τῶν σῶν ὅπλων.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἐγὼ δ' ἀπαυδῶ γ', ὡς θεοὶ ξυνίστορες,
ὑπέρ τ' Ἀτρειδῶν τοῦ τε σύμπαντος στρατοῦ.

ἔχθιστος.

V. 1260. Libri οὐκ ἄρα et οὐκ ἆρα. Cum Hermanno οὐκ delevi.

V. 1261. Sic scripsi auctore Porsono ad Med. 750.; libri ἁγνοῦ Ζηνὸς ὕψιστον. At inepta locutio ὕψιστον σέβας.

posse benevolentiam, primum quod arcu se turpiter privarit, deinde quod, postquam fraudem illam turpissimam commiserit, iterum ad se accedere audeat, ut aliquid consilii sibi det. Κᾆτα autem recte hoc sensu dicitur: καὶ ἐπεὶ ἀπεστέρηκας. Simillime καὶ τότε Sophocles dixit O. R. 1517. λέξεις, καὶ τότ' (i. e. ἐὰν λέξῃς) εἴσομαι κλύων. O. C. 1733. ἄγε με, καὶ τότ' (i. e. ἐὰν ἀγάγῃς) ἐπενάριξον.

V. 1261. Proprie dicitur ἀπώμοσα, quum Neoptolemus neget se Philoctetam δολοῦν. SCHAEF. De aoristi significatione Herm. ad Vig. n. 209. et Matth. Gr. §. 506. conferantur. Ζηνὸς σέβας dictum pro Ζῆνα σεβάσμιον. Cfr. Matth. Gr. §. 430. p. 799.

V. 1265. Schol.: μαρτύρομαι τοὺς θεούς, ὅτι ὃ ποιῶ εἰς χάριν καὶ σωτηρίαν ποιῶ τῶν Ἀτρειδῶν. Hic videtur ὡς non cum θεοὶ ξυνίστορες, sed cum ὑπὲρ Ἀτρ. construxisse, quae

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

τέκνον, τίνος φώνημα; μῶν Ὀδυσσέως
ἐπῃσθόμην;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

σάφ' ἴσθι· καὶ πέλας γ' ὁρᾷς,
ὅς σ' ἐς τὰ Τροίας πεδί' ἀποστελῶ βίᾳ,
ἐάν τ' Ἀχιλλέως παῖς, ἐάν τε μὴ θέλῃ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἀλλ' οὔτι χαίρων, ἢν τόδ' ὀρθωθῇ βέλος.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἆ, μηδαμῶς, μὴ πρὸς θεῶν, μεθῇς βέλος.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

μέθες με, πρὸς θεῶν, χεῖρα, φίλτατον τέκνον.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὐκ ἂν μεθείην.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

φεῦ· τί μ' ἄνδρα πολέμιον
ἐχθρόν τ' ἀφείλου μὴ κτανεῖν τόξοις ἐμοῖς;

V. 1272. Recte Tricliniani semel ἆ habent; ceteri libri, quos Brunck. secutus est, ἆ ἆ.

V. 1276. Ita cum Brunckio scripsi consentiente, ut videtur, Γ; ceteri libri ἀλλ' οὔτ' ἐμοὶ καλὸν τοῦτ' ἐστὶν οὔτε σοί. Vide quae in Advers. p. 29. exposui. Audacissime Hermannus ἀλλ' οὔτι χαίρων, ἢν γε μὴ φύγῃς πτεροῖς.

V. 1273. μέθες με χεῖρα] Schema quod vocant καθ' ὅλον καὶ μέρος. Vide Matth. Gr. §. 421. not. 5. Rost. §. 104. 6.

V. 1274. οὐκ ἂν μεθείην] Cfr. Matth. Gr. §. 515. β.

V. 1275. ἀφείλου μὴ κτανεῖν] Ἀφαιρεῖσθαι sequente infinitivo poetis usurpatur sensu potestatem auferendi, h. e. impediendi. Eur. Hipp. 1207. ὥστ' ἀφῃρέθη Σκείρωνος ἀκτὰς ὄμμα τοὐμὸν εἰσορᾶν. Eo autem sensu, sicut alia verba negationem rei continentia, particulam μὴ pleonastice adsciscit

Von diesem letzteren Gesichtspunkte aus betrachtet der Verfasser des gegenwärtigen Werkchens das Conversations-Lexicon, und fühlte lebhaften Beruf, dem Dilettanten eine, nach solchen höheren Begriffen entworfene Anleitung zum würdigeren Gebrauche desselben in der Form eines Versuches vorzulegen. Indem er darin durch Andeutungen in Beziehung auf die Erhabenheiten und Eigenthümlichkeiten einer jeden Wissenschaft, den Blick des sinnigeren Lesers fesselt, um genau auf den jedesmaligen Punkt concentrirt, giebt er demselben zugleich durch die, nach den verschiedenen Gegenständen getrennten systematischen Verzeichnisse der einschlagenden Artikel — welche dem Werkchen einen reellen Werth verleihen — ein bequemes Hülfsmittel in die Hand, das Wissenswürdigste einer jeden Abtheilung aus dem Inhalte des Conversations-Lexicons herauszuheben und solchergestalt bei der geistigen Aneignung des letzteren einen geregelteren Weg zu verfolgen.

Die Art und Weise, wie der Verfasser die Gegenstände auffasst, und sie in einfach-geschmackvollem Gewande vor den Blicken seiner Leser vorüberführt, wird und muss den Dilettanten auf das lebhafteste ansprechen, und sein gemüthlicher, — oft tiefgefühlter — Vortrag wird gewiss in dem Herzen dessen einen Anklang finden, „der,“ wie der Verfasser in der Einleitung sagt, „hochherzig und vielseitig genug ist, Wissenschaft und Kunst in einen

einzigen grossartigen Begriff zusammenzufassen, und deren Gesammtgebiet als die eigentliche Monarchie des menschlichen Genius, als den Vereinigungspunkt unseres höheren und besseren Seyns zu betrachten.“

Das Bedürfniss seiner Leser und seine eigne Stellung berücksichtigend, hat der Verfasser bei Behandlung der verschiedenen Materien die strengwissenschaftliche Seite mehr in den Hintergrund treten, dagegen aber eine von blühender Phantasie unterstützte ästhetische Auffassung überall vorwalten lassen, und dadurch allen, auch selbst solchen Gegenständen, welche dem Dilettanten gemeinhin trocken und abschreckend erscheinen, z. B. der Arithmetik etc. neue und interessante Seiten abzugewinnen gewusst. In dieser Beziehung sagt er in der Einleitung:

„Ich will keineswegs ein trockenes Sachregister, sondern eine von lebendiger Anschauung ausgehende gemüthliche Charakteristik der Wissenschaften und Künste, als des ewig Wahren und Schönen, geben, und diesem heiteren Zwecke wird man überall die strengwissenschaftliche Seite untergeordnet finden. Letztere bleibt billig dem Conversations-Lexicon selbst vorbehalten, um welches sich das gegenwärtige Werkchen nur liebkosend und spielend, gleich dem Epheu um die mächtige Eiche, schlingen soll.“

Ein nach solchen Grundsätzen verfasstes Werkchen wird sich hoffentlich des Beifalls eines für das Gute und Edle empfänglichen Publicums zu erfreuen haben, und in diesem Falle soll die zweite Abtheilung, welche „Kunst“ zum Gegenstande haben wird, in der Kürze nachfolgen.

Da sich dieses Werk selbst in den Händen Unbemittelter befindet, so halten wir es für Pflicht, dessen Preis so gering als möglich zu setzen und nehmen für das Alphabet von 23, in gross 8. gedruckte Bogen auf gutes Papier und guten Lettern von den Subscribenten 1 Rthlr. oder 1 fl. 48 kr., und bei 10 Exemplaren geben wir das 11te frei. Bei Velinpapier zahlen dieselben 1 Rthlr. 12 gr., bei Postpapier 1 Rthlr. 6 gr. Die erste Abtheilung wird kein Alphabet betragen. Da alle Buchhandlungen ganz gleiche Bedingungen halten, so ist es billig, sich an die zunächst liegende um so mehr zu wenden, da wir durch directe Bestellungen keine grössern Vortheile gewähren können.

Gotha, am 25. Juli 1830.

Hennings'sche Buchhandlung.

BIBLIOTHECA GRAECA

VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA ET COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO IACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

A.

POETARUM

VOL. IX.

CONTINENS

SOPHOCLIS TRAGOEDIARUM VOL. I.

ED.

EDUARDUS WUNDERUS.

GOTHAE ET ERFORDIAE

SUMPTIBUS GUIL. HENNINGS.

MDCCCXXXII.

SOPHOCLIS

TRAGOEDIAE.

RECENSUIT ET EXPLANAVIT

EDUARDUS WUNDERUS.

VOL. I. SECT. II.

CONTINENS

OEDIPUM REGEM.

GOTHAE ET ERFORDIAE
SUMPTIBUS GUIL. HENNINGS.
MDCCCXXXII.

ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ

ΟΙΔΙΠΟΥΣ ΤΥΡΑΝΝΟΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.
ΙΕΡΕΥΣ.
ΚΡΕΩΝ.
ΧΟΡΟΣ ἐκ γερόντων Θηβαίων.
ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.
ΙΟΚΑΣΤΗ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΘΕΡΑΠΩΝ Λαΐου.
ΕΞΑΓΓΕΛΟΣ.

Egit utrumque Oedipum Polus, histrio nobilissimus, indicante Arriano apud Stobaeum S. XCVII, 28. De Polo vide A. Gell. VII, 5. et quae Moses du Soul ad Luciani, qui saepe eius mentionem facit, Iov. tragoed. 3. T. II. p. 645. attulit. HERM.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ
ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ
ΕΙΣ ΤΟΝ ΤΥΡΑΝΝΟΝ ΟΙΔΙΠΟΥΝ.

Λιπὼν Κόρινθον Οἰδίπους, πατρὸς νόθος
πρὸς τῶν ἁπάντων λοιδορούμενος ξένος,
ἦλθεν πυθέσθαι Πυθικῶν θεσπισμάτων,
ζητῶν ἑαυτὸν καὶ γένους φυτοσπόρον.
εὑρὼν δὲ τλήμων ἐν στεναῖς ἁμαξιτοῖς,
ἄκων ἔπεφνε Λάϊον γεννήτορα.
Σφιγγὸς δὲ δεινῆς θανάσιμον λύσας μέλος,
ᾔσχυνε μητρὸς ἀγνοουμένης λέχος.
λοιμὸς δὲ Θήβας εἷλε καὶ νόσος μακρά.
Κρέων δὲ πεμφθεὶς Δελφικὴν πρὸς ἑστίαν,
ὅπως πύθοιτο τοῦ κακοῦ παυστήριον,
ἤκουσε φωνῆς μαντικῆς θεοῦ πάρα,
τὸν Λαΐειον ἐκδικηθῆναι φόνον.
ὅθεν μαθὼν ἑαυτὸν Οἰδίπους τάλας
πόρπαισι δισσὰς ἐξανάλωσεν κόρας,
αὐτὴ δὲ μήτηρ ἀγχόναις διώλετο.

V. 7. G. **Dindorfius** ex *Γ* codice θνήσιμον recepit.

ΔΙΑ ΤΙ ΤΥΡΑΝΝΟΣ ΕΠΙΓΕΓΡΑΠΤΑΙ.

Ο ΤΥΡΑΝΝΟΣ ΟΙΔΙΠΟΥΣ ἐπὶ διακρίσει θατέρου ἐπιγέγραπται. χαριέντως δὲ ΤΥΡΑΝΝΟΝ ἅπαν-

τες αὐτὸν ἐπέγραφον, ὡς ἐξέχοντα πάσης τῆς Σοφοκλέους ποιήσεως, καίπερ ἡττηθέντα ὑπὸ Φιλοκλέους, ὥς φησι Δικαίαρχος [1]). εἰσὶ δὲ καὶ οἱ ΠΡΟΤΕΡΟΝ αὐτόν, οὐ ΤΥΡΑΝΝΟΝ, ἐπιγράφοντες, διὰ τοὺς χρόνους τῶν διδασκαλιῶν καὶ διὰ τὰ πράγματα· ἀλήτην γὰρ καὶ πηρὸν Οἰδίποδα τὸν ἐπὶ Κολωνῷ εἰς τὰς Ἀθήνας ἀφικνεῖσθαι [2]). ἴδιον δέ τι πεπόνθασιν οἱ μεθ' Ὅμηρον ποιηταὶ τοὺς πρὸ τῶν Τρωϊκῶν βασιλεῖς ΤΥΡΑΝΝΟΥΣ προσαγορεύοντες, ὀψέ ποτε τοῦδε τοῦ ὀνόματος εἰς τοὺς Ἕλληνας διαδοθέντος, κατὰ τοὺς Ἀρχιλόχου χρόνους, καθάπερ Ἱππίας ὁ σοφιστής φησιν. Ὅμηρος γοῦν τὸν πάντων παρανομώτατον Ἔχετον βασιλέα φησὶ καὶ οὐ τύραννον (Ὀδυσσ. σ'. 84.)

Εἰς Ἔχετον βασιλῆα, βροτῶν δηλήμονα.

προσαγορευθῆναι δέ φασι τὸν τύραννον ἀπὸ τῶν Τυῤῥηνῶν· χαλεποὺς γάρ τινας περὶ λῃστείαν τούτους γενέσθαι. ὅτι δὲ νεώτερον τὸ τοῦ τυράννου ὄνομα, δῆλον. οὔτε γὰρ Ὅμηρος, οὔτε Ἡσίοδος, οὔτε ἄλλος οὐδεὶς τῶν παλαιῶν τύραννον ἐν τοῖς ποιήμασιν ὀνομάζει. ὁ δὲ Ἀριστοτέλης ἐν Κυμαίων πολιτείᾳ τοὺς τυράννους φησὶ τὸ πρότερον ΑΙΣΥΜΝΗΤΑΣ [3]) προσαγορεύεσθαι. εὐφημότερόν γ' ἐκεῖνο τοὔνομα.

1) „Dicaearchus Siculus fuit, Aristotelis auditor, philosophus, orator, geometres, qui plura scripsit, de quibus Suidas et Menag. ad Diog. Laert. III, 4." Ita I. M. Heusingerus ad Cic. off. II, 5, 4., quo loco Dicaearchus audit Peripateticus magnus et copiosus. cfr. argumentum Aiacis. BOTHIUS.

2) Quosdam fuisse dicit, qui Oedipum priorem, non Regem, drama hoc inscripserint, habita ratione tam temporis, quo fuit editum, quam rerum in eo exhibitarum. Quippe diu ante alterum Oedipum, quem Sophocles extrema in senectute fecit, in scenam inducta fuit haec fabula; et Colonum adiit Oedipus longo tempore postquam se ipse occaecaverat. BR.

3) Disputat Aristoteles de *αἰσυμνητείᾳ* Polit. III, 11.

Α Λ Λ Ω Σ.

Ὁ Τύραννος Οἰδίπους πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ ἐν τῷ Κολωνῷ ἐπιγέγραπται. τὸ κεφάλαιον δὲ τοῦ δρά-

ματος γνῶσις τῶν ἰδίων κακῶν Οἰδίποδος, πήρωσίς τε τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ δι' ἀγχόνης θάνατος Ἰοκάστης.

Hoc argumentum abest in Aldina et editt. Brunckii. ERF.

ΧΡΗΣΜΟΣ ΔΟΘΕΙΣ ΛΑΙΩι.

Λάϊε Λαβδακίδη, παίδων γένος ὄλβιον αἰτεῖς.
δώσω τοι φίλον υἱόν· ἀτὰρ πεπρωμένον ἐστὶ
σοῦ παιδὸς χείρεσσι λιπεῖν φάος. ὣς γὰρ ἔνευσε
Ζεὺς Κρονίδης, Πέλοπος στυγεραῖς ἀραῖσι πιθήσας,
οὗ φίλον ἥρπασας υἱόν· ὁ δ' ηὔξατό σοι τάδε πάντα.

V. 3. σοῦ παιδὸς ex Γ et Δ codd. rescripsi. Vulgo παιδὸς ἑοῦ.

ΤΟ ΑΙΝΙΓΜΑ ΤΗΣ ΣΦΙΓΓΟΣ.

Ἔστι δίπουν ἐπὶ γῆς καὶ τέτραπον, οὗ μία φωνή,
καὶ τρίπον· ἀλλάσσει δὲ φυὴν μόνον, ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν
ἑρπετὰ κινεῖται ἀνά τ' αἰθέρα καὶ κατὰ πόντον.
ἀλλ' ὁπόταν πλείστοισιν ἐρειδόμενον ποσὶ βαίνῃ,
ἔνθα τάχος γυίοισιν ἀφαυρότατον πέλει αὐτοῦ.

V. 4. ἐρειδόμενον ex Γ recepi pro vulgato ἐπειγόμενον.

ΛΥΣΙΣ ΤΟΥ ΑΙΝΙΓΜΑΤΟΣ.

Κλῦθι καὶ οὐκ ἐθέλουσα, κακόπτερε Μοῦσα θανόντων,
　　φωνῆς ἡμετέρης σὸν τέλος ἀμπλακίης.
ἄνθρωπον κατέλεξας, ὅς, ἡνίκα γαῖαν ἐφέρπει,
　　πρῶτον ἔφυ τετράπους νήπιος ἐκ λαγόνων·
γηραλέος δὲ πέλων τρίτατον πόδα βάκτρον ἐρείδει,
　　αὐχένα φορτίζων, γήραϊ καμπτόμενος.

De hac solutione aenigmatis ipsoque aenigmate commentantem vid. Iacobs. Animadv. ad Anthol. Gr. Vol. III. P. II. p. 350 sqq. ERF.

Post haec argumenta non inutile videtur fabulam Oedipi, quemadmodum a Sophocle ad scenam composita est, tradere ita, ut in imo margine, sicubi a ceteris scriptoribus, qui de Oedipi fatis exposuere, dissentiat, adnotare non omittam. Idem factum iam ab Henr. Blümnero, in commentatione academica de Oedipo Rege, quae Lipsiae anno MDCCLXXXVIII. ex officina Breitkopfiana prodiit. In qua hoc egit vir doctissimus, ut primum commemoraret, qui poetae idem tractassent argumentum; deinde historiam Oedipi ex Sophocle ipso depromptam narraret; tum fabulae Sophocleae constitutionem et mores personarum consideraret; denique virtutes praecipuas exponeret et ab iniusta quorundam nostrae aetatis hominum reprehensione poetam vindicaret; postremo de Aristotelicae Poeticae locis nonnullis dissereret.

Commemorarunt autem de Oedipi fatis hi scriptores veteres: Homerus Odyss. XI, 271 — 280. *), Pherecydes apud Sturz. p. 187. ed. sec., pauca Aeschylus in Septem c. Thebas, Euripides in Phoenissis, Apollodorus III, 5, 7., Diodorus IV, 64., Pausanias IX, 5. p. 721. (T. IV. p. 20 sq. ed. Sieb.) et X, 5. p. 808. (T. IV. p. 181 sq.), Hyginus fab. 66. et 67., Scholia ad Hom. Od. l. l., et auctor argumenti Euripid. Phoenissarum, ex cod. Guelpherbytano enotati.

De fabulae Oedipodiae varietate et vicissitudine exposuit Schützius Exc. I. ad Aesch. Sept. c. Theb. p. 406 sqq.

---

*) Leguntur apud Homerum haec:

Μητέρα τ᾽ Οἰδιπόδαο ἴδον, καλὴν Ἐπικάστην,
ἣ μέγα ἔργον ἔρεξεν ἀϊδρείῃσι νόοιο
γημαμένη ᾧ υἷι· ὁ δ᾽ ὃν πατέρ᾽ ἐξεναρίξας
γῆμεν· ἄφαρ δ᾽ ἀνάπυστα θεοὶ θέσαν ἀνθρώποισιν.
ἀλλ᾽ ὁ μὲν ἐν Θήβῃ πολυηράτῳ ἄλγεα πάσχων
Καδμείων ἤνασσε, θεῶν ὀλοὰς διὰ βουλάς·
ἡ δ᾽ ἔβη εἰς Ἀΐδαο πυλάρταο κρατεροῖο,
ἁψαμένη βρόχον αἰπὺν ἀφ᾽ ὑψηλοῖο μελάθρου,
ᾧ ἄχεϊ σχομένη· τῷ δ᾽ ἄλγεα κάλλιπ᾽ ὀπίσσω
πολλὰ μάλ᾽, ὅσσα τε μητρὸς Ἐρινύες ἐκτελέουσιν.

In Iliade XXIII, 679. his verbis mentio Oedipi iniicitur:

ὅς (Εὐρύαλος) ποτε Θήβασδ᾽ ἦλθε δεδουπότος Οἰδιπόδαο
ἐς τάφον· ἔνθα δὲ πάντας ἐνίκα Καδμείωνας.

FABULA OEDIPI,

QUALIS AB SOPHOCLE AD SCENAM COMPOSITA EST.

Laius, filius Labdaci, rex Thebarum, Iocasten [1]), filiam Menoecei, sororem [2]) Creontis (70. 577.), in matrimonium duxerat. Ex ea autem si qui filius sibi natus esset, ab eo se occisum iri Apollinis oraculo monitus erat (711 — 714. 1175 sq.). Cui fato ne succumberet [3]), filium, quem Iocaste peperit, tertio die postquam natus erat, traiectis ferrea fibula pedibus (718. 1032 sqq.), unde infanti nomen Oedipi datum (1036.), per Iocasten (1173 — 1175. 718 sq.) servo pastori occidendum tradidit. Is vero misericordia ductus (1178.) infantem servo Polybi, regis Corinthi, in Cithaerone monte, ubi greges ille pascebat (1026 sqq. 1133 — 1139.), credidit, in eam, unde erat ille, civitatem ductum iri ratus (1178 sq.). A quo quum Corinthum asportatus esset, a Polybo, qui nullos dum liberos ex Merope [4]) uxore procreasset, adoptatus et educatus (1021 — 1024.) est [5]). Eius filium quum

---

[1]) Homerus Od. l. l. Epicasten vocat. Vide Eustath. ad illum locum.

[2]) Diodorus l. l. Iocasten filiam Creontis facit his verbis: *Λάϊος, ὁ Θηβῶν βασιλεύς, γήμας Ἰοκάστην, τὴν Κρέοντος* etc.

[3]) Ab Aeschylo Sept. c. Theb. 742 — 753. ed. Blomf. ter monitus ab Apolline Oedipus, ne filium procrearet, sed *κρατηθεὶς ἐκ φίλων ἀβουλίαις* genuisse filium dicitur; ab Euripide Phoen. 21. et ab Apollodoro l. l. ebrius, a Diodoro oblitus oraculi cum uxore concubuisse traditur. Sophocles nihil ea de re monuit.

[4]) Ab Apollodoro et Hygino fab. 66. appellatur Periboea; Schol. ad O. R. 785: *Φερεκύδης φησὶ Μέδουσαν εἶναι τὴν Πολύβου γυναῖκα, θυγατέρα δὲ Ὀρσιλόχου, τοῦ ἀδελφειοῦ. οἱ δὲ Ἀντιοχίδα, τὴν Χάλκωνος.* De Pherecydis fragm., quod est LXXI. apud Sturzium, vide Sturz. p. 206.

[5]) Euripides Phoen. 24 — 31. et Apollodorus l. l. infantem narrant a pastoribus Lai expositum in Cithaerone, tum repertum a pastoribus Polybi et traditum uxori eius esse, quam marito eum ut a se partum obtulisse dicunt. Hyginus ab ipsa Polybi uxore infantem, quum esset expositus, sublatum refert.

se putaret Oedipus, vehementer exacerbatus est, quum sibi aliquando in convivio ab homine ebrio exprobratum esset, quod suppositus Polybo esset (779 sq.). Parentum, ad quos iratus rem detulit, responsione non contentus, quum altius in pectus eius opprobrium descendisset, insciis illis (787.) Delphos adiit, Apollinem, quibus parentibus natus esset, consulturus. A quo de re ipsa, quam quaerebat, nihilo certior factus hoc tulit responsum, patris se occisorem, matris maritum, generisque detestandi auctorem fore. Quod ne eveniret, Polybi et Meropes filium se esse ratus, Corinthum vitavit (997 sq.) et in Boeotiam delatus est. Phocidem autem quum transgrederetur, in via angusta (733 sq. 800.) Laio [6]), qui curru vehebatur, obviam venit. Ab eius auriga quum violenter e via deiectus esset, orta altercatione Laium, patrem suum esse ignorans, eiusque comites (752 sq. 813.), in quibus praeco erat [7]), uno excepto servo (118. 756.), qui aufugerat, omnes [8]) occidit (774 — 813.). Caede perpetrata Thebas venit (736.), ubi quum Sphingem [9]), quae tum temporis Thebanos

---

6) Ab Euripide, quocum Diodorus l. l. consentit, Phoen. 36. Laius Delphos profectus dicitur, *τὸν ἐκτεθέντα παῖδα μαστεύων μαθεῖν, εἰ μηκέτ' εἴη.*

7) Secundum Apollodorum praeconi nomen Polyphontes erat.

8) Laium Damasistratus sepeliisse dicitur ab Apollodoro l. l. et a Pausania L. X. c. 5. — Porro Creontem occiso Laio regnum occupasse, et, quum Thebani a Sphinge vexarentur, ei, qui aenigma a monstro illo propositum solvisset, regnum se et Iocasten sororem in coniugium daturum promisisse Diodorus et Hyginus, et maximam partem Euripides quoque Phoen. 45 — 52., referunt.

9) De Sphinge ex Apollodoro haec, quorum nihil fere apud Sophoclem legitur, placet adferre: *Τούτου δὲ βασιλεύοντος (Κρέοντος), οὐ μικρὰ συμφορὰ κατέσχε Θήβας. ἔπεμψε γὰρ Ἥρα Σφίγγα, ἣ μητρὸς μὲν Ἐχίδνης ἦν, πατρὸς δὲ Τυφῶνος· εἶχε δὲ πρόσωπον μὲν γυναικός, στῆθος δὲ καὶ βάσιν καὶ οὐρὰν λέοντος, καὶ πτέρυγας ὄρνιθος· μαθοῦσα δὲ αἴνιγμα παρὰ Μουσῶν ἐπὶ τὸ Φίκειον ὄρος ἐκαθέζετο, καὶ τοῦτο προύτεινε*

magnopere vexaret, soluto quod proponebat aenigmate (35 sq. 391 — 398. 693 sqq. 1198 sqq.) sustulisset, et rex Thebanorum factus est et maritus Iocastes (1202 sqq.), ex qua quattuor ei liberi nati sunt [10]). Multis annis post quum pestis Thebis grassaretur, Oedipus, ut calamitati occurreret, Creontem, qui Apollinem consuleret, Delphos misit (22 — 72.). Is responsum retulit Lai occisorem, qui Thebis versaretur, aut urbe pellendum aut interficiendum esse (96 — 107.) [11]). Eum quum Oedipus inve-

---

Θηβαίοις. ἦν δὲ τὸ αἴνιγμα· τί ἐστιν, ὃ μίαν ἔχον φωνὴν τετράπουν καὶ δίπουν καὶ τρίπουν γίνεται; Χρησμοῦ δὲ Θηβαίοις ὑπάρχοντος, τηνικαῦτα ἀπαλλαγήσεσθαι τῆς Σφιγγός, ἡνίκα ἂν τὸ αἴνιγμα λύσωσι, καὶ συνιόντες εἰς αὐτὸ πολλάκις, ἐζήτει τί τὸ λεγόμενόν ἐστιν. ἐπ᾽ ἂν δὲ μὴ εὕρισκον, ἁρπάσασα ἕνα κατεβίβρωσκε. πολλῶν δὲ ἀπολλυμένων, καὶ τὸ τελευταῖον Αἵμονος τοῦ Κρέοντος, κηρύσσει Κρέων τῷ τὸ αἴνιγμα λύσοντι καὶ τὴν βασιλείαν καὶ τὴν Λαΐου δώσειν γυναῖκα. Οἰδίπους δ᾽ ἀκούσας ἔλυσεν, εἰπὼν — τὸ βάκτρον. Ἡ μὲν οὖν Σφὶγξ ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως ἑαυτὴν ἔῤῥιψεν. Haec extrema eodem modo tradunt Diodorus, Hyginus, et auctor argumenti Eur. Phoen. ex cod. Guelph. enotati. Euripides Phoen. occisam ab Oedipo Sphingem canit. Idem de Sphinge quaedam dicit ibid. 813 — 818.

10) Nomina horum fuerunt Eteocles, Polynices, Antigone et Ismene. Secundum alios autem scriptores non ex Iocaste, sed ex Euryganía, Hyperphantis filia, hos liberos natos habuit. Vide Apollodorum l. l. Idem propter Homeri Od. XI, 271 sqq. statuit Pausanias L. IX. c. 5., quem vide. Adde Pherecyd. fragm. LII. p. 187., ubi conferatur Sturzius.

11) Ab solo Sophocle haec narrantur. Similia quaedam habet Hyginus fab. 67.: Interim Thebis sterilitas frugum et penuria incidit ob Oedipodis scelera; interrogatusque Tiresias, quid ita Thebae vexarentur, respondit: si quis ex Draconteo genere superesset, et pro patria interisset, pestilentia liberaturum. Tum Menoeceus, Iocastae pater, se de muris praecipitavit. Dum haec Thebis geruntur, Corintho Polybus decedit. Quo audito Oedipus moleste ferre coepit, aestimans pa-

stigare summopere studet, multarum rerum fortuito concursu a se ipso Laium patrem interfectum esse intelligit. Tum Iocaste suspendio vitam finiit [12]; Oedipus vero in summam desperationem adductus fibulis ex veste Iocastes detractis oculos sibi effodit [13].

De eximiis huius tragoediae virtutibus optime Manso in dissertatione, quam versioni huius fabulae vernaculae, quae Gothae anno 1785. prodiit, praemisit, et Blümnerus in commentatione academica, quam supra memoravi, p. 12 — 49. exposuerunt; qui iidem homines illos doctosne dicam an indoctos, qui plura in hac fabula reprehendenda putarunt, arrogantiae et inscitiae suae bene convicerunt. Magno cum fructu legentur etiam quae Fr. Iacobsius in Supplem. ad Sulzeri Theor. Artt. IV. 1. p. 106 sqq. subtiliter et acute, ut solet, exposuit. Pauca nec ea satis exquisita Aug. Guil. Schlegel. de arte dram. T. I. p. 176 — 182. de hac tragoedia scripsit.

---

trem suum obisse, cui Periboea de eius suppositione palam fecit. Id Itemales senex, qui eum exposuerat, ex pedum cicatricibus et talorum agnovit Lai filium esse.

12) De hac Iocastae nece tacent Diodorus, Pausanias et Hyginus. Secundum Euripidem Phoen. 1465. Iocaste post mutuam demum filiorum caedem gladio se perstringit.

13) De Oedipi caecitate nihil legitur apud Diodorum et Pausaniam.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ ΤΥΡΑΝΝΟΣ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ τέκνα, Κάδμου τοῦ πάλαι νέα τροφή,
τίνας ποθ' ἕδρας τάςδε μοι θοάζετε

V. 1 sqq. Praeclare poeta ita exorsus est fabulam, ut eximium et paternum Oedipi in populum studium pariter atque pium gratumque populi in regem suum animum ostenderet. Quo factum est, ut auditores non possent non maxima misericordia ac sollicitudine commoveri, quum Oedipum, quem egregiis virtutibus praeditum nossent, in sceleris suspicionem vocari et in summum adduci discrimen viderent. — ὦ τέκνα] Paternum Oedipus in populum animum hac appellatione prodit. Camerarius confert Hom. Od. ε, 12. ὡς οὔτις μέμνηται Ὀδυσσῆος θείοιο λαῶν, οἷσιν ἄνασσε, πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν. In sequentibus Thebani appellantur Κάδμου τοῦ πάλαι νέα τροφή, veteris Cadmi nova progenies, quasi a Cadmo ipso, Cadmeae conditore, originem duxerint, eodem modo, quo Athenienses, monente Musgravio, ab Aeschylo Eum. 1014. παῖδες Κραναοῦ vocantur. Eadem ratione Euripides Phoen. 815. Thebanos Καδμογενῆ γένναν appellavit. Similiter infra 29. urbs Thebarum δῶμα Καδμεῖον dicitur. Postremo notanda locutio rarior, τροφή τινος, progenies alicuius. Conferri licet Soph. Ant. 918. παιδείου τροφῆς. Phil. 4. τραφεὶς τινος, natus alicuius, et Eur. Cycl. 189. μηκάδων ἀρνῶν τροφαί.

V. 2. τίνας — θοάζετε] proprie τίνες εἰσὶν αἵδε αἱ ἕδραι, ἃς θοάζετε (cfr. Matth. Gr. Gr. §. 472. 4. p. 882.), i. e. τί ἐστι τὸ θάκημα τῶνδε τῶν ἑδρῶν, sive, ut recte interpretatur Brunckius, διὰ τί προςθακεῖτε τάςδε τὰς ἕδρας; coll. Oed. Col. 1166. τίς δῆτ' ἂν εἴη τήνδ' ὁ προςθακῶν ἕδραν; De accusativo cum θοάζειν iuncto

ἱκτηρίοις κλάδοισιν ἐξεστεμμένοι;
πόλις δ' ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων γέμει,
ὁμοῦ δὲ παιάνων τε καὶ στεναγμάτων·
ἀγὼ δικαιῶν μὴ παρ' ἀγγέλων, τέκνα,
ἄλλων ἀκούειν, αὐτὸς ὧδ' ἐλήλυθα,
ὁ πᾶσι κλεινὸς Οἰδίπους καλούμενος.
ἀλλ', ὦ γεραιέ, φράζ', ἐπεὶ πρέπων ἔφυς
πρὸ τῶνδε φωνεῖν, τίνι τρόπῳ καθέστατε,

vide ad Philoct. 144 sq. Ceterum θοάζειν sedendi notione hic dictum esse non solum Plutarchus de aud. poet. p. 22. E. disertis verbis monet, sed etiam sententia huius loci probatur, cui festinandi notionem, qua Erfurdt. et Herm. hoc verbum acceperunt, explicantes hunc locum: cur hanc mihi sessionem festinatis? nullo pacto convenire verissime et ex animi mei sententia monuit Buttmann. Lexil. T. II. p. 105 — 109. Nolo cetera, quae non monita sunt a Buttmanno, commemorare, quae interpretationi illi adversantur. Idem hoc quoque demonstravit, eadem notione sedendi verbum θοάζειν ab Aeschyl. Suppl. 610. usurpatum esse.

V. 3. ἱκτηρ. κλάδοισιν ἐξεστ.] ramis olivae velati, i. e. instructi ramis olivae, quos manibus tenebant, lana obvolutis. Cfr. Aesch. Suppl. 22 sq. Nam κλάδος ἱκτήριος sive, quod idem valet, ἱκτηρία est, ut veteres lexicographi interpretantur, κλάδος ἐλαίας ἐρίῳ πεπλεγμένος: idem igitur atque στέμμα (vide Eur. Suppl. 36.) et στέφος (vid. huius fab. 913. , latine velamen et velamentum. Vide interpp. ad Aristoph. Plut. 383. Vol. I. p. 201. ed. Dind. et ad Plaut. Amphitr. I, 1, 101., inprimis Heyn. ad Virg. Aen. VII, 154. et Serv. ad Aen. XI, 101.

V. 4 sq. Schol.: πόλις δ' ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων· οἱ μὲν μηδὲν πεπονθότες ἐπὶ ἀποτροπῇ τοῦ κακοῦ θύουσιν καὶ παιᾶνας ᾄδουσιν. οἱ δὲ ἐπταικότες ἐπὶ τοῖς οἰκείοις κακοῖς ἀποιμώζουσιν. — Cohaerent haec cum antecedentibus ita: Cur tam sollemni pompa huc sessum ivistis, dum tota civitas squalore et luctu plena dis supplicat, ut summa quibus urgetur mala averruncent?

V. 6 sq. παρ' ἀγγέλων — ἄλλων] a nuntiis et quidem ab aliis quam a vobis ipsis. Sic Eur. Or. 531. τί μαρτύρων ἄλλων ἀκούειν δεῖ μ' ἅ γ' εἰσορᾶν πάρα; Vide quae ad Philoct. 38. adnotavi. De hiatu τέκνα ἄλλων vide O. C. 1263 sq. θρεπτήρια· ἀγώ. Trach. 324 sq. ἐλάσσονα· ἀλλ'. ibid. 934 sq. οὕνεκα ἄκουσα.

V. 9. ὦ γεραιέ] Qui sacerdos Iovis fuit, ut ex v. 18. apparet.

V. 10. τίνι τρ. καθέστατε] Recte Stallbaum. ad Plat. Phil. p. 44. vituperat Brunckium, τίνι τρόπῳ vertentem, quare, quamobrem; neque enim καθέστατε per se esse po-

δείσαντες, ἢ στέρξαντες; ὡς θέλοντος ἂν
ἐμοῦ προςαρκεῖν πᾶν. δυςάλγητος γὰρ ἂν
εἴην, τοιάνδε μὴ οὐ κατοικτείρων ἕδραν.

ΙΕΡΕΥΣ.

ἀλλ', ὦ κρατύνων Οἰδίπους χώρας ἐμῆς,
ὁρᾷς μὲν ἡμᾶς ἡλίκοι προςήμεθα
βωμοῖσι τοῖς σοῖς· οἱ μὲν οὐδέπω μακρὰν
πτέσθαι σθένοντες· οἱ δὲ σὺν γήρᾳ βαρεῖς

test hic constitistis, hic versamini, sed est pro πῶς διάκεισθε, quod explicatur verbis δείσαντες, ἢ στέρξαντες. MATTH.

V. 11. στέρξαντες] Valet hic στέργειν petere, cupere, orare, ut O. C. 1094. BR. Hoc dicit: utrum deorum iram atque poenam ob impium aliquod facinus metuentes, an auxilium in praesente calamitate desiderantes? — ὡς θέλοντος ἂν ἐμοῦ i. e. ἐπεὶ ἐθέλοιμι ἂν ἐγώ. Vide Matth. §. 568. 2.

V. 12. Schol.: δυςάλγητος· σκληρός, δυςμετάκλαστος, ἀναλγής, ἀπαθής, ἀνελεής.

V. 13. μὴ οὐ κατοικτείρων] Quae ante μὴ οὐ particulas praegredi debet negatio, ea continetur voce δυςάλγητος. Nam δυςάλγητος ἂν εἴην, ut monitum est ab Hermanno, valet οὐκ ἂν εἴην οἰκτίρμων. De participio, quod post μὴ οὐ sequitur, vide Matth. §. 609. 2. p. 1230.

V. 16. βωμοῖσι τοῖς σοῖς] Non aris tibi dicatis, sed aris pro foribus tuarum aedium positis. Veterum hic mos notus. Plautus Curcul. I, 1, 71.: Nunc ara Veneris haec est ante horum fores. Lenonis erat domus, quem consentaneum erat Venerem pro tutelari dea colere. At plerumque ante aedes honestiores Apollinis erant arae τοῦ Ἀγυιέως. Aristoph. Vesp. 875. γεῖτον Ἀγυιεῦ τοὐμοῦ προθύρου. Plautus Bacchid. II, 1. Saluto te, vicine Apollo, qui aedibus propinquus nostris adcolis, veneroque te. Vide El. 637. 1375. Eur. Phoen. 281. 640. BR. Cfr. Dorvill. ad Charit. III, 2. p. 349 sq. Valck. ad Eur. Phoen. 634., Stanl. ad Aesch. Agam. 1089. Interpp. ad Horat. IV. Od. 6, 26. et huius fab. 919 (890. meae ed.).

V. 17 sq. πτέσθαι] Infantes non raro νεοσσοὶ audiunt; vide Eur. Troad. 752. Herc. f. 72. 984. Nota haec consuetudo Sophocleae metaphorae audaciam quodammodo mitigat. MUSG. De forma πτέσθαι cfr. Matth. §. 246. p. 481.

V. 17. σὺν γήρᾳ βαρεῖς] i. e. σὺν γήρᾳ ὄντες καὶ τούτῳ βαρεῖς, sive γήρᾳ, ᾧ σύνεισι (vide ad Phil. 266.), βαρεῖς. Similiter infra 1112 sq. dictum: ἔν τε γὰρ μακρῷ γήρᾳ ξυνᾴδει τῷδε τἀνδρὶ σύμμετρος, i. e. ἔν τε γὰρ μακρῷ γήρᾳ ἐστὶ καὶ τούτῳ ξυνᾴδει etc. Alius generis loci ii videntur, quos cum hoc Matth. §. 396. p. 726. confert.

ἱερῆς, ἐγὼ μὲν Ζηνός· οἱ δ' ἐπ' ἠθέων
λεκτοί· τὸ δ' ἄλλο φῦλον ἐξεστεμμένον
ἀγοραῖσι θακεῖ, πρός τε Παλλάδος διπλοῖς
ναοῖς, ἐπ' Ἰσμηνοῦ τε μαντείᾳ σποδῷ.
πόλις γάρ, ὥςπερ καὐτὸς εἰςορᾷς, ἄγαν
ἤδη σαλεύει, κἀνακουφίσαι κάρα
βυθῶν ἔτ' οὐχ οἵα τε φοινίου σάλου,
φθίνουσα μὲν κάλυξιν ἐγκάρποις χθονός,

V. 18. Libri ἱερεῖς, quod Brunckius in ἱερῆς, recentiores editt. in ἱερῆς iure mutarunt. Vide Buttm. Gr. ampl. T. I. p. 195. — Tum οἱ δ' ἐπ' dedi ex G. Dindorfi coniectura, pro-

V. 18. ἱερῆς, ἐγὼ μὲν Ζηνός] Sacerdotes legationibus adhibitos esse Eustathius p. 775, 21. (684, 28.) huius loci testimonio docet. HERM.

Ibid. ἐπ' ἠθέων λεκτοί] Eodem modo dictum, quo in Antig. 789. καί σ' οὔτ' ἀθανάτων φύξιμος οὐδείς, οὔτ' ἁμερίων ἐπ' ἀνθρώπων. De voc. ἤθεος cfr. Valck. ad Eur. Phoen. p. 349. et Ruhnk. ad Tim. p. 132.

V. 19. ἐξεστεμμένον] oleae ramis velatum. Vide ad v. 3.

V. 20. ἀγοραῖσι] Deorum simulacra in foris statui solita fuisse bene monet Iohnson., conferens Aesch. Sept. c. Theb. 278. — Παλλάδος διπλοῖς ναοῖς. Duplex Thebis fuit Minervae templum, alterum Oncaeae (vide Blomf. in gloss. ad Aesch. Sept. c. Theb. 483.), alterum, ut Scholiastae tradunt, Ismeniae, quod propterea verum videtur, quia pariter Apollo dicitur Ismenius. Ἀλαλκομενείας, i. e. opiferae, templum non in ipsa urbe, sed in vicinia eius fuisse memorant. ERF.

V. 21. Schol.: ἐπ' Ἰσμηνοῦ τε μαντείᾳ· καὶ γάρ ἐστι παρὰ τῷ Ἰσμηνῷ Ἀπόλλωνος ἱερόν. διὸ φησί· μαντείᾳ σποδῷ, τοῦτο δὲ ἀντὶ τοῦ βωμῷ, ὅτι διὰ τῶν ἐμπύρων ἐμαντεύοντο οἱ ἱερεῖς, ὡς φησὶ Φιλόχορος. Apollinis Ismenii mentionem fecit Pausanias in Boeot. c. 10., ubi et templum eius describit. — μαντείᾳ adiectivum est, ut Eurip. Troad. 458. Ion. 130. MUSG.

V. 24. ἔτ' οὐχ οἵα τε] i. e. οὐκέτι οἵα τε. Vide Matth. §. 609. p. 1231.

V. 25. Descriptionem hanc pestis, iterum aliis verbis retractatam v. 168 sqq., poetae, ni fallor, suggessit celebris illa Atheniensium calamitas, Thucydidi II, 49. diligenter enarrata, deinde et Lucretio lib. VI. MUSG.

V. 25. φθίνουσα κάλυξιν ἐγκ. χθονός] Dativi a φθίνουσα pendentis, quem dativum commodi vel incommodi dixeris, haec vis est, ut significet id, ad quod spectet sive pertineat interitus civitatis. Itaque ἡ πόλις φθίνει κάλυξιν valet: perit civitas sic, ut pereant simul folliculi. Conf. Rostii Gr. Gr. p. 507. ed. IV., ubi hunc ipsum locum explicatum invenies. Similia quaedam exempla attulit Matth. §. 400. 6., cuius tamen interpretatio non satis perspicua est. Terrae autem folliculi frugiferi

φθίνουσα δ' ἀγέλαις βουνόμοις, τόκοισί τε
ἀγόνοις γυναικῶν· ἐν δ' ὁ πυρφόρος θεὸς
σκήψας ἐλαύνει, λοιμὸς ἔχθιστος, πόλιν,
ὑφ' οὗ κενοῦται δῶμα Καδμεῖον, μέλας δ'
Ἅιδης στεναγμοῖς καὶ γόοις πλουτίζεται.
θεοῖσι μέν νυν οὐκ ἰσούμενόν σ' ἐγὼ
οὐδ' οἵδε παῖδες ἑζόμεσθ' ἐφέστιοι,
ἀνδρῶν δὲ πρῶτον ἔν τε συμφοραῖς βίου
κρίνοντες ἔν τε δαιμόνων ξυναλλαγαῖς·

posita in praef. ad Poet. scen. Graec. p. XIII. Libri οἱ δέ τ', Erfurdtius Hermannusque οἵδε τ'.

quum perire dicuntur, hoc significatur, fruges sive grana, antequam emergant e folliculis, in iis inclusa iam perire. Postremo κάλυκες χθονὸς similiter dictum atque in Phil. 707. ἱερᾶς γᾶς σπόρος.

V. 26. ἀγέλαις βουνόμοις] i. e. ἀγέλαις βοῶν νεμομένων. Cfr. Matth. §. 446. 3. c. — Sequentia τόκοισί τε ἀγόνοις γυναικῶν falso Passovius in lex. gr. voce ἄγονος explicat. Τόκοι ἄγ. γυναικῶν sunt partus sive foetus mulierum nondum editi, qui inclusi in ventribus mulierum eodem modo perire dicuntur, quo κάλυκες ἔγκαρποι χθονὸς interire paullo ante dicti sunt.

V. 27. ἐν δ'] Male hoc explicant πρὸς τούτοις δέ, ἐν αὐτοῖς δέ. Immo tmesis est, ut recte monet Reisig. ad O. C. p. XXXVII., pertinetque ἐν ad σκήψας, ut sit ἐνσκήψας. Vide Matth. §. 594. 2.

Ibid. ὁ πυρφόρος θεὸς pestis est (λοιμὸς statim subiicit Sophocles), quae deus dicitur eadem ratione, qua tempus El. 175. et φρόνησις in fragm. ap. Stobaeum p. 71. Schow. propter effectus potentissimos. ERF. Schol.: ὁ πυρφόρος θεός· ὁ λοιμὸς ὁ πυρετοφόρος. τὸν γὰρ πυρετὸν πῦρ καλοῦσι, καὶ τὸ ἐναντίον.

V. 28. ἐλαύνει] agitat, vexat. Cfr. Ai. 275. κεῖνός τε λύπῃ πᾶς ἐλήλαται κακῇ. Trach. 1045. et Eur. Androm. 31., ubi conferatur Pflugkius.

V. 29. δῶμα Καδμεῖον] Vide ad v. 1. — De exitu huius versus vide Matth. §. 160. p. 294.

V. 31. ἰσούμενον] regitur a κρίνοντες v. 34. Sensus: non eum te iudicamus, qui dis aequipareris. Plato Phaedr. T. X. ed. Bip. p. 304. οὔτε δὴ κρείττω οὔτε ἰσούμενον ἑκὼν ἐραστὴς παιδικὰ ἀνέξεται. Vide etiam infra 581. ERF.

V. 32. ἐφέστιοι] i. e. ἐπὶ τῇ ἑστίᾳ. Vide Matth. §. 446. 8.

V. 33 sq. ἔν τε συμφοραῖς — ξυναλλαγαῖς] In συμφοραῖς βίου intellige quidquid sponte sua hominibus in vita evenire solet, ταῖς συντυχίαις, τοῖς συναντήμασιν: in δαιμόνων ξυναλλαγαῖς quidquid numen deorum invehit praeter solitum, quidquid fit deorum interventu. Sic infra 960. νόσου ξυναλλαγῇ, morbi interventu. et Oed. C. 410. ποίας φανείσης ξυναλλαγῆς; cuiusnam interventu? ut recte explicat Scholiastes. BR. Verbis δαιμ. ξυν. Sphingem potissimum a dis immissam Thebanis significat.

ὅς γ᾽ ἐξέλυσας, ἄστυ Καδμεῖον μολὼν,
σκληρᾶς ἀοιδοῦ δασμὸν, ὃν παρείχομεν,
καὶ ταῦθ᾽ ὑφ᾽ ἡμῶν οὐδὲν ἐξειδὼς πλέον,
οὐδ᾽ ἐκδιδαχθείς· ἀλλὰ προσθήκῃ θεοῦ
λέγει νομίζει θ᾽ ἡμὶν ὀρθῶσαι βίον·
νῦν τ᾽, ὦ κράτιστον πᾶσιν Οἰδίπου κάρα,
ἱκετεύομέν σε πάντες οἵδε πρόςτροποι
ἀλκήν τιν᾽ εὑρεῖν ἡμίν, εἴτε του θεῶν
φήμην ἀκούσας εἴτ᾽ ἀπ᾽ ἀνδρὸς οἶσθά που·
ὡς τοῖσιν ἐμπείροισι καὶ τὰς ξυμφορὰς
ζώσας ὁρῶ μάλιστα τῶν βουλευμάτων.
ἴθ᾽, ὦ βροτῶν ἄριστ᾽, ἀνόρθωσον πόλιν.
ἴθ᾽, εὐλαβήθηθ᾽· ὡς σὲ νῦν μὲν ἥδε γῆ

V. 49. *μεμνῴμεθα* cum Erfurdtio et Hermanno scri-

V. 35 sq. *ἐξέλυσας — σκλ. ἀοιδοῦ δασμόν*] Locutio *ἐκλῦσαι δασμὸν* etsi primo aspectu insolentior videatur, tamen perapta huic loco est, in quo voci *δασμὸς* notio aenigmatis adiuncta est, quo soluto Oedipus a tributo, quod Sphingi pendebatur, vindicasse Thebanos significatur Tributum enim dicitur, quod a quibus aenigma, quod Sphinx proponebat, non solveretur, ii occidebantur. Hinc infra 391 sq. dictum: *πῶς οὐχ, ὅθ᾽ ἡ ῥαψῳδὸς ἐνθάδ᾽ ἦν κύων, ηὔδας τι τοῖςδ᾽ ἀστοῖσιν ἐκλυτήριον*; Sphinx autem ut *ἀοιδὸς* diceretur, quo nomine etiam infra 130. et Eur. Phoen. 1545. insignitur, hoc in causa fuit, quod, ut Scholiastes dicit, *ἐμμέτρως ἔλεγε τὰ αἰνίγματα.*

V. 40. *κράτιστον πᾶσιν*] *Πᾶσιν* non neutrum est, sed masculinum, ut O. C. 1446. *ἀνάξιαι γὰρ πᾶσίν ἐστε δυςτυχεῖν*, cum quo loco apte Matthiae ad Eur. Heracl. 451. comparat Xenoph. Mem. I, 1. *Σωκράτης ἄξιός ἐστι θανάτου τῇ πόλει.* Similiter hic *πᾶσι κράτιστος* dictum hoc sensu: omnibus optimus, i. e. qui ab omnibus optimus haberis. Conf. Rost. Gr. p. 508. ed. IV.

V. 41. *πρόςτροποι*] Similiter Philoct. 470. *ἱκέτης ἱκνοῦμαι.* Nam *πρόςτροπος* supplicem significat, ut Philoct. 773. *ὄντα σαυτοῦ πρόςτροπον.* Sic *προςτρέπω*, supplico, O. C. 50.

V. 44. *τοῖσιν ἐμπείροισι*] gl. *τοῖς ἐν πείρᾳ πολ[illegible] γεγονόσι. τὰς ξυμφοράς, τὰ τέλη. ζώσας, ἀσφαλεῖς, ἀδιαπτώτους.* BR. Apposite Musgr. ad h. l. et Brunck. ad El. 1230. comparant Thucyd. I, 140. *τὰς ξυμφορὰς τῶν πραγμάτων*, ubi Schol. *τὰς ἀποβάσεις.* In eodem cap. paullo ante simile exemplum exstat. ERF.

V. 45. *ζώσας*] successu florentes, ut infra 485. *ζῶντα περιποτᾶται.* Aesch. Ag. 828. *ἄτης θύελλαι ζῶσιν.* Contrario sensu dicitur *τεθνηκέναι*, ut Eur. Hel. 294. *τοῖς πράγμασιν τέθνηκα.* Latine mortuum esse, v. c. Cic. Verr. V, 18. antiquae sunt istae leges et mortuae. ERF.

V. 47. *εὐλαβήθηθι*] Referendum hoc ad sequentia *ἀρχῆς δὲ τῆς σῆς μηδαμῶς* etc. (cave tibi, ne memineri-

σωτῆρα κλήζει τῆς πάρος προθυμίας·
ἀρχῆς δὲ τῆς σῆς μηδαμῶς μεμνῴμεθα,
στάντες τ' ἐς ὀρθὸν καὶ πεσόντες ὕστερον·
ἀλλ' ἀσφαλείᾳ τήνδ' ἀνόρθωσον πόλιν.
ὄρνιθι γὰρ καὶ τὴν τότ' αἰσίῳ τύχην
παρέσχες ἡμῖν, καὶ τανῦν ἴσος γενοῦ.
ὡς, εἴπερ ἄρξεις τῆςδε γῆς, ὥςπερ κρατεῖς,
ξὺν ἀνδράσιν κάλλιον ἢ κενῆς κρατεῖν.
ὡς οὐδέν ἐστιν οὔτε πύργος οὔτε ναῦς,
ἔρημος ἀνδρῶν μὴ ξυνοικούντων ἔσω.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ παῖδες οἰκτροί, γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτά μοι

psi. Vulgo *μεμνώμεθα*.

mus etc.), quae tamen, quum plura interiecta verba essent, liberiori structura extulit poeta, nec ita, ut ab *εὐλαβήθητι* penderent.

V. 48. *τῆς πάρος προθυμίας*] Genitivum pendere a notione, qua *κλήζειν* hic usurpatum, praedicandi, cuiusmodi notionis verba cum genitivo rei, quae in aliquo praedicetur, coniungi notum est (cfr. Matth. §. 368. p. 682. et Rost. §. 109. p. 417.) rectissime me monuit Fr. Iacobsius.

V. 49 sq. *ἀρχῆς δὲ — ὕστερον*] Sensus est: utinam imperii tui nunquam sic recordemur, nos, postquam erecti per te fuerimus, iterum te regnante in perniciem recidisse. De optativi forma *μεμνώμεθα* vide Buttm. Gr. ampl. T. I. p. 442. Matth. §. 204. 5.

V. 51. Schol.: *ἀλλ' ἀσφαλείᾳ· γνώμῃ ἀσφαλεῖ καὶ ἰσχυρᾷ εὐβουλίᾳ τὸ ἐμπεσὸν κακὸν τῇ πόλει ἀνόρθωσον.* Minime; immo *ἀσφαλείᾳ τήνδε πόλιν ἀνόρθωσον* valet: erige hanc civitatem, ut firma stet. Idem est, ac si dicas *ἀσφαλῶς ἀνόρθωσον*, ut dixit Soph. Ant. 162 sq.

V. 55. *ξὺν ἀνδράσιν*] Iungendum cum *γῆς*. Vide ad Phil. 825. meae ed.

[V. 56. Multi h. l. imitando expresserunt. Tacit. hist. 84. quid? vos pulcherrimam hanc urbem domibus et tectis et congestu lapidum stare creditis? ubi Lipsius comparat Dion. Cass. LVI, 6. *ἄνθρωποι γάρ που πόλις ἐστίν, οὐκ οἰκίαι· οὐδὲ στοαί, οὐδ' ἀγοραὶ ἀνδρῶν κεναί*, ad quem Reimar. excitat Thucyd. VII, 77. *ἄνδρες γὰρ πόλις, καὶ οὐ τείχη.* Sophoclis locum non recordabatur. Lucian. de Gymn. c. 20. *πόλιν γὰρ ἡμεῖς οὐ τὰ οἰκοδομήματα ἡγούμεθα εἶναι, οἷον τείχη — τὸ δὲ πᾶν κῦρος ἐν τοῖς πολίταις κεκτήμεθα.* Aristides T. I. p. 791. ed. Dind. *ἐὰν — πιστεύσητε ἀληθὲς εἶναι τὸ πάλαι τοῦτο, ὡς ἄρα οὐ τείχη, οὐδὲ ᾠδεῖα, οὐδὲ στοαί, οὐδὲ ὁ τῶν ἀψύχων κόσμος αἱ πόλεις εἶεν, ἀλλ' ἄνδρες αὐτοῖς εἰδότες θαῤῥεῖν.* Ib. p. 821. *τὸν λόγον βεβαιῶσαι, ὅτι οὐκ οἰκίαι καλῶς ἐστεγασμέναι κ. τ. λ.* F. I.]

V. 57. *ἔρημος — ἔσω*] Sim. Phil. 31. *ὁρῶ κενὴν οἴκησιν ἀνθρώπων δίχα*, ad quem locum vide quae adnotavimus.

V. 58. *ὦ παῖδες οἰκτροί*]

προςήλθεθ' ἱμείροντες. εὖ γὰρ οἶδ', ὅτι
νοσεῖτε πάντες, καὶ νοσοῦντες, ὡς ἐγὼ
οὐκ ἔστιν ὑμῶν ὅςτις ἐξ ἴσου νοσεῖ.
τὸ μὲν γὰρ ὑμῶν ἄλγος εἰς ἕν' ἔρχεται
μόνον καθ' αὑτὸν, κοὐδέν' ἄλλον· ἡ δ' ἐμὴ
ψυχὴ πόλιν τε κἀμὲ καὶ σ' ὁμοῦ στένει.
ὥςτ' οὐχ ὕπνῳ γ' εὕδοντά μ' ἐξεγείρετε,
ἀλλ' ἴστε πολλὰ μέν με δακρύσαντα δὴ,
πολλὰς δ' ὁδοὺς ἐλθόντα φροντίδος πλάνοις.
ἣν δ' εὖ σκοπῶν εὕρισκον ἴασιν μόνην,
ταύτην ἔπραξα. παῖδα γὰρ Μενοικέως
Κρέοντ', ἐμαυτοῦ γαμβρὸν, ἐς τὰ Πυθικὰ

V. 79. προςστείχοντα. Sic cum Erf. et Hermanno

Non adolescentes tantum, sed totam, quae aderat, multitudinem hoc nomine comprehendit, ut v. 1. ὦ τέκνα. De ordine verborum vide Matth. §. 277. p. 564. — γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτα consueta Graecis dictio. Cfr. El. 929. 1078. Ai. 289. et Matth. §. 444. 5. — De accusativo ab ἱμείροντες pendente Matth. §. 350. not. monuit.

V. 60. νοσοῦντες] Attice pro νοσούντων dici etiam Elmsleius putabat. Neque Atticum hic quicquam, nec pro genitivo positus nominativus. Nam sensus est, νοσοῦντες οὐ νοσεῖτε ἐξ ἴσου ὡς ἐγώ. Ut autem indicaret de omnibus nullo excepto id intelligendum esse, mutata oratione dicit οὐκ ἔστιν ὑμῶν ὅςτις. HERM.

V. 64. πόλιν τε κἀμέ] Vide quae ad 905. meae ed. adnotavi.

V. 65. ὕπνῳ εὕδοντα] Parum grave tragico fuit ἐν ὕπνῳ ὄντα, quod scriptor prosaicus posuisset. Eiusdem generis sunt θυμοῦσθαι δι' ὀργῆς 344 (339. meae ed.), εἰς τὸ φῶς φαίνειν 1229. Electr. 951. βίῳ θάλλοντά γ'. Eur. Hel. 530. ἐν φάει ζῆν, et alia multa, quae in Advers. in Phil. p. 52 sq. memoravi. Similiter Virg. Aen. I, 680. somno sopitum. εὕδειν autem saepius de otiosis dicitur, ut v. 586 (566). O. C. 307. Aesch. Ag. 1328 ed. Blomf. Choeph. 868. Theocr. II, 126. εὗδον δ', εἴ κε etc., quod est: nihil fecissem, ich würde mich ruhig verhalten haben. Non recte enim vulgo redditur: contentus fuissem. Xenoph. An. I, 3, 11. ἐμοὶ οὖν δοκεῖ οὐχ ὥρα εἶναι ἡμῖν καθεύδειν, οὐδ' ἀμελεῖν ἡμῶν αὐτῶν. Conf. Huschk. ad Tibull. I, 1, 48. Ad rem et locutionem compares Aesch. Sept. c. Theb. 3.

V. 67. πολλὰς δ' — πλάνοις] Singularis dictio ἐλθεῖν πλάνοις, i. e. πλανώμενον ἐλθεῖν, usurpata etiam Phil. 758. meae ed., quem locum consule. Sensus igitur: multas vias adhibendae sanationis in animo meo pervagatus sum, i. e. omnem rationem, qua malo, quo urgemini, mederi possem, mecum animo reputavi. Similiter Eur. Or. 632. Μενέλαε, ποῖ σὸν πόδ' ἐπὶ συννοίᾳ κυκλεῖς, διπλῆς μερίμνης δι-

ἔπεμψα Φοίβου δώμαθ᾽, ὡς πύθοιθ᾽ ὅ τι
δρῶν ἢ τί φωνῶν τήνδε ῥυσαίμην πόλιν.
καί μ᾽ ἦμαρ ἤδη ξυμμετρούμενον χρόνῳ
λυπεῖ, τί πράσσει. τοῦ γὰρ εἰκότος πέρα
ἄπεστι πλείω τοῦ καθήκοντος χρόνου.
ὅταν δ᾽ ἵκηται, τηνικαῦτ᾽ ἐγὼ κακὸς
μὴ δρῶν ἂν εἴην πάνθ᾽ ὅσ᾽ ἂν δηλοῖ θεός.

ΙΕΡΕΥΣ.

ἀλλ᾽ εἰς καλὸν σύ τ᾽ εἶπας, οἵδε τ᾽ ἀρτίως
Κρέοντα προςστείχοντα σημαίνουσί μοι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦναξ Ἄπολλον, εἰ γὰρ ἐν τύχῃ γέ τῳ

scripsi. Libri προστείχοντα.

πτύχους ἰὼν ὁδούς; Cum φροντίδος πλάνοις compara 727. ψυχῆς πλάνημα.

V. 70. ἐμαυτοῦ γαμβρόν] Sororis maritum notat haec vox etiam ap. Eur. Electr. 1295. BR.

V. 72. τήνδε ῥυσαίμην] Notanda correptio vocalis ante ρ verbi ῥύεσθαι. Vide Aesch. Prom. 235. Sept. c. Th. 91. 830. Eur. Suppl. 380. Bacch. 1336., quae partim tamen emendatione indigent. HERM.

V. 73. καί μ᾽ ἦμαρ — χρόνῳ] Ad χρόνῳ supplendum ex sqq. τοῦ ἀπεῖναι, ut sensus sit: et quum diem, quem agimus, metior tempore absentiae eius, sive, ut Brunckius interpretatur: et quum computo, quotus hic dies sit ex quo abiit.

V. 74. λυπεῖ, τί πράσσει] Infra 155. ἀζόμενος, τί μοι — ἐξανύσεις χρέος. Ai. 792. ὥςτε μ᾽ ὠδίνειν, τί φῄς. Eur. Hec. 185. δειμαίνω, τί ποτ᾽ ἀναστένεις. Vide Schaef. ad L. Bos. p. 580 sq. ERF. Cfr. Matth. §. 488. 1. Sequentium hic sensus est: supra enim quam aequum est et diutius quam pro remotione loci abesse debet, abest. Posteriora verba, πλείω — χρόνου, id quod saepe fit, explicationis priorum causa, τοῦ εἰκότος πέρα, adiecta sunt.

V. 76 sq. τηνικαῦτ᾽ — θεός] Inscius Oedipus his verbis necessitatem sibi imponit investigandae eius rei, qua explorata semet ipsum in maximam calamitatem coniecit.

V. 77. δηλοῖ] coniunctivus est; vide Matth. §. 527. not. 2.

V. 78 sq. ἀλλ᾽ εἰς καλὸν σύ τ᾽ εἶπας etc.] Hoc videtur dicere: Opportune et tu dixisti consentaneum esse, ut mox adveniat Creon, et hi ostendunt mihi iam eum accedere. De εἰς καλὸν vide Matth. §. 578. d. Ceterum recte Schol.: οἱ ἤϊθεοι πρὸς τὸ οὖς αὐτοῦ φασιν, ὅτι πάρεστι Κρέων, ὡς ὀξυωπέστεροι, δι᾽ αἰδῶ δὲ τοὺς λόγους παρῃτήσαντο. ὁ δὲ ἱερεὺς ἅμα μὲν ὡς πρεσβύτης οὐχ ὁρᾷ, ἅμα δὲ κατὰ νοῦν ἔχων τὸν λόγον τοῦ βασιλέως.

V. 80. Schol.: εἰ γάρ· ἀντὶ τοῦ εἴθε. Cfr. Matth. §. 513. not. 3. — Cum verbis ἐν τύχῃ τῳ comparat Erfurdtius Aesch.

σωτῆρι βαίη, λαμπρὸς ὥςπερ ὄμματι.

ΙΕΡΕΥΣ.

ἀλλ' εἰκάσαι μὲν ἡδύς. οὐ γὰρ ἂν κάρα
πολυστεφὴς ὧδ' εἷρπε παγκάρπου δάφνης.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τάχ' εἰσόμεσθα· ξύμμετρος γὰρ ὡς κλύειν.
ἄναξ, ἐμὸν κήδευμα, παῖ Μενοικέως,
τίν' ἡμὶν ἥκεις τοῦ θεοῦ φήμην φέρων;

ΚΡΕΩΝ.

ἐσθλήν. λέγω γὰρ καὶ τὰ δύςφορ', εἰ τύχοι
κατ' ὀρθὸν ἐξελθόντα, πάντ' ἂν εὐτυχεῖν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἔστιν δὲ ποῖον τοὔπος; οὔτε γὰρ θρασὺς
οὔτ' οὖν προδείσας εἰμὶ τῷ γε νῦν λόγῳ.

V. 81. Num forte ὄμματα scriptum fuit?

Sept. c. Th. 474. σὺν τύχῃ δέ τῳ. Choeph. 136. δεῦρο σὺν τύχῃ τινί. Ai. 853. σὺν τάχει τινί. — De locutione τύχῃ σωτῆρ cfr. Lobeck. ad Ai. 323. Matth. §. 429. 4. et ad Phil. 1443. meae ed., et de ἐν praepositione quae ad eandem fab. 60. monui.

V. 82. εἰκάσαι μέν] ut coniicere licet; vide Matth. §. 545.

Ibid. οὐ γὰρ ἂν κάρα] Coronati enim soli domum redibant, quibus laetae sortes obtigerant. Quocirca bene in Scholio additum ἐπί τινι αἰσίῳ. Quibus vero vel tristia nuntiata fuerant, vel domum repetentibus adversi aliquid acciderat, ii coronas deponebant. Theseus apud Eur. Hipp. 813. audito uxoris leto: τί δῆτα τοῖςδ' ἀνέστεμμαι κάρα πλεκτοῖσι φύλλοις, δυστυχὴς θεωρὸς ὤν; Fabius Pictor legatus a Delphis Romam reversus in senatu dicit apud Liv. XXIII, 11.: se iussum ab templi antistite, sicut coronatus laurea corona et oraculum adiisset, et rem divinam fecisset, ita coronatum navem ascendere, nec ante deponere eam, quam Romam pervenisset. BR.

V. 83. παγκάρπου] perfecundae. Insolentior quidem significatio, sed quae aliarum vocum a πᾶν compositarum analogia satis superque defenditur. ERF. De notione adiectivi πολυστεφής, genitivum regentis, vide Matth. §. 345., et de εἷρπε ἄν eundem §. 508. c.

V. 84. Schol: ξύμμετρος γὰρ ὡς κλύειν· οὐκ ἔστι (φησί) μακράν, ἀλλ' ἐγγύς, καὶ μέτρον ἔχων τοῦ ἀκούειν, διὰ τὸ πλησίον γενέσθαι.

V. 85. ἄναξ] Eo nomine compellari solebant non reges tantum, sed regum filii et consanguinei, denique urbis cuiusvis proceres. Vide infra 911 [882. meae ed.] et ad Eur. Hipp. 88. MUSG. ἐμὸν κήδευμα, pro ἐμὸς κηδεστής. Sic Eur. Or. 479. κήδευμ' ἐμόν. 1237. ὦ ξυγγένεια πατρὸς ἐμοῦ. Phoen. 298. et huius fab. 128.

ΚΡΕΩΝ.

εἰ τῶνδε χρῄζεις πλησιαζόντων κλύειν,
ἕτοιμος εἰπεῖν, εἴτε καὶ στείχειν ἔσω.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἐς πάντας αὔδα. τῶνδε γὰρ πλέον φέρω
τὸ πένθος ἢ καὶ τῆς ἐμῆς ψυχῆς πέρι.

ΚΡΕΩΝ.

λέγοιμ᾽ ἂν οἷ᾽ ἤκουσα τοῦ θεοῦ πάρα.
ἄνωγεν ἡμᾶς Φοῖβος ἐμφανῶς ἄναξ
μίασμα χώρας, ὡς τεθραμμένον χθονὶ
ἐν τῇδ᾽, ἐλαύνειν, μηδ᾽ ἀνήκεστον τρέφειν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ποίῳ καθαρμῷ; τίς ὁ τρόπος τῆς ξυμφορᾶς;

ΚΡΕΩΝ.

ἀνδρηλατοῦντας, ἢ φόνῳ φόνον πάλιν

τυραννίδος οὕτω πεσούσης. De hoc schemate plura ad Antig. 756. BR. Ubi hos attulit locos: Eur. Bacch. 792. δουλείαις. ἐμαῖς. Or. 924. τἄνδον οἰκουρήματα. et Andr. 446. δόλια βουλευτήρια. coll. Cicerone de Orat. III, 42. Cf. Rost. §. 97. 2. a. α. ed. IV.

V. 87 sq. λέγω γὰρ — εὐτυχεῖν] Τὰ δύςφορα, scil. ἃ ἔλεγεν ὁ θεός, ad investigationem et exturbationem interfectoris Lai referendum est; quam ipsam rem, si rite perfecta fuerit, omnino prosperam Thebanis fore dicit. Κατ᾽ ὀρθὸν ἐξελθεῖν idem fere valet atque κατορθοῦσθαι.

V. 89 sq. οὔτε γὰρ θρασὺς — λόγῳ] De οὔτε — οὔτε οὖν vide Matth. §. 625. p. 1275. — λόγῳ ablativus instrumenti est, ut sensus sit: neque bonus animus mihi factus neque metus mihi sermone tuo iniectus est. Cfr. Matth. §. 398.

V. 92. ἕτοιμος] De omisso εἰμὶ vide Matth. §. 306. — εἴτε καὶ etc. elliptice dictum pro καὶ εἰ χρῄζεις, ἕτοιμός εἰμι καὶ ἔσω στείχειν.

V. 93 sq. τῶνδε γὰρ — πέρι] i. e. πλέον γάρ ἐστι τὸ πένθος, ὃ φέρω περὶ τῶνδε ἢ περὶ τῆς ἐμῆς ψυχῆς. Cfr. Matth. §. 277. b. p. 563.

V. 97 sq. ὡς τεθραμμένον χθονὶ ἐν τῇδ᾽] ut quod nutritum sit, i. e. vivat in hac civitate. — μηδ᾽ ἀν. τρέφειν, neque nutrire, i. e. tolerare diutius, quum expiari nequeat. Ceterum hic quoque ut supra 85. res pro persona, μίασμα pro μιάστωρ posita est.

V. 99. Verba τίς — ξυμφορᾶς Brunckius et Erfurdtius interpretantur: quod est hoc calamitatis genus? i. e. quid commissum est in hac civitate, quod expiari debeat?

V. 100. ἀνδρηλατοῦντας] scil. ἔλεγεν ὁ θεὸς ἐλαύνειν ἡμᾶς. Sequentium hic sensus: aut expiantes caedem commissam caedendo eam, qui caedem commisit.

λύοντας, ὡς τόδ᾽ αἷμα χειμάζον πόλιν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ποίου γὰρ ἀνδρὸς τήνδε μηνύει τύχην;

ΚΡΕΩΝ.

ἦν ἡμίν, ὦναξ, Λάϊός ποθ᾽ ἡγεμὼν
γῆς τῆςδε, πρὶν σὲ τήνδ᾽ ἀπευθύνειν πόλιν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἔξοιδ᾽ ἀκούων· οὐ γὰρ εἰςεῖδόν γέ πω.

ΚΡΕΩΝ.

τούτου θανόντος, νῦν ἐπιστέλλει σαφῶς
τοὺς αὐτοέντας χειρὶ τιμωρεῖν τινάς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οἱ δ᾽ εἰσὶ ποῦ γῆς; ποῦ τόδ᾽ εὑρεθήσεται
ἴχνος παλαιᾶς δυςτέκμαρτον αἰτίας;

ΚΡΕΩΝ.

ἐν τῇδ᾽ ἔφασκε γῇ. τὸ δὲ ζητούμενον
ἁλωτόν· ἐκφεύγει δὲ τἀμελούμενον.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πότερα δ᾽ ἐν οἴκοις, ἢ ᾽ν ἀγροῖς ὁ Λάϊος,

V. 101. Temere Brunck. ex coni. τήνδ᾽ pro τόδ᾽ scripsit.

V. 101. ὡς τόδ᾽ αἷμα χειμάζον πόλιν] Cfr. Matth. §. 568. 3. Verum hic quidem accusativus a verbis praegressis λύοντας φόνον videtur pendere, sive ab eo, quod poetae menti obversabatur. Volebat enim appositionis instar haec fere verba adiicere, ὡς τοῦτον, sc. τὸν φόνον, χειμάζοντα τὴν πόλιν, ut quae caedes urbem calamitosam reddat. Iam pro τοῦτον posuit τόδε αἷμα, retinens inchoatam structuram, quod iure facere potuit, quum αἷμα, sanguinem effusum denotans, nihil fere a voc. φόνος differat.

V. 102. ποίου — τύχην] i. e. ποίου γὰρ ἀνδρός ἐστιν ἥδε ἡ τύχη, ἣν μηνύει;

V. 107. τοὺς αὐτοέντας — τινάς] Indicat pronomine τινὰς Creon incertum esse, qui sint illi, qui occiderint Laium. HERM. Cfr. Matth. §. 487.

V. 110. Conferunt editores Chaeremon. ap. Stob. I, 9. p. 236. οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν ἐν ἀνθρώποις, ὅ τι οὐκ ἐν χρόνῳ ζητοῦσιν ἐξευρίσκεται. et Terent. Heaut. IV, 2, 8. nihil tam difficile est, quin quaerendo investigari possiet.

V. 112. Mirum videri potest, quod poeta nescire facit Oedipum post tam diuturnam cum Iocasta consuetudinem, ubi quaque vi occiderit Laius. At habet ea res excusationem, quam attulit Aristoteles A. P. XVIII, 14. et XXV, 8. ed. Herm., caedem illam ἔξωθεν τῆς τραγῳδίας esse monens. Cfr. etiam Aug. Guil. Schlegelius in libro, cuius titulus: Ueber die dramatische Kunst u. Literatur. P. I. p. 182. ERF.

ἢ γῆς ἐπ' ἄλλης τῷδε συμπίπτει φόνῳ;

ΚΡΕΩΝ.

θεωρός, ὡς ἔφασκεν, ἐκδημῶν, πάλιν
πρὸς οἶκον οὐκ ἔθ' ἵκεθ', ὡς ἀπεστάλη.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὐδ' ἄγγελός τις, οὐδὲ συμπράκτωρ ὁδοῦ
κατεῖδ', ὅτου τις ἐκμαθὼν ἐχρήσατ' ἄν;

ΚΡΕΩΝ.

θνήσκουσι γάρ, πλὴν εἷς τις, ὃς φόβῳ φυγὼν
ὧν εἶδε πλὴν ἓν οὐδὲν εἶχ' εἰδὼς φράσαι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τὸ ποῖον; ἓν γὰρ πόλλ' ἂν ἐξεύροι μαθεῖν,
ἀρχὴν βραχεῖαν εἰ λάβοιμεν ἐλπίδος.

ΚΡΕΩΝ.

λῃστὰς ἔφασκε συντυχόντας οὐ μιᾷ
ῥώμῃ κτανεῖν νιν, ἀλλὰ σὺν πλήθει χερῶν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πῶς οὖν ὁ λῃστής, εἴ τι μὴ ξὺν ἀργύρῳ

V. 107. Pro τινὰς Schaeferus τινὰ maluit scribi.

V. 113. συμπίπτει] Notione perfecti absoluti usurpatum, ut ab Hom. Il. X, 200. ἑδριόωντο ἐν καθαρῷ, ὅθι δὴ νεκύων διεφαίνετο χῶρος πιπτόντων.

V. 114. Schol.: θεωρός· ὁ πρὸς τοὺς θεοὺς διὰ χρησμὸν ἀπερχόμενος. Scilicet τὸν ἐκτεθέντα παῖδα μαστεύων μαθεῖν, εἰ μήκετ' εἴη, monente Euripide Phoen. 36. ELMSL.

V. 117. ὅτου τις etc.] Dictum pro ὅτῳ τις χρησάμενος ἐξέμαθεν ἄν. Cfr. Matth. §. 557. 2. 1. Ceterum ἂν iunctum cum aoristo hoc sensu: a quo quis comperiret, si eum interrogaret. Cfr. Matth. 509.

V. 120. ἐξεύροι] gl. ἀντὶ τοῦ μηχανὴν δοίη.

V. 122. Structura et sensus: συντυχεῖν αὐτῷ λῃστὰς καὶ οὐχ ἕνα κτανεῖν αὐτόν, ἀλλὰ πλέονας. Cf. Matth. §. 636. Valde probabiliter Sophocles servum illum, quo magis poenam neglecti desertique regis effugeret, narrasse sumpsit a pluribus hominibus Laium interfectum esse. Accedit, quod hoc commentum ad artificiosam fabulae compositionem multum conferebat. Ab uno enim homine si fama fuisset Laium occisum esse, iam post v. 767 sq. (740 sq.) Oedipus se interfectorem eius esse intellexisset, ut ex v. 836 — 847 (809 — 820) apparet.

V. 124 sq. εἴ τι μὴ — ἐπράσσετ' ἐνθένδ'] Nisi quid hinc, i. e. ex hac urbe, sive ab aliquo civi, pecuniae ope factum esset, i. e. nisi pecunia emptus fuisset. Schol.: τείνει δὲ τοῦτο εἰς Κρέοντα, ὡς αὐτοῦ συνθεμένου

ἐπράσσετ' ἐνθένδ', ἐς τόδ' ἂν τόλμης ἔβη;

ΚΡΕΩΝ.

δοκοῦντα ταῦτ' ἦν· Λαΐου δ' ὀλωλότος,
οὐδεὶς ἀρωγὸς ἐν κακοῖς ἐγίγνετο.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

κακὸν δὲ ποῖον ἐμποδών, τυραννίδος
οὕτω πεσούσης, εἶργε τοῦτ' ἐξειδέναι;

ΚΡΕΩΝ.

ἡ ποικιλῳδὸς Σφὶγξ τὰ πρὸς ποσὶ σκοπεῖν
μεθέντας ἡμᾶς τἀφανῆ προςήγετο.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀλλ' ἐξ ὑπαρχῆς αὖθις αὔτ' ἐγὼ φανῶ.
ἐπαξίως γὰρ Φοῖβος, ἀξίως δὲ σὺ
πρὸ τοῦ θανόντος τήνδ' ἔθεσθ' ἐπιστροφήν·
ὥςτ' ἐνδίκως ὄψεσθε κἀμὲ σύμμαχον
γῇ τῇδε τιμωροῦντα τῷ θεῷ θ' ἅμα.
ὑπὲρ γὰρ οὐχὶ τῶν ἀπωτέρω φίλων,

V. 140. Temere a nonnullis editoribus probata est scriptura codicis Lond., ἐν pro ἂν habentis, quamvis recta sit locutio ἐν τῷ τοῦ Λαΐου φονεῖ διὰ τὴν βασιλείαν.

V. 130 sq. Schol.: ἡ ποικιλῳδός· ἠνάγκαζεν ἡμᾶς ἡ Σφὶγξ μεθέντας τὰ ἀφανῆ τὰ κατὰ τὸν φόνον τοῦ βασιλέως (τοῦτο γὰρ ἀφανές) τὸ παρὰ ποσὶ κακὸν σκοπεῖν. Comparat Elmsleius Rhes. 482. μή νυν τὰ πόῤῥω τἀγγύθεν μεθεὶς σκόπει.

V. 137. Schol.: οὐ μόνον ὑπὲρ τοῦ ἀνῃρημένου βασιλέως ἄξιον ποιήσασθαι τὴν ἀναζήτησιν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ ἐμοῦ. ὁ γὰρ ἐκείνῳ ἐπιχειρήσας ἴσως κἀμοὶ ἐπιβουλεύσει.

V. 138. αὐτὸς αὑτοῦ] Solet nonnunquam maximeque a tragicis pronomen reciprocum αὑτοῦ in prima et secunda persona pro ἐμαυτοῦ usurpari. Cfr. Herm. ad Trach. 451. et Matth. §. 489. — De ἀποσκεδῶ, forma futuri attica pro ἀποσκεδάσω, vide Matth. §. 181. 2. [In tota hac ῥήσει observanda est ars poetae, qui, ut Oedipi sortem miserabiliorem efficiat, Oedipum fingit plenum hac opinione, se pro sua salute pugnare, dum hoc ipsum agit, ut sibi atrocissima mala paret. F. I.]

V. 139. τάχ' ἂν κἄμ' ἂν — θέλοι] Prius ἂν arctissime iungo particulae τάχα· τάχ' ἂν enim hic etiam posita ἐκ παραλλήλου: posterius refero ad verbum θέλοι. Aliter visum Hermanno ad Vig. p. 781. SCHAEF. Conf. Rost. §. 120. annot. 4.

V. 142 sq. βάθρων ἵστασθε] gl. ἀνίστασθε, ἀνάστητε ἀπὸ τῶν καθέδρων. Sedebant enim ad aram pro supplicum more. Vide O. C. 1158. BR. De ἵστασθαι pro ἀνίστασθαι

ἀλλ' αὐτὸς αὑτοῦ τοῦτ' ἀποσκεδῶ μύσος.
ὅςτις γὰρ ἦν ἐκεῖνον ὁ κτανὼν τάχ' ἂν
κἄμ' ἂν τοιαύτῃ χειρὶ τιμωρεῖν θέλοι.
κείνῳ προςαρκῶν οὖν ἐμαυτὸν ὠφελῶ.
ἀλλ' ὡς τάχιστα, παῖδες, ὑμεῖς μὲν βάθρων
ἵστασθε τούςδ' ἄραντες ἱκτῆρας κλάδους·
ἄλλος δὲ Κάδμου λαὸν ὧδ' ἀθροιζέτω,
ὡς πᾶν ἐμοῦ δράσοντος. ἢ γὰρ εὐτυχεῖς
σὺν τῷ θεῷ φανούμεθ', ἢ πεπτωκότες.

ΙΕΡΕΥΣ.

ὦ παῖδες, ἱστώμεσθα· τῶνδε γὰρ χάριν
καὶ δεῦρ' ἔβημεν, ὧν ὅδ' ἐξαγγέλλεται.
Φοῖβος δ' ὁ πέμψας τάςδε μαντείας ἅμα
σωτήρ θ' ἵκοιτο καὶ νόσου παυστήριος.

ΧΟΡΟΣ.

(στροφὴ α'.)

Ὦ Διὸς ἁδυεπὴς φάτι, τίς ποτε τᾶς πολυχρύσου

χειρί, de qua ad Philoct. 60. dictum.

posito vide quae ad Phil. 48. et 875. adnotavi. Hinc recte etiam cum genitivo *βάθρων* iungi potuit, quod tamen ipsum nomen supplendum etiam ad *ἄραντας* est; deponebant enim supplices ramos illos in sedibus, quas occupabant. Vide Matth. §. 354. ζ. et quos locos Erf. attulit, Ant. 418. *χθονὸς ἀείρας.* et Oppian. Cyneg. IV, 186. *αἰρόμενος χθονός.* Celerum Triclinius: *ἰστέον, ὅτι ὁ τόπος, ἔνθα ἡ ἐκκλησία ἐγένετο, βαθμῖσιν ἦν κύκλῳ διειλημμένος ἄλλαις ἐπ' ἄλλαις, ἔνθα οἱ συνελθόντες πάντες καθήμενοι ἀνεμποδίστως ἠκροῶντο τοῦ ἱσταμένου ἐν μέσῳ καὶ συμβουλεύοντος.*

V. 148. *ἐξαγγέλλεται*] Mediam formam *ἐξαγγέλλομαι* habet etiam Eur. Heracl. 532. Ion. 1605., simplex *ἀγγέλλομαι* eodem sensu Soph. Ai. 1376. ELMSL.

V. 151. Schol.: *ὦ Διὸς ἁδυεπὴς φάτι· κατὰ τὴν πρόςταξιν τοῦ βασιλέως πάρεισι πρεσβῦταί τινες, ἐξ ὧν ὁ χορὸς συμπληροῦται. Διὸς δὲ ἡδυεπῆ φάτιν τὴν μαντείαν φησίν. ὁ γὰρ Ἀπόλλων ὑποφήτης δοκεῖ εἶναι τοῦ πατρός, καὶ παρ' ἐκείνου λαμβάνειν τὰς μαντείας, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἐκφέρειν. καὶ Ὅμηρος* (Il. β, 93.)· *Διὸς ἄγγελος ὄσσα δεδήει.* Cfr. Aesch. Eum. 19. *Διὸς προφήτης δ' ἐστὶ Λοξίας πατρός.* et Virg. Aen. III, 251.

Ibid. Schol.: *τίς ποτε τᾶς πολυχρύσου· ἥτις ποτέ ἐστιν. ὅτι μὲν γὰρ πάρεστι λόγιον ἀπὸ τῆς Πυθῶνος, ἀκηκόασιν· τὸ δὲ ῥητὸν αὐτὸ ζητοῦσιν.* Celerum iam ex Hom. Il. ι, 404. notae

Πυθῶνος ἀγλαὰς ἔβας
Θήβας; ἐκτέταμαι φοβερὰν φρένα δείματι πάλλων,
ἰήϊε Δάλιε Παιάν,
ἀμφὶ σοὶ ἁζόμενος, τί μοι ἢ νέον
ἢ περιτελλομέναις ὥραις πάλιν
ἐξανύσεις χρέος.
εἰπέ μοι, ὦ χρυσέας τέκνον Ἐλπίδος, ἄμβροτε
Φάμα.

V. 159. *κεκλόμενος* cum Hermanno ex codd. optimorum auctoritate recepi; Brunck. *κεκλομένῳ* scripserat.

sunt templi Delphici divitiae. Cfr. interpp. ad Eur. Ion. 54. De genitivo *Πυθῶνος* vide Matth. §. 354. ζ. et de accusativo pendente a verbo *βαίνειν* Rost. §. 104. annot. 4.

V. 153. Triclinius: *ἐκτέταμαι· ἀντὶ τοῦ ἐκπέπληγμαι, παρ' ὅσον οἱ ἐκπλαγέντες ἔκτασιν σώματος καὶ ἀκινησίαν, ἐν ὅσῳ χρόνῳ ἐκπλήττονται, πάσχουσιν.* Immo ut nos dicimus gespannt seyn, quum de re gravissima certiores fieri cupimus, ita *ἐκτέταμαι* a Sophocle dictum videtur. *Φοβερὰν* scholiastes *περίφοβον* recte explicat. De *πάλλων* sensu passivo posito vide Porson. ad Eur. Or. 316. et Matth. §. 496. 1.

V. 154. *ἰήϊε Δάλιε Παιάν· ἐπὶ τῶν παιάνων λέγεται τὸ ἰήϊος, ἐπεὶ τοιούτῳ μέλει ᾖδον τοὺς παιᾶνας. ἐπεὶ δὲ πρὸς τὸν Ἀπόλλωνα ᾖδοντο οἱ παιᾶνες, ἐλέγετο καὶ ὁ Ἀπόλλων ἰήϊος, ὡς ὑπὸ τοιούτου μέλους ὑμνούμενος, ὥσπερ εὔιος ὁ Διόνυσος· καὶ ἐπὶ τοῦ παιᾶνος τὸ αὐτὸ τοῦτο συμβαίνει. λέγεται γὰρ παιὰν ὁ εἰς τὸν Ἀπόλλωνα ὕμνος, καὶ ἀπὸ τούτου καὶ ὁ Ἀπόλλων, καθ' ὃ καὶ ἐνταῦθα. δείκνυται δὲ καὶ ἐν τούτοις τοῦτο σαφέστερον· ὑμνείω Παιᾶνα μέγαν θεὸν Ἀπόλλωνα.* Apollinem *ἰατρὸν* intelligi debere quo magis appareret, *Δάλιε* adiecit poeta, quum in Delo insula genitum eum esse constaret.

V. 155. *ἁζόμενος*] gl. *εὐλαβούμενος, φοβούμενος.* Recte. Hoc sensu *ἅζεσθαι* est apud Homerum Il. ξ, 261. *ἅζετο γάρ, μὴ Νυκτὶ θοῇ ἀποθύμια ἔρδοι.* BR.

V. 156. Schol.: *ἢ περιτελλομέναις ὥραις· εἰς τὸν ἑξῆς χρόνον προϊούσης τῆς ὥρας. ὁ δὲ νοῦς· τί μοι ἢ νῦν ἢ μετὰ χρόνον ἀνύσεις;*

V. 158. *ὦ χρυσέας τέκνον Ἐλπίδος*] Audacter poeta Apollinis oraculum appellat filiam aureae spei, ut videtur, propterea, quod editio oraculi efficitur ab hominibus sperantibus fore, ut id quod cupiunt Apollo respondeat. Et sic fere Scholiastes, adnotans: *παρ' ὅσον ἐν ἐλπίδι τινὲς γενόμενοι χρησμοὺς αἰτοῦσιν ἀπὸ τοῦ θεοῦ.*

V. 159. *κεκλόμενος*] Non recte Matthiae §. 312. 5. et §. 556. not. 2. participium ad praegressum *ἐκτέταμαι* referendum censet; quod alienum a vi et sublimitate orationis est. Immo facta structura *πρὸς τὸ ὑπονοούμενον.* Nam poeta dicens: *πρῶτα σὲ κεκλόμενος — τρισσοὶ ἀλεξίμοροι προφάνητέ μοι,* hoc habuit in mente: primum te appellans — rogo vos,

(ἀντιστροφὴ α΄.)

πρῶτα σὲ κεκλόμενος, θύγατερ Διός, ἄμβροτ' Ἀθάνα,
γαιάοχόν τ' ἀδελφεὰν
Ἄρτεμιν, ἃ κυκλόεντ' ἀγορᾶς θρόνον εὐκλέα θάσσει,
καὶ Φοῖβον ἑκαβόλον, ἰὼ
τρισσοὶ ἀλεξίμοροι προφάνητέ μοι,
εἴ ποτε καὶ προτέρας ἄτας ὑπερ-

V. 164 sq. ὑπερορνυμένας ex coni. Zehlickii dedi; libri ὕπερ ὀρνυμένας.

ut interitum arceatis. Simillime Plato Leg. VI. p. 286., quem locum Erfurdt. attulit: θνητὸς ὢν — σμικρόν τινα χρόνον πόνος αὐτῷ παραμενεῖ πάμπολυς. De participii κεκλόμενος usu monuit Matthiae Gr. gr. T. I. p. 531.

V. 160. γαιάοχόν τ' ἀδελφεάν] Fuit Dianae, tutrici terrae Boeoticae, templum Thebis exstructum, quod Pausanias Boeotic. c. 17. memorat. Plutarchus in Aristide c. 20. de ea haec scribit: ἔθαψαν ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Εὐκλείας Ἀρτέμιδος —. τὴν δ' Εὔκλειαν οἱ μὲν πολλοὶ καὶ καλοῦσι καὶ νομίζουσιν Ἄρτεμιν, ἔνιοι δέ φασιν Ἡρακλέους μὲν θυγατέρα καὶ Μυρτοῦς γενέσθαι, τῆς Μενοιτίου μὲν θυγατρός, Πατρόκλου δ' ἀδελφῆς· τελευτήσασαν δὲ παρθένον ἔχειν παρά τε Βοιωτοῖς καὶ Λοκροῖς τιμάς· βωμὸς γὰρ αὐτῇ καὶ ἄγαλμα παρὰ πᾶσαν ἀγορὰν ἵδρυται, καὶ προθύουσιν αἵ τε γαμούμεναι καὶ οἱ γαμοῦντες.

V. 161. ἃ κυκλόεντ' ἀγορᾶς θρόνον εὐκλέα θάσσει] Ut in Philoct. 1123. ed. Br., ad quem locum vide quae notata sunt, dictum πολιᾶς πόντου θινὸς pro πολιοῦ πόντου θινός, ita horum verborum hic sensus est: ἃ εὐκλεᾶ θρόνον ἐν κυκλοέσσῃ ἀγορᾷ θάσσει. Et sic iam Eustathius accepit quum alibi tum p. 1335, 60. (1463, 5.): καὶ Ὅμηρος γὰρ φθάσας ἱερὸν κύκλον ἔφη τὴν ἀγοράν, καὶ Σοφοκλῆς δέ που κυκλόεντα θρόνον ἀγορᾶς εὐκλεῆ λέγει. Ceterum de forma lyrica εὐκλέα vide Matth. §. 113. 1. p. 230., et ad θρόνον θάσσει confer Eur. Herc. fur. 1214. θάσσοντα δυστήνους ἕδρας. Ion 91. θάσσει τρίποδα ζάθεον. et quae ad Philoct. 145. adnotavimus. Adde Rost. §. 104. annot. 4. Ipsum autem θρόνον θάσσειν poetica dictio est, coli significans. Cfr. Musgr. ad Eur. Ion. 1618.

V. 164 sq. καὶ προτέρας ἄτας ὑπερορνυμένας πόλει] Coniunxi in unam vocem ὑπὲρ et ὀρνυμένας, licet ὑπερόρνυμαι non alibi usurpatum reperiatur. Verum quum multa ab Sophocle usurpata verba composita constat, quibus alii poetae scriptoresque prosaici abstinuerunt, tum hoc ὑπερορνυμένας πόλει rectissime quamvis nove dictum apparet pro ὀρνυμένας ὑπὲρ τῆς πόλεως, ita ut sensus sit: siquidem etiam olim, quum calamitas urbi impenderet etc. Contra ὑπὲρ ἄτας contra omnem loquendi consuetudinem dictum foret. Nam neque ὑπὲρ quod attinet ad significat, quo signifi-

ορνυμένας πόλει
ἠνύσατ' ἐκτοπίαν φλόγα πήματος, ἔλθετε καὶ νῦν.

(στροφὴ β'.)

ὢ πόποι, ἀνάριθμα γὰρ φέρω
πήματα· νοσεῖ δέ μοι πρόπας
στόλος, οὐδ' ἔνι φροντίδος ἔγχος,
ᾧ τις ἀλέξεται. οὔτε γὰρ ἔκγονα
κλυτᾶς χθονὸς αὔξεται, οὔτε τόκοισιν
ἰηΐων καμάτων ἀνέχουσι γυναῖκες·

V. 178. *θανατηφόρα* et metri et sententiae causa ex optimatu accepit Erfurdtius, non intelligens, quod facile potest intelligi, languidissimam sic Sophoclem orationem redditurum fuisse, neque ullo poterit exemplo probari *ὑπὲρ ἄτας* hoc, quo Matthiae §. 682. p. 1156. voluit, sensu potuisse dici: ad arcendam calamitatem. In Aeschyl. S. adv. Th. 425. *τρέμω δ' αἱματηφόρους μόρους ὑπὲρ φίλων ὀλομένων ἰδέσθαι* recte vidit Blomfieldius structuram hanc esse: *τρέμω δ' ὑπὲρ φίλων αἱμ. μ. ὀλ. ἰδέσθαι.* De sensu v. 189. huius fabulae suo loco dictum. Ceterum recte scholiastes: *ἄτας· τῆς ἀπὸ τῆς Σφιγγός.*

V. 166. *ἠνύσατ' ἐκτοπίαν*] Recte explicatur in sylloge scholiorum: *ἐποιήσατε ἐκτετοπισμένην, τουτέστι ἐξετοπίσατε, ὑπερόριον ἐποιήσατε.* Verbis *φλόγα πήματος* ipsa Sphinx significatur, qua dis volentibus Oedipus Thebanos liberaverat; estque *φλὸξ* translate de vehementia dictum, quemadmodum a Latinis incendium usurpatur. Sic incendium invidiae a Cicerone in Cat. I, 11. et flamma invidiae ab eodem de Orat. III, 3. dictum. Recte schol.: *φλόγα πήματος· περιφραστικῶς τὴν πημονὴν τὴν διάπυρον.* Cum *προφάνητε — ἔλθετε* compara O. C. 1492 sq. *βᾶθι — ἵκου.*

V. 167. *ὢ πόποι*] gl. *ἀντὶ τοῦ φεῦ. διὰ μέσου.* BR. *ὦ πόποι*, o di. Nominativum habet Lycophron v. 943. *τοιγὰρ πόποι φύξηλιν ἤνδρωσαν σπόρον.* Plutarch. Vol. II. p. 22. C. *Δρύοπες δὲ πόπους τοὺς δαίμονας* [*καλοῦσιν*]. MUSG.

V. 169. *οὐδ' ἔνι φροντίδος ἔγχος*] gl. *οὐδ' ἔνεστι μηχανῆς, ἐπινοίας δύναμις.* BR.

V. 170 sq. *ἔκγονα κλυτᾶς χθονός*] Cum his Sophocleis P. Victorius Var. Lectt. XV, 20. Pacuvii verba ex Dulореste comparat, a Nonio servata: Nec grandiri frugum fetum posse, nec mitescere. Arbitrabantur enim olim deos hominibus iratos ob aliquod impium facinus fructibus terrae obesse, fetusque animantium perdere, donec placarentur expiato scelere. BR. [Cum hoc loco Huschkius ad Tibull. II, 5, 91. p. 390. comparat Herodt. III, 68. Aristoph. Pac. 1320. Aeschyl. Eum. 905., monens veteres in precationum formulis haec tria felicitatis publicae momenta, frugum ubertatem, feturam gregum, matronarum fecunditatem plerumque coniungere. F. I.].

V. 171 sq. Schol.: *οὔτε τό-*

ἄλλον δ' ἂν ἄλλῳ προσίδοις, ἅπερ εὔπτερον ὄρνιν,
κρεῖσσον ἀμαιμακέτου πυρὸς ὄρμενον
ἀκτὰν πρὸς ἑσπέρου θεοῦ·

(*ἀντιστροφὴ β'.*)

ὧν πόλις ἀνάριθμος ὄλλυται·
νηλέα δὲ γένεθλα πρὸς πέδῳ
θανατηφόρα κεῖται ἀνοίκτως·
ἐν δ' ἄλοχοι πολιαί τ' ἔπι ματέρες
ἀκτὰν παρὰ βώμιον ἄλλοθεν ἄλλαι

mis codd. rescripsi pro *θανατηφόρῳ.*

κοισιν· αἵ τε γυναῖκες τῶν καμάτων ἐν τοῖς τόκοις οὐκ ἀνέχουσιν, τουτέστιν, οὐ περιγίνονται τῶν πόνων. Idem schol. recte *ἰηΐων καμάτων* sic explicat: *τῶν μετ' εὐχῆς γινομένων,* id est labores, qui exclamationem *ἰή* excitant, i. e. qui gravissimo cum dolore coniuncti sunt. De dativo poetarum more sine praepositione adhibito vide Rost. §. 106. d.

V. 173. *ἄλλον ἄλλῳ*] alium super alium. Sic Eur. Troad. 1323. *ἄλλῳ δ' ἄλλο φροῦδον.* Vide Matth. §. 403. not. p. 738. — Cum verbis *ἅπερ εὔ. ὄρνιν* apte Musgr. contulit Eur. Hipp. 840. *ὄρνις γὰρ ὥς τις ἐκ χερῶν ἄφαντος εὖ πήδημ' ἐς Ἅιδου κραιπνὸν ὁρμήσασά μοι.*

V. 174. *κρεῖσσον — πυρός*] Proverbium, quo significatur mali celeritas et vehementia. Habet et Euripides Hecub. 608. MUSGR.

V. 175. *ἑσπέρου θεοῦ*] Neminem praeterea novi, qui sic Plutonem vocarit. *Πόρευ' Ἀχέροντος ἀκτὰν παρ' εὔσκιον* habet Pindarus Pyth. XI. stroph. 2. Vide et Antig. 812 sq. MUSGR.

V. 176. *ὧν πόλις ἀνάριθμος ὄλλυται*] Quibus (cadaveribus) abundans urbs perit. Sic El. 232. *οὐδέ ποτ' ἐκ καμάτων ἀποπαύσομαι ἀνάριθμος ὧδε θρήνων.* Trach. 256. *ἡμερῶν ἀνήριθμον.*

V. 178. *θανατηφόρα κεῖται*] Continetur verbo *θανατηφόρα* causa, ob quam mortuorum corpora indefleta et sine honore sepulcri humi iacuerint. Metuebant enim eorum necessarii, ne sepeliendis iis morbi contagia in se penetrarent. Vidit hoc iam scholiastes, monens: *οὐκ ἠλέουν δὲ ἀλλήλους, ἴσως ὑπὸ τῆς συνηθείας τοῦ κακοῦ, ἢ ὑπὸ φόβου καὶ προσδοκίας τῶν ὁμοίων.*

V. 179 sqq. *ἐν δ' ἄλοχοι — ἐπιστενάχουσιν*] Notanda brevitas dicendi est. Integra enim oratio haec est: *ἐν δ' ἄλοχοι πολιαί τ' — ἄλλαι ἔρχονται καὶ λυγρῶν — ἐπιστενάχουσιν.* Eodem fere modo locutus est Sophocles Electr. 140. *ἀλλ' ἀπὸ τῶν μετρίων ἐπ' ἀμήχανον ἄλγος ἀεὶ στενάχουσα διόλλυσαι.*

V. 180. *ἀκτὰν παρὰ βώμιον*] ad altarium gradus. Interdum enim *ἀκτή* eminentiam significat, *ἐξοχήν*, uti bene h. l. interpretatur scholiastes. Sic Aesch. Choeph. 718. *ἀκτὴ χώματος* de sepulcri tumulo dictum. ERF.

λυγρῶν πόνων ἱκτῆρες ἐπιστενάχουσιν.
παιὰν δὲ λάμπει στονόεσσά τε γῆρυς ὅμαυλος·
ὧν ὕπερ, ὦ χρυσέα θύγατερ Διός,
εὐῶπα πέμψον ἀλκάν·

(στροφὴ γ'.)

Ἀρεά τε τὸν μαλερόν,
ὃς νῦν ἄχαλκος ἀσπίδων
φλέγει με περιβόητος ἀντιάζων,

V. 181. Brunck. ex paucis codd. recepit ἐπιστοναχοῦσι.

V. 181. λυγρῶν π. ἱ. ἐπιστενάχουσιν] Hoc dicit poeta: gementes quae perpetiuntur mala supplicant dis ut averruncent. Ceterum rara locutio ἐπιστενάχειν τινός. Verum ita etiam Eur. Phoen. 1434. κακῶν σῶν ὅσον στένω. et Iph. A. 370. Ἑλλάδος μάλιστ' ἔγωγε τῆς ταλαιπώρου στένω.

V. 182. Schol.: παιὰν δὲ λάμπει· ἀντὶ τοῦ ἀκμάζει, λαμπρῶς τῇ φωνῇ λέγεται πρὸς ἀποτροπὴν τῶν κακῶν. ὅμαυλος δὲ ἀντὶ τοῦ ἑμόθρους, ὁμόφωνος. τοῦτο δὲ ὅμοιόν ἐστι τῷ [v. 5.] ὁμοῦ δὲ παιάνων τε καὶ στεναγμάτων. Musgravius: Audaciam huius figurae, παιὰν λάμπει, mitigare videtur Graecorum consuetudo. Sic enim λαμπρὰ φωνὴ iis clara vox est; Polluc. lib. II. sect. 116. Plutarch. de Virtute Mulier. Vol. II. p. 285. ὡς δὲ εἶδε πεπωκότα, λαμπρὸν ἀνωλόλυξεν.

V. 183. ὧν ὕπερ] pro his, s. in harum commodum, quae supplices deorum aras occupant. Itaque vulgari significatu hic ὑπὲρ usurpatum apparet.

V. 184. εὐῶπα — ἀλκάν] Apte comparavit Hermannus Aesch. Choeph. 487. εὔμορφον κράτος. De grammatica ratione, qua εὐῶψ ἀλκὰ dicatur, monuit Matth. §. 112. not. 2.

V. 185. Ἄρεα] Veteres non solum bella, sed omne genus malorum, etiam morbos pestiferos, a Marte proficisci credebant. Vide Musgr. ad Ai. 706. ERF. „Ἄρης non proprie appellatur, sed est λοιμός, qui similis Marti eoque non minus perniciosus; quanquam nullis armis instructus." NAEKE in Prolus. Bon. 1824. mens. April.

V. 186. ἄχαλκος ἀσπίδων] proprie ὢν ἄνευ ἀσπίδων χαλκῶν, deinde idem significans atque quod El. 36. positum ἄσκευον ἀσπίδων. Cuius pleonasmi exempla plurima Matth. §. 339. attulit.

V. 187. Schol.: περιβόητος· περὶ ὃν ἕκαστος βοᾷ, μετὰ βοῆς καὶ οἰμωγῆς ἐπιών. ὡς ἐπὶ πολέμου πάλιν. Vera prior explicatio; hoc dicere videtur poeta, Martem quocunque accedat propter vulnera, quibus afficiat cives, summo clamore, sive eiulatu excipi.

V. 188 sq. παλίσσυτον δράμημα νωτίσαι πάτρας ἄπουρον] Ex vulgari tragicorum consuetudine παλ. δράμ. νωτίσαι dictum est pro παλίσσυτον δράμημα ποιῆσαι, ita ut sensus sit: παλινδρομῆσαι καὶ ἐκ τῆς πατρίδος ἀπελθεῖν. Cf. quae ad v. 65. monui et Adv.

παλίσσυτον δράμημα νωτίσαι πάτρας
ἄπουρον, εἴτ' ἐς μέγαν
θάλαμον Ἀμφιτρίτας,
εἴτ' ἐς τὸν ἀπόξενον ὅρμον
Θρήκιον κλύδωνα·
τέλει γὰρ εἴ τι νὺξ ἀφῇ,
τοῦτ' ἐπ' ἦμαρ ἔρχεται·

V. 193. Pro εἴ τι **Brunck.** ἤν τι scripsit. Sed omnes fere libri εἴ τι tuentur.

in Soph. Philoct. p. 51 sq. Infinitivus, ut secundum scholiastam a Musgravio et Erfurdtio monitum, regitur a πέμψον, quod supra positum, ita ut πέμψον τε Ἄρεα — νωτίσαι valeat: e t f a c, u t M a r s t e r g a d e t.

V. 189. ἄπουρον] Notanda haec vox ex vocabulo ionico οὖρος, i. e. ὅρος, et ἀπό composita. Vide ad Phil. 681. meae ed.

V. 189 sq. εἴτ' ἐς μέγαν θ. Ἀμφιτρίτας] Intelligo mare Atlanticum, tum quod nullum aliud aeque a magnitudine designari mereretur; tum quod omnium quae tum quidem innotuerint a Graecia longissime abest, aptissimumque adeo fuit, in quod pestem ablegari cuperent Thebani. C i c e r o Somn. Scip. c. 6. c i r c u m f u s o i l l o, q u o d A t l a n t i c u m, q u o d m a g n u m — a p p e l l a t i s. Theon in Arat. Phaenom. 26. ὠκεανὸς δὲ ἡ ἐκτὸς καὶ μεγάλη θάλασσα καλεῖται. M U S G R. Rectissime; male enim Erfurdtius cum aliis μέγαν θάλ. Ἀμφ. de maribus mediterraneis accipit, inter quae quum sit etiam Pontus Euxinus (Θρήκιος κλύδων), ita statuit, Martem tanquam belli deum in Thraciam, tanquam pestem in mare (ἐς μυχοὺς ἁλός Pind. Pyth. VI, 22.) revertere iubere. At particulis εἴτε — εἴτε intelligitur manifesto duo a se diversa ac longe dissita maria a poeta commemorata esse debere. Aptissime igitur ea memorantur maria, quae scimus a Graecis pro orbis terrarum terminis habita esse. Cfr. W y t t e n b a c h. ad Platon. Phaedon. p. 299. et M a t t h. ad Eur. Hipp. 3. Ceterum notum est poetas et Graecos et Romanos in mare proiiciendum dicere solere quicquid abominandum sit et luctuosum.

V. 191 sq. εἴτ' ἐς — κλύδωνα] Intelligendus pontus Euxinus, qui mare Threicium dicitur, quod Thraciam adluit.

V. 193 sq. Schol.: τέλει γὰρ εἴ τι νὺξ ἀφῇ· ἀντὶ τοῦ εἴ τι ἡ νὺξ ἀγαθὸν καταλείπεται, τοῦτο ἐν ἡμέρᾳ ἀναιρεῖται. βούλεται δὲ λέγειν, ὅτι τὰ κακὰ ἀδιάλειπτον ἔχει. εἰ γάρ τι ἡ νὺξ ἀφῇ ἐπὶ τῷ ἑαυτῆς τέλει ἀβλαβὲς, μὴ φθάσασα αὐτὸ ἀπολέσαι, τοῦτο μεθ' ἡμέραν ἀνήρπασται. E l m s l e i u s et H e r m a n n u s (quem vide in Opuscul. Vol. IV. p. 97 sq.) rectius τέλει interpretantur o m n i n o. De εἰ cum coni. iuncto vide M a t t h. §. 525. 7. b. R o s t. §. 121. annot. 10.

V. 194. τοῦτ' ἐπ' ἦμαρ ἔρχεται] Praepositio pertinet ad ἔρχεται. Sic Trach. 129. ἀλλ' ἐπὶ πῆμα καὶ χαρὰ πᾶσι κυκλοῦσιν. ERF.

τόν, ὦ πυρφόρων ἀστραπᾶν κράτη νέμων
ὦ Ζεῦ πάτερ, ὑπὸ σῷ φθίσον κεραυνῷ.

(ἀντιστροφὴ γ'.)

Λύκει' ἄναξ, τά τε σὰ
χρυσοστρόφων ἀπ' ἀγκυλῶν
βέλεα θέλοιμ' ἂν ἀδάματ' ἐνδατεῖσθαι
ἀρωγὰ προσταθέντα, τάς τε πυρφόρους
Ἀρτέμιδος αἴγλας, ξὺν αἷς
Λύκι' ὄρεα διᾴσσει·
τὸν χρυσομίτραν τε κικλήσκω,
τᾶςδ' ἐπώνυμον γᾶς,

V. 195. Aut hic versus aut antistrophicus aut uterque aliquid vitii contraxerunt; metra enim non congruunt. Ea ut restituantur,

V. 195. Schol.: *τόν· ἀντὶ τοῦ ὅν. τὸν μαραντικὸν Ἄρεα κεραύνωσον, ὦ Ζεῦ.*

V. 198. *Λύκει' ἄναξ*] Non videtur dubium, quin eodem sensu Apollo *Λύκειος ἄναξ* hic appelletur, quo invocatur apud Aesch. S. adv. Th. 133. ed. Blomf. *καὶ σύ, Λύκει' ἄναξ, λύκειος γενοῦ στρατῷ δαΐῳ.* Quemadmodum enim lupos olim Sicyoniorum expulisse traditur (cfr. Pausan. II, 9. et Blomf. in gloss. ad Aesch. S. adv. Th. 133.), ita deum pestiferum expellere hic rogatur.

V. 199. *ἀγκυλῶν*] Usus cuivis fere funiculorum generi nomen hoc tribuit; ut funiculis nauticis Eur. Iph. T. 1419.; calceorum loris Hesych. v. *ἀγκύλας*; loco, quo canes venatici continentur Polluc. lib. V. sect. 54. Hic nervum arcus indicat; arcum enim gestabat, non iaculum Apollo. MUSGR.

V. 200. *ἐνδατεῖσθαι*] Recte scholiastes ad v. 198.: *βουλοίμην δὲ καὶ τὰ σὰ βέλη, ὦ Ἄπολλον, τὰ ἀδάμαστα καταμερίζεσθαι εἰς αὐτόν, καὶ τὰς λαμπάδας Ἀρτέμιδος.* Errant enim Elmsleius et Hermannus, qui *ἐνδατεῖσθαι* commemorare, celebrare interpretantur. Nam chorus quum in antecedentibus inde a v. 185. *Ἄρεα τε* etc. et rursus in sequentibus inde a v. 204. *τὸν χρυσομίτραν τε* etc. quos invocat deos, Minervam, Iovem, et Bacchum, eo uno consilio appellet, ut deum pestiferum ex urbe sua abigere aut perdere velint, non potest profecto in hac, de qua loquor, carminis parte, quae cum antecedentibus et sequentibus arctissime cohaeret, simplicem laudem aut commemorationem arcus Apollinei adiicere, sed necessario, quum hunc quoque deum invocat, id facere eodem consilio existimandus est, ut cum ceteris dis frangere vim dei illius pestiferi velit. Id autem si facere chorus statuitur, quod statuendus est, manifesto *ἐνδατεῖσθαι* sensu iactandi accipiendum. Neque in eo haerendum, quod id a Sophocle passive usurpatum, a quo in hac ipsa fabula 1512. *εὔχομαι* notione passiva dictum sit. Cfr. Matth. §. 495. e. Ipsum autem *ἐνδατεῖσθαι* a Nicandro etiam Ther. 509. passive usurpatum videtur.

οἰνῶπα Βάκχον εὔϊον,
Μαινάδων ὁμόστολον,
πελασθῆναι φλέγοντ' ἀγλαῶπι
πεύκᾳ 'πὶ τὸν ἀπότιμον ἐν θεοῖς θεόν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Αἰτεῖς· ἃ δ' αἰτεῖς, τἄμ' ἐὰν θέλῃς ἔπη
κλύων δέχεσθαι τῇ νόσῳ θ' ὑπηρετεῖν,
ἀλκὴν λάβοις ἂν κἀνακούφισιν κακῶν·
ἁγὼ ξένος μὲν τοῦ λόγου τοῦδ' ἐξερῶ,
ξένος δὲ τοῦ πραχθέντος· οὐ γὰρ ἂν μακρὰν

tueret Hermannus de suo addidit *τὰν* ante *πυρφόρων*, et delevit *ὦ Ζεῦ*: tum in antistropha item de suo addidit *σὺν* ante *πεύκᾳ*.

V. 208. Vide quae ad v. 195. monui.

V. 201. *προσταθέντα*] Radix est *προΐσταμαι*, non *προτείνομαι*. MUSGR.

V. 201 sq. *τάς τε πυρφ. Ἀρτ. αἴγλας*] Vide Spanhemium ad Callim. h. in Dian. 11., ubi dea facem utraque manu gestans ex veteri nummo exhibetur. *Διπύρους ἀνέχουσα λαμπάδας* depingitur Aristoph. Ran. 1406. MUSGR.

V. 203. *Λύκι' ὄρεα διάσσει*] Errare per montes Lyciae dicitur Diana, quia nata a nonnullis in Lycia putabatur.

V. 204. *χρυσομίτρα*] Luciano itidem depingitur *μίτρᾳ — ἀναδεδεμένος τὴν κόμην*, in dial. Iovis et Iunonis, Vol. I. p. 247., quin et in *Προςλαλίᾳ*, Vol. III. p. 76. MUSGR.

V. 205. Triclinius: *τᾶςδ' ἐπ. γᾶς· ἤτοι Θηβαῖον· ἐκ Θηβῶν γὰρ ὁ Διόνυσος.*

V. 207. In Antigona pariter chorus Bacchum approperare orat, non solum, sed *ξὺν Θυιάσι προςπόλοις*. MUSGR. Recte in glossis *ὁμόστολον* explicatur: *ὁμοδίαιτον, συνόμιλον, συνοδοιπόρον*. De genitivo, qui regitur ab adiectivo, vide Matth. §. 379. p. 698. Rost. §. 108. annot. 2.

V. 210. Schol.: *ἐπὶ τὸν ἀπότιμον· ἀπότιμον θεὸν λέγει τὸν λοιμόν, τὸν μὴ μετέχοντα τῆς τιμῆς τῶν θεῶν· θεῶν γάρ ἐστι τὸ εὐεργετεῖν τοὺς ἀνθρώπους.*

V. 211 — 213. *αἰτεῖς· ἃ δ' — κακῶν*] Poetarum more conformata oratio est, cuius sententia haec est: Rogas remedium et levamen malorum; ac consequeris quidem quod rogas, si dicta mea attente excipere et in depellenda hac peste adiuvare me volueris. Cfr. quae ad Philoct. 1299. adnotavi.

V. 212. Schol.: *ὑπηρετεῖν· ἐπαρκεῖν καὶ συμπράττειν.*

V. 214 sq. *ξένος μὲν — πραχθέντος*] Recte haec verba scholiastes ad 211. sic explicat: *οὐκ ἀκηκοὼς πρότερον περὶ τοῦ φόνου τοῦ Λαΐου, οὐδὲ μὴν καθ' ὃν χρόνον ἐπράχθη ὁ φόνος παρών.* Iunctum autem *ξένος* cum genitivo, quia ignarum significat.

V. 215 sq. *οὐ γὰρ ἂν μακρὰν — σύμβολον*] Neque

ἴχνευον αὐτός, μὴ οὐκ ἔχων τι σύμβολον.
νῦν δ' ὕστερος γὰρ αὐτὸς εἰς ἀστοὺς τελῶ,
ὑμῖν προφωνῶ πᾶσι Καδμείοις τάδε·
ὅστις ποθ' ὑμῶν Λάϊον τὸν Λαβδάκου
κάτοιδεν ἀνδρὸς ἐκ τίνος διώλετο,
τοῦτον κελεύω πάντα σημαίνειν ἐμοί·
κεἰ μὲν φοβεῖται, τοὐπίκλημ' ὑπεξελὼν
αὐτὸς καθ' αὑτοῦ, πείσεται γὰρ ἄλλο μὲν
ἀστεργὲς οὐδέν, γῆς δ' ἄπεισιν ἀβλαβής.
εἰ δ' αὖ τις ἄλλον οἶδεν ἐξ ἄλλης χθονὸς

V. 217. Ex duobus codd. *αὐτὸς* dedi. Ceteri *ἀστός*.
V. 226. Hermannus post *χθονὸς* interpunxit, commate post *αὐτόχειρα* deleto.

enim ipse longe procederem investigando, nisi aliquid haberem indicii, sc. malorum illorum levamen nos consecuturos esse. Particula *γὰρ* non redditur ratio eorum quae proxime praecedunt verborum, *ἀγὼ — πραχθέντος*, sed superiorum, *ἀλκὴν λάβοις ἂν — κακῶν*. Cum *μακρὰν ἴχνευον* confer El. 1259. *μὴ μακρὰν βούλου λέγειν*, noli longius extendere sermonem; de *μὴ οὐ* particulis, quas in unam syllabam coalescere notum est, cum participio iunctis cfr. Hermann. in Mus. Stud. Ant. Vol. I. p. 229. et Matth. §. 609. p. 1230.

V. 217 sq. *νῦν δ' ὕστερος γὰρ αὐτὸς εἰς ἀστοὺς τελῶ*] Hoc dicit Oedipus: Verum quoniam recentior ego civis sum, ita ut caedis illius, quae ante meum adventum facta est, minus gnarus esse possim, vobis, qui nati in hac urbe estis (*Καδμείοις*), haec dico; quae si curae vobis sunt, facile finem malorum consequamini. Rectissime autem Elmsleius *αὐτὸς* pro *ἀστὸς* scribendum vidit. Nam quum *εἰς ἀστοὺς τελῶ* nihil significet aliud quam in civibus numeror, civis sum (cfr. Passovius in Lex. Gr. sub h. voce n. 3. b.), non apte patet *ἀστὸς* addi; contra requiritur adeo *αὐτός*, quoniam oppositio est a poeta inter Oedipum et chorum facta, id quod ex *ὑμῖν* initio versus sequentis posito apparet: quoniam *ipse* recentior civis sum, *vobis* haec dico, qui nati in hac urbe estis.

V. 221. Schol.: *πάντα· πάντα τὰ πραχθέντα.*

V. 222 sqq. *κεἰ μὲν φοβεῖται — ἀβλαβής*] Et si metuit (sc. *ὑμῶν τις πάντα σημαίνειν ἐμοί*), crimen caedis cuius ipse reus sit, surripiat, sive subterfugiat, et in terram peregrinam abeat; nullum enim aliud patietur malum. Id est: si metuit hoc mihi dicere, quum ipse criminis reus est, elabatur ex crimine caedis abeundo in terram peregrinam; nullum enim etc. Atque ita fere Matthiae hunc locum primus recte explicavit, addens: Quum enim Graeci enuntiationes causales iis praeponere soleant, quarum causa redditur, verba *πείσεται γὰρ* etc. praemittit, et quae prius ponenda erant subiicit, mutata constructione ita, ut haec e sententia causali nexa

τὸν αὐτόχειρα, μὴ σιωπάτω· τὸ γὰρ
κέρδος τελῶ 'γώ, χἡ χάρις προςκείσεται.
εἰ δ' αὖ σιωπήσεσθε, καί τις ἢ φίλου
δείσας ἀπώσει τοὔπος ἢ χαὐτοῦ τόδε,
ἃκ τῶνδε δράσω, ταῦτα χρὴ κλύειν ἐμοῦ.
τὸν ἄνδρ' ἀπαυδῶ τοῦτον, ὅςτις ἐστί, γῆς
τῆςδ', ἧς ἐγὼ κράτη τε καὶ θρόνους νέμω,
μήτ' εἰςδέχεσθαι μήτε προςφωνεῖν τινά,
μήτ' ἐν θεῶν εὐχαῖσι μήτε θύμασιν
κοινὸν ποιεῖσθαι, μήτε χέρνιβας νέμειν·

V. 229. *ἀπώσει* ex aliquot codd. restituit Brunckius. Hermannus cum Reisigio ad O. C. p. 348. *ἀπώσῃ* revocavit.

sint, eique opponantur. Cfr. Gramm. gr. §. 615. p. 1242.

V. 225. *ἄλλον ἐξ ἄλλης χθονός*] alium eumque peregrinum.

V. 228. *τελῶ*] gl. *τελέσω, δώσω.* Vide de hac forma futuri attica ad v. 138.

V. 228 sq. *ἢ φίλου δείσας*] Coniunxit poeta, quod ab aliis Graecis factum esse non novi, *δείσας* cum genitivo, quod sensu verbi *κήδεσθαι* usurpavit; solent enim istiusmodi notionis verba genitivum adsciscere. Cfr. Matth. §. 348. Nam alia est verborum *δακρύειν, ἄγασθαι, στυγεῖν* et similium ratio, quibuscum hanc locutionem Matth. §. 368. comparavit.

V. 229. *ἀπώσει τοὔπος*] hoc meum edictum negligat, i. e. auctorem caedis non indicet.

V. 230. *ἐκ τῶνδε*] *μετὰ ταῦτα*, dehinc, postea. Vide Matth. §. 574.

V. 231 sqq. Schol.: *τὸν ἄνδρ' ἀπαυδῶ· πολὺν [illegible]εον ἐργάζεται ὁ λόγος, ὅτι κατηγορεῖ ἑαυτοῦ ἀγνοῶν. πρότερον δὲ τὰ φιλάνθρωπα εἰρηκώς, τελευταῖα ἐπήνεγκε τὰ σκληρότερα.* Struenda verba sic sunt: *ἀπαυδῶ μήτ' εἰςδέχεσθαί τινα τῆςδε γῆς — τὸν ἄνδρα τοῦτον.* De consuetudine Graecorum post verba interdicendi et sim. infinitivum praeposita *μὴ* particula ponendi vide Matth. §. 534. not. 4.

V. 231 — 233. *γῆς τῆςδ' — εἰςδέχεσθαι*] id est *εἴσω τῆςδε τῆς γῆς δέχεσθαι*, ut dixit Sophocles infra 679. *τί μέλλεις κομίζειν δόμων τόνδ' ἔσω;* et Hom. Od. 8, 290. *εἴσω δώματος ἤει.* Sic Eur. Phoen. 454. *τόνδ' εἰςεδέξω τειχέων.* Simillime Soph. Ai. 1292. *τειχέων ἐγκεκλεισμένους*, id est *ἐντὸς τειχέων κεκλεισμένους*, sive, ut prosaici scriptores loquuntur, (cfr. Xen. An. III, 3, 7. III, 4, 26.) *εἴσω τῶν τειχέων κατακεκλεισμένους.* Cfr. Matth. §. 379. not. 2.

V. 235. *κοινὸν ποιεῖσθαι*] socium adhibere. MUSGR.

Ibid. *χέρνιβας νέμειν* quid sit, docebit Athenaeus, cuius haec sunt verba L. IX. p. 409.: *ἔστι δὲ χέρνιψ ὕδωρ, εἰς ὃ ἀπέβαπτον δαλὸν ἐκ τοῦ βωμοῦ λαμβάνοντες, ἐφ' οὗ τὴν θυσίαν ἐπετέλουν· καὶ τούτῳ περιῤῥαίνοντες τοὺς παρόντας ἥγνιζον.* BR. Conferri Erfurdtius Wolf. ad Leptin. p. 376. Aeschyl. Choeph. 288. et Eur. Or. 885. iubet.

ὠθεῖν δ' ἀπ' οἴκων πάντας, ὡς μιάσματος
τοῦδ' ἡμὶν ὄντος, ὡς τὸ Πυθικὸν θεοῦ
μαντεῖον ἐξέφηνεν ἀρτίως ἐμοί.
ἐγὼ μὲν οὖν τοιόςδε τῷ τε δαίμονι
τῷ τ' ἀνδρὶ τῷ θανόντι σύμμαχος πέλω.
κατεύχομαι δὲ τὸν δεδρακότ', εἴτε τις
εἷς ὢν λέληθεν εἴτε πλειόνων μέτα,
κακὸν κακῶς νιν ἄμορον ἐκτρῖψαι βίον.
ἐπεύχομαι δ', οἴκοισιν εἰ ξυνέστιος
ἐν τοῖς ἐμοῖς γένοιτ' ἐμοῦ συνειδότος,
παθεῖν ἅπερ τοῖςδ' ἀρτίως ἠρασάμην.
ὑμῖν δὲ ταῦτα πάντ' ἐπισκήπτω τελεῖν

V. 243. *ἄμορον.* Sic pro *ἄμοιρον* scripsit primus Erfurdtius auctore Porsono in praef. ad Hec. p. X. ed. sec.
V. 245. Brunckius pro *γένοιτ' ἐμοῦ συνειδότος* ex Marklandi ad Eur. Suppl. 390. coniectura scripsit *γένοιτο μὴ οὐ ξυνειδότος*. Quem recte refutavit Schaefer. Melett. critt. p. 107.
V. 252. Omisi *τὲ* particulam vulgo post *βασιλέως* additám,

V. 236. *ὠθεῖν δ' ἀπ' οἴκων*] Subaudiendum *κελεύω*, quod in *ἀπαυδῶ* latet. Cfr. Matth. §. 634. 3.
V. 239. Schol.: *δαίμονι· τῷ ταῦτα μαντευσαμένῳ Ἀπόλλωνι.*
V. 241 sq. *εἴτε τις εἷς*] Cfr. de locutione *τις εἷς* Matth. §. 487.
V. 243. *τὸν δεδρακότα — νιν*] Vide Matth. §. 472. 1. a. p. 876. et Herm. ad Philoct. 315.
V. 244 sqq. *ἐπεύχομαι δ' — παθεῖν*] Voveo autem, si interfector Lai in domo mea apud me sit me sciente, eadem me passurum esse, quae modo his imprecatus sum.
V. 248. *ὑπέρ τ' ἐμαυτοῦ*] De collocatione *τὲ* particulae vide Matth. §. 626. p. 1277. — Ceterum in eo, quod verba *τῆςδέ τε*, arctissime cum nomine *γῆς* cohaerentia, in fine versus posita sunt, non plus est offensionis, quam in illis versibus, quorum in exitu praepositio posita est, ad nomen, quod in versum sequentem reiectum est, pertinens. Cuius generis exempla ad Philoct. 183. attuli.
V. 249. *ἀκάρπως κἀθέως ἐφθ.*] inopia frugúm et auxilii deorum adflictae. Sic *ἄθεος*, deorum auxilio destitutus, 661. et El. 1181. *ὦ σῶμ' ἀτίμως κἀθέως ἐφθαρμένον.*
V. 250 sq. *οὐδ' εἰ γὰρ* etc.] Sensus, quem Erfurdtius non recte percepit, hic est: neque enim, etiamsi non iussissent dii investigationem caedis fieri, aequum erat vos caedem inexpiatam relinquere. Nam ut saepe aliquod vocabulum, quod ad duo membra pertinet, alia notione accipiendum est in eo membro, in quo positum, alia in eo, in quo supplendum (vide ad El. 72. et ad huius f. 236.), ita hic τὸ πρᾶ-

ὑπέρ τ' ἐμαυτοῦ τοῦ θεοῦ τε τῆςδέ τε
γῆς, ὧδ' ἀκάρπως κἀθέως ἐφθαρμένης.
οὐδ' εἰ γὰρ ἦν τὸ πρᾶγμα μὴ θεήλατον,
ἀκάθαρτον ὑμᾶς εἰκὸς ἦν οὕτως ἐᾶν,
ἀνδρός γ' ἀρίστου βασιλέως ὀλωλότος,
ἀλλ' ἐξερευνᾶν· νῦν δ' ἐπεὶ κυρῶ τ' ἐγὼ
ἔχων μὲν ἀρχάς, ἃς ἐκεῖνος εἶχε πρίν,
ἔχων δὲ λέκτρα καὶ γυναῖχ' ὁμόσπορον,
κοινῶν τε παίδων κοίν' ἄν, εἰ κείνῳ γένος
μὴ 'δυςτύχησεν, ἦν ἂν ἐκπεφυκότα·
νῦν δ' ἐς τὸ κείνου κρᾶτ' ἐνήλαθ' ἡ τύχη.
ἀνθ' ὧν ἐγὼ τάδ' ὡςπερεὶ τοὐμοῦ πατρὸς

optimorum codd. auctoritate. Hermannus, qui retinuit, *ἀνδρός τ'* scripsit.

V. 253. *ἐπεὶ κυρῶ τ' ἐγώ.* Sic primus Hermannus ex Burtoni coni. scripsit. Libri *ἐπικυρῶ τ' ἐγώ.* Brunckius dederat: *νῦν δέ γ' ἐπικυρῶ τ' ἐγώ.*

V. 259. Temere Brunck. ex coni. *τοῦδ'* pro *τάδ'* scripsit.

γμα iunctum cum *θεήλατον* investigationem caedis, sed relatum ad *ἀκάθαρτον ἐᾶν* caedem ipsam significat. De *εἰκὸς ἦν* sine *ἄν* posito vide Matth. §. 508. n. 2. p. 967. Rost. §. 120. annot. 2.

V. 253. *ἐπεὶ κυρῶ τ' ἐγὼ ἔχων* etc.] Apodosis sequitur v. 259., liberius formata oratione, hoc sensu: nunc vero quoniam ego imperium teneo, quod ille tenebat antea, —: idcirco ita tanquam pro patre meo pugnabo. *Τὲ* particulae respondet *τὲ* post *κοινῶν* v. 256. posita.

V. 255. Schol. min.: *ὁμόσπορον· εἰς ἣν ἔσπειρε καὶ ἐκεῖνος καὶ ἐγώ.*

V. 256 sq. *κοινῶν τε παίδων κοίν' ἂν* etc.] Sensus hic est: et quoniam, si illi contigisset ut liberos procrearet, communes liberos haberemus. Nam *κοινῶν παίδων κοινὰ* pleonastice dictum pro *κοινοὶ παῖδες.* Cfr. Matth. §. 442. 4.

V. 258. *νῦν δ' ἐς — ἡ τύχη*] Definite hoc versu id dicitur, quod versibus praecedentibus hypothetice elatum erat, ita ut sensus hic sit: verum mala in eum ingruit fortuna, ita ut non susciperet liberos. Sic in Ai. 1057., quem locum attulit Erfurdtius: *κεἰ μὴ θεῶν τις τήνδε πεῖραν ἔσβεσεν, ἡμεῖς μὲν ἂν τήνδ' ἣν ὅδ' εἴληχεν τύχην θανόντες ἂν προὐκείμεθ' αἰσχίστῳ μόρῳ, οὗτος δ' ἂν ἔζη· νῦν δ' ἐνήλλαξεν θεὸς τὴν τοῦδ' ὕβριν πρὸς μῆλα καὶ ποίμνας πεσεῖν.* Ceterum apte Musgr. cum hoc loco comparavit Ant. 1345. *τά τ' ἐπὶ κρατί μοι πότμος δυςκόμιστος εἰςήλατο.*

V. 259. *ἀνθ' ὧν*] *ἀντὶ τούτων.* Cfr. Matth. §. 480. c.

V. 259 sq. *τάδ' ὡςπερεὶ τοὐμοῦ — ὑπερμαχοῦμαι*] Dictum hoc est ex usitatissima Graecorum consuetudine loquen-

ὑπερμαχοῦμαι, κἀπὶ πάντ' ἀφίξομαι
ζητῶν τὸν αὐτόχειρα τοῦ φόνου λαβεῖν,
τῷ Λαβδακείῳ παιδὶ Πολυδώρου τε καὶ
τοῦ πρόσθε Κάδμου τοῦ πάλαι τ' Ἀγήνορος·
καὶ ταῦτα τοῖς μὴ δρῶσιν εὔχομαι θεοὺς
μήτ' ἄροτον αὐτοῖς γῆς ἀνιέναι τινά,
μήτ' οὖν γυναικῶν παῖδας, ἀλλὰ τῷ πότμῳ
τῷ νῦν φθερεῖσθαι, κἄτι τοῦδ' ἐχθίονι.
ὑμῖν δὲ τοῖς ἄλλοισι Καδμείοις, ὅσοις
τάδ' ἔστ' ἀρέσκονθ', ἥ τε σύμμαχος Δίκη

V. 265. γῆς. Sic cum Hermanno aliisque dedi. Libri γῆν.

di, a viris doctis tamen, quod sciam, nondum explicata. [Explicavi hanc constructionem larga exemplorum copia apposita in Gr. Gr. §. 104. annot. 7. p. 494. ed. IV. V. C. F. R.]. Solent enim Graeci saepissime pronomen aut adiectivum casu accusativo et genere neutro elatum cum verbis cuiusvis fere generis sic coniungere, ut id ad notionem substantivi, quae verbo, quocum iungitur, continetur, referendum sit. Itaque ταῦτα ὑπερμάχεσθαί τινος breviter dictum pro ταύτην τὴν μάχην μάχεσθαι ὑπέρ τινος. Sic Ai. 1346. σὺ ταῦτ', Ὀδυσσεῦ, τοῦδ' ὑπερμαχεῖς ἐμοί. Hom. Il. α, 257. τάδε πάντα μαρναμένοιϊν. Ex innumeris, quae huc pertinent, exemplis haec pauca adtulisse non inutile erit: τάδε, μαίνεσθαι (Hom. Il. ε, 185.) i. e. ταύτην τὴν μανίαν μαίνεσθαι: τοιαῦτα ὑβρίζειν τινά (Soph. El. 293. 613. Eur. El. 264.), i. e. τοιαύτην τὴν ὕβριν ὑβρίζειν τινά: τοιαῦτα ὑλακτεῖν (Soph. El. 299.), i. e. τοιαύτην τὴν ὑλακὴν ὑλακτεῖν sive ποιεῖν: ταὐτὰ ταῦτα λυπεῖν τινα (Plat. Apol. Socr. p. 41 extr.): ταῦτα ἀνιᾶν τινα (Soph. Ant. 550.): ταῦτά σ' ἔχθει πόσις (Eur. Andr. 212.), i. e. τοῦτό σε ἔχθος ἐχθαίρει πόσις (coll. Soph. Phil. 59. cum adnotatione mea): τὰ μέγιστα τιμηθῆναι (huius fab. 1203.), i. e. ut ipse Schol. explicat, τὰς μεγίστας τιμὰς τιμηθῆναι, coll. Xen. Anab. I, 3. 3. καί με φεύγοντα — τά τε ἄλλα ἐτίμησε καὶ etc.: δεινὰ ἀναγκάζεσθαι (Plat. Phaedr. p. 254. A.), i. e. δεινὴν ἀνάγκην πάσχειν: μείζονα πηδήσας (huius fab. 1300.) i. e. μείζονα πηδήματα πηδήσας: τοῦτο γάρ σ' ἔχω μόνον προςειπεῖν (huius fab. 1071.), i. e. τοῦτο γὰρ τὸ ὄνομα sive ἔπος προςειπεῖν σ' ἔχω: ταῦτα σπεύδειν (Xen. An. IV, 1, 21. ταῦτα γὰρ ἔσπευδον καὶ διὰ τοῦτό σε οὐχ ὑπέμενον), i. e. ταύτην τὴν σπουδὴν ἔσπευδον. Neque non huc pertinet, quod Sophocles hac ipsa fab. dixit 1327.: πῶς ἔτλης τοιαῦτα σὰς ὄψεις μαρᾶναι, i. e. πῶς ἔτλης τοιοῦτον μαρασμὸν σῶν ὀμμάτων ποιῆσαι. Cfr. etiam quae ad 560. meae ed. adnotavi.

V. 260. κἀπὶ πάντ' ἀφίξομαι] omnia tentabo. Sic Eur. Hipp. 286. ἐς πάντ' ἀφῖγμαι. MUSGR. Xen. An. III, 1, 18. ἆρ' οὐκ ἂν ἐπὶ πᾶν ἔλθοι. Hellen. VI, 1, 4. εἰς πᾶν ἀφικνεῖσθαι. Cfr. Valcken. ad Herod. p. 557. 9.

V. 262. τῷ Λαβδακείῳ παιδί] τῷ τοῦ Λαβδάκου παιδί. Hoc exemplo bis utitur

χοὶ πάντες εὖ ξυνεῖεν εἰςαεὶ θεοί.

ΧΟΡΟΣ.

ὥςπερ μ' ἀραῖον ἔλαβες, ὧδ', ἄναξ, ἐρῶ.
οὔτ' ἔκτανον γὰρ, οὔτε τὸν κτανόντ' ἔχω
δεῖξαι. τὸ δὲ ζήτημα τοῦ πέμψαντος ἦν
Φοίβου τόδ' εἰπεῖν, ὅςτις εἴργασταί ποτε.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

δίκαι' ἔλεξας. ἀλλ' ἀναγκάσαι θεοὺς
ἂν μὴ θέλωσιν οὐδ' ἂν εἷς δύναιτ' ἀνήρ.

Eustathius ad illustrandas similes apud Homerum constructiones; Il. β, 54. [p. 172, 28. (130, 47.)] Νεστορέῃ παρὰ νηῒ Πυληγενέος βασιλῆος. et ε, 741. [p. 601, 34. (458, 2.)] ἐν δέ τε Γοργείη κεφαλὴ δεινοῖο πελώρου. BR.

V. 264. ταῦτα τοῖς μὴ δρῶσιν] Qui haec omittunt facere, ut indicent aut investigent interfectorem. Ceterum placet cum hoc loco composuisse similem Cambysis orationem apud Herod. III, 65.: καὶ ταῦτα μὲν ποιεῦσι ὑμῖν γῆ τε καρπὸν ἐκφέροι, καὶ γυναῖκές τε καὶ ποῖμναι τίκτοιεν, ἐοῦσι ἐς τὸν ἅπαντα χρόνον ἐλευθέροισι· μὴ ἀνασωσαμένοισι δὲ τὴν ἀρχὴν μηδ' ἐπιχειρήσασι ἀνασώζειν τὰ ἐναντία τούτοισι ἀρέομαι ὑμῖν γενέσθαι.

V. 265 sq. εὔχομαι θεοὺς — γυναικῶν παῖδας] iis precor deos ut neque segetem e terra, nec liberos ex uxoribus progigni sinant. ERF. Schaeferus ἀνιέναι accepit significatione neutrali, i. e. prodeundi, existendi (de qua Lob. ad Ai. p. 258.), quae tamen, ut recte monet Erfurdt., servato θεοὺς vix poterit admitti. De αὐτοῖς post δρῶσιν repetito vide Matth. §. 472. 1. a., et de μήτε — μήτ' οὖν eundem §. 625. p. 1275.

V. 266 sq. τῷ πότμῳ τῷ νῦν] praesenti calamitate, i e. peste. De infinitivo futuri φθερεῖσθαι post εὔχομαι sequente vide Matth. §. 506, VI. [De fut. 2. med. significatione passiva adhibito conf. Gr. nostram §. 114. annot. 1. ed. IV. V. C. F. R.].

V. 269 sq. ἥ τε σύμμαχος Δίκη] i. e. ἥ τε Δίκη σύμμαχος εἴη. Versu sequenti notanda locutio εὖ ξυνεῖναί τινι, favere alicui, cui similis est εὖ διδόναι, de qua ad 1052. meae ed. monitum.

V. 271. ὥςπερ μ' ἀραῖον ἔλαβες] Eustathius p. 1809, 14. legit ὥςπερ μ' ἀραῖον εἷλες, exponitque ὥςπερ με εἷλες διὰ τῆς ἀρᾶς. BR. Sensus hic est: quemadmodum tu me exsecratione tua coegisti loqui, ita loquar.

V. 273 — 274. τὸ δὲ ζήτημα — ποτε] Hoc dicit: investigatio autem eius erat, qui responsum dedit (τοῦ πέμψαντος), Phoebi, isque dicere hoc debebat, quis caedem perpetrasset.

V. 276. οὐδ' ἂν εἷς δύναιτ' ἀνήρ] Confert Hermannus Trach. 1072. καὶ τόδ'

ΧΟΡΟΣ.

τὰ δεύτερ' ἐκ τῶνδ' ἂν λέγοιμ', ἅ μοι δοκεῖ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

εἰ καὶ τρίτ' ἐστί, μὴ παρῇς τὸ μὴ οὐ φράσαι.

ΧΟΡΟΣ.

ἄνακτ' ἄνακτι ταὔθ' ὁρῶντ' ἐπίσταμαι
μάλιστα Φοίβῳ Τειρεσίαν, παρ' οὗ τις ἂν
σκοπῶν τάδ', ὦναξ, ἐκμάθοι σαφέστατα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀλλ' οὐκ ἐν ἀργοῖς οὐδὲ τοῦτ' ἐπραξάμην.
ἔπεμψα γάρ, Κρέοντος εἰπόντος, διπλοῦς
πομπούς· πάλαι δὲ μὴ παρὼν θαυμάζεται.

ΧΟΡΟΣ.

καὶ μὴν τά γ' ἄλλα κωφὰ καὶ παλαί' ἔπη.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τὰ ποῖα ταῦτα; πάντα γὰρ σκοπῶ λόγον.

ΧΟΡΟΣ.

θανεῖν ἐλέχθη πρός τινων ὁδοιπόρων.

οὐδ' ἂν εἷς ποτε τόνδ' ἄνδρα φαίη πρόσθ' ἰδεῖν δεδρακότα.

V. 277. ἐκ τῶνδε] Sic supra 235. ἀκ τῶνδε δράσω.

V. 278. μὴ παρῇς τὸ μὴ οὐ φράσαι] Confer Matth. §. 534. not. 4. 7.

V. 279 sq. Schol. rec.: τὸν Ἀπόλλωνα καὶ τὸν Τειρεσίαν λέγει ἄνακτα· τὸν μὲν ὡς φύσει ἀνάσσοντα, τὸν δὲ Τειρεσίαν ὡς ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων οὕτω τιμώμενον διὰ τὸ κράτος τῆς μαντικῆς.

V. 281. σκοπῶν] gl. ζητῶν, ἐρευνῶν. et 291. σκοπῶ, ἐξετάζω. BR.

V. 282. ἐν ἀργοῖς] segniter; cfr. Matth. §. 577. p. 1139. — De ἐπραξάμην pro ἔπραξα posito vide eundem §. 496. 7.

V. 283. Schol.: κἀνταῦθα τὸ κηδεμονικὸν τοῦ ἤθους διετήρησεν· τὸ μὲν οὖν διπλοῦς πομποὺς τῆς σπουδῆς ἐστι τεκμήριον· τὸ δὲ Κρέοντος εἰπόντος πιθανὸν εἰς τὰ ἑξῆς [378. 385 sqq.], ἵνα ἡ ὑπόνοια αὐτοῦ πίστιν ἔχοι, τὸ πεπεισμένον ὑπὸ τοῦ Κρέοντος τὸν Τειρεσίαν μαντεύεσθαι κατὰ τοῦ Οἰδίποδος τὰ ψευδῆ.

V. 284. μὴ παρὼν θαυμάζεται] i. e. μὴ παρεῖναι αὐτὸν θαυμάζω. Cfr. Matth. §. 555. p. 1092.

V. 285. κωφὰ καὶ παλαί' ἔπη] De voc. κωφὸς disputavit Corayus ad Heliodor. T. II. p. 152 sq., de παλαιὸς Schützius ad Aesch. Prom. 317. ERF.

V. 288. τὸν δ' ἰδόντ' οὐδεὶς ὁρᾷ] Licet primo aspectu pro τὸν δ' ἰδόντ' scribendum τὸν δὲ δρῶντ' (coll. Ant. 319.) fuisse videatur propter sequentia, rectissime tamen vulgata scriptura se habet. Hoc enim consentaneum est Oedipum dicere: famam illam

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἤκουσα κἀγώ· τὸν δ' ἰδόντ' οὐδεὶς ὁρᾷ.

ΧΟΡΟΣ.

ἀλλ' εἴ τι μὲν δὴ δείματός γ' ἔχει μέρος,
τὰς σὰς ἀκούων οὐ μενεῖ τοιάσδ' ἀράς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ᾧ μή 'στι δρῶντι τάρβος, οὐδ' ἔπος φοβεῖ.

ΧΟΡΟΣ.

ἀλλ' οὑξελέγξων αὐτὸν ἔστιν· οἵδε γὰρ
τὸν θεῖον ἤδη μάντιν ὧδ' ἄγουσιν, ᾧ
τἀληθὲς ἐμπέφυκεν ἀνθρώπων μόνῳ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ πάντα νωμῶν Τειρεσία, διδακτά τε
ἄῤῥητά τ' οὐράνιά τε καὶ χθονοστιβῆ,
πόλιν μέν, εἰ καὶ μὴ βλέπεις, φρονεῖς δ' ὅμως
οἵᾳ νόσῳ σύνεστιν· ἧς σε προστάτην
σωτῆρά τ', ὦναξ, μοῦνον ἐξευρίσκομεν.

omnes audivimus; verum auctor famae non exstat, i. e. is, qui viderit Laium interfici, a quo certiores fieri de interfectore possemus, a nemine videtur, i. e. nusquam conspicitur.

V. 289. ἔχει] scil. interfector Lai, quem comperire ab eo possemus, qui caedi interfuit.

V. 290. τὰς σὰς ἀκούων etc.] non sustinebit, quum audiet impretationes tuas. Sic μένειν usurpatum Philoct. 871. οὐ γάρ ποτ', ὦ παῖ, τοῦτ' ἂν ἐξηύχησ' ἐγώ, τλῆναί σ' ἐλεινῶς ὧδε τἀμὰ πήματα μεῖναι.

V. 291. δρῶντι τάρβος] De participio vide Matth. §. 555. not. 2.

V. 292. οὑξελέγξων αὐτὸν ἔστιν etc.] Id est: ἔστιν τις, ὃς αὐτὸν ἐξελέγξει, i. e. φανερώσει, τὸν θεῖον μάντιν λέγω, καὶ ἤδη ἐξελέγξει· ἀρτίως γὰρ ὧδε ἄγεται. Conferre iuvat Philoct. 1241 sq. ἔστιν τις. ἔστιν, ὅς σε κωλύσει τὸ δρᾶν. ΝΕ. τί φῄς; τίς ἔσται μ' οὑπικωλύσων τάδε.

V. 294. τἀληθές] ἡ ἀλήθεια. Vide ad Philoct. 83.

V. 295. Schol.: ὦ πάντα νωμῶν· ἀντὶ τοῦ κρίνων ἕκαστα καὶ ἐξετάζων. Cfr. Platon. Crat. p. 411. D. τὸ γὰρ νωμᾶν καὶ τὸ σκοπεῖν ταὐτόν.

V. 298. οἵᾳ νόσῳ σύνεστιν] qua calamitate laboret. Vide de hac locutione ad Philoct. 266. meae edit.

V. 299. μοῦνον] Qua ratione formam hanc ionicam Sophocles in trimetris usurparit, quod non fecerunt neque Aeschylus neque Euripides, ad O. C. 925. exposui.

Φοῖβος γάρ, εἰ καὶ μὴ κλύεις τῶν ἀγγέλων,
πέμψασιν ἡμῖν ἀντέπεμψεν, ἔκλυσιν
μόνην ἂν ἐλθεῖν τοῦδε τοῦ νοσήματος,
εἰ τοὺς κτανόντας Λάϊον, μαθόντες εὖ,
κτείναιμεν, ἢ γῆς φυγάδας ἐκπεμψαίμεθα.
σὺ δ' οὖν φθονήσας μήτ' ἀπ' οἰωνῶν φάτιν,
μήτ' εἴ τιν' ἄλλην μαντικῆς ἔχεις ὁδόν,
ῥῦσαι σεαυτὸν καὶ πόλιν, ῥῦσαι δ' ἐμέ,
ῥῦσαι δὲ πᾶν μίασμα τοῦ τεθνηκότος.
ἐν σοὶ γὰρ ἐσμέν· ἄνδρα δ' ὠφελεῖν ἀφ' ὧν
ἔχοι τε καὶ δύναιτο κάλλιστος πόνων.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

φεῦ φεῦ· φρονεῖν ὡς δεινόν, ἔνθα μὴ τέλη
λύει φρονοῦντι. ταῦτα γὰρ καλῶς ἐγὼ
εἰδὼς διώλεσ'· οὐ γὰρ ἂν δεῦρ' ἱκόμην.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τί δ' ἔστιν; ὡς ἄθυμος εἰςελήλυθας.

V. 300. Male Brunck. μὴ 'κλυες ex coni. Valck. ad Phoen. p. 320. et τῶνδ' contra libros scripsit.

V. 312. Schaeferus quod in Scholiis et in La et Lb exstat λύῃ scripsit, ad Ai. 1074. provocans.

V. 321 sq. Hos versus Hermannus cum Elmsleio co-

V. 300. κλύεις] ἀκήκοας. Vide ad Philoct. 259. meae edit. et Rost. §. 116. annot. 2. ed. IV.

V. 301. πέμψασιν ἡμῖν ἀντέπεμψεν] Cfr. 149. Φοῖβος δ' ὁ πέμψας τάςδε μαντείας. et 278. τοῦ πέμψαντος ἦν Φοίβου. Itaque πέμπειν sic usurpavit Sophocles, ut nunc mittere qui consulerent oraculum, nunc mittere qui referrent responsum significaret.

V. 306. ὁδόν] rationem. Vide supra 67. πολλὰς δ' ὁδοὺς ἐλθόντα φροντίδος πλάνοις.

V. 308. πᾶν μιάσμα τοῦ τεθνηκότος] intelligit omnia, quae propter caedem Lai ut impura indigent expiatione. HERM. De genitivo vide Matth. §. 342.

V. 309. ἐν σοὶ γὰρ ἐσμέν] a te pendemus, i. e. pendet salus nostra. Cfr. O. C. 247. ἐν ὑμῖν κείμεθα. Eur. Alc. 279. ἐν σοὶ δ' ἐσμὲν καὶ ζῆν καὶ μή. Cfr. Matth. §. 577. p. 1141.

V. 309 sq. ἄνδρα δ' — πόνων] Referendum ἔχοι et δύναιτο ad ἄνδρα: quem enim ἄνδρα hic dicit poeta, non intelligit eum, cui quis prodest, sed illum, qui ipse prodest aliis; ut etiam sic dicere potuerit: κάλλιστος πόνων ἀνδρὶ ὠφελεῖν ἀφ' ὧν ἔχοι τε καὶ δύναιτο. HERM.

V. 311 sq. Schol.: διαλελυμένως δὲ εἶπεν, τέλη λύει, ἀντὶ τοῦ λυσιτελεῖ. De participio φρονοῦντι, pro quo infinitivum quis exspectet, vide Matth. §. 555. not. 2. p. 1090.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ἄφες μ' ἐς οἴκους· ῥᾷστα γὰρ τὸ σόν τε σύ,
κἀγὼ διοίσω τοὐμόν, ἢν ἐμοὶ πίθῃ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὔτ' ἔννομ' εἶπας οὔτε προςφιλὲς πόλει
τῇδ', ἥ σ' ἔθρεψε, τήνδ' ἀποστερῶν φάτιν.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ὁρῶ γὰρ οὐδὲ σοὶ τὸ σὸν φώνημ' ἰὸν
πρὸς καιρόν· ὡς οὖν μηδ' ἐγὼ ταὐτὸν πάθω.

ΧΟΡΟΣ.

μή, πρὸς θεῶν, φρονῶν γ' ἀποστραφῇς, ἐπεὶ
πάντες σε προςκυνοῦμεν οἵδ' ἱκτήριοι.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

πάντες γὰρ οὐ φρονεῖτ'· ἐγὼ δ' οὐ μή ποτε,
τἄμ' ὡς ἂν εἴπω, μὴ τὰ σ' ἐκφήνω κακά.

dicis Bodl. et Lips. a. auctoritate Oedipo adtribuit. Choro diserte etiam Schol. adsignavit.

V. 323 sq. Hermannus ex coni. scripsit: ἐγὼ δ', οὐ μή ποτε, τἄμ' ὡς ἂν εἰπὼν μὴ τὰ σ' ἐκφήνω κακά. Quod nemo probabit. Alii alia coniecerunt.

V. 312. ταῦτα γὰρ καλῶς ἐγὼ εἰδὼς etc.] Sensus hic est: bene enim hoc cognitum habens, periculosum esse sapere, ubi sapere nihil expediat, tamen oblitus sum, quum huc venirem; nam si meminissem, huc non venissem. Quo significare Tiresiam apparet grave sibi in hac causa esse verum dicere.

V. 313. διώλεσα] gl. ἐπελαθόμην. Recte. Ut σώζειν saepe usurpatur pro tenere memoria, sic διολλύειν significat nonnunquam oblivisci. Vide quae notavimus ad Eur. Bacch. 782. et ad Hipp. 391. BR.

V. 316. Schol.: ἢν ἐμοὶ πίθῃ· ἐάν με ἀπελθεῖν ἐάσῃς.

V. 318. Schol.: ἀποστερῶν· μὴ λέγων τὸν χρησμόν.

V. 319 sq. Schol.: ὁρῶ γὰρ οὐδὲ σοὶ τὸ σὸν φώνημα· οὐ γὰρ σύμφορός σοι οὐδὲ κατὰ καιρὸν ἡ ζήτησις γίνεται. ἵνα οὖν μὴ ἐκ τούτου μέμψις ἀκολουθήσῃ, σιωπῶ. τὸ μὲν κατὰ λόγον ἐλλιπές ἐστι, τὸ δὲ κατὰ διάνοιαν πλῆρες. ὃ δὲ βούλεται λέγειν, ὁρῶ τὸ σὸν φώνημα μὴ πρὸς καιρὸν ἐξιόν. κἀγὼ οὖν φωνὴν μὴ πρὸς καιρὸν ἀφιέναι φυλάσσομαι. Immo quod supplendum ad γὰρ particulam est, οὐ λέξω τὴν φάτιν, idem post πάθω suppressum a Tiresia putandum est. Fortasse tamen praestat post πάθω signum abruptae orationis ponere.

V. 323 sq. ἐγὼ δ' οὐ μή ποτε — τὰ σ' ἐκφήνω κα-

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τί φής; ξυνειδὼς οὐ φράσεις, ἀλλ' ἐννοεῖς
ἡμᾶς προδοῦναι, καὶ καταφθεῖραι πόλιν;

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ἐγὼ οὔτ' ἐμαυτὸν οὔτε σ' ἀλγυνῶ. τί ταῦτ'
ἄλλως ἐλέγχεις; οὐ γὰρ ἂν πύθοιό μου.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὐκ, ὦ κακῶν κάκιστε, καὶ γὰρ ἂν πέτρου
φύσιν σύ γ' ὀργάνειας, ἐξερεῖς ποτε,
ἀλλ' ὧδ' ἄτεγκτος κἀτελεύτητος φανεῖ;

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ὀργὴν ἐμέμψω τὴν ἐμήν· τὴν σὴν δ' ὁμοῦ
ναίουσαν οὐ κατεῖδες, ἀλλ' ἐμὲ ψέγεις.

κά] Locus corruptus videtur. Sensus tamen qui esse debeat, non obscurum; recteque adnotavit Scholiastes: οὐκ ἐμφανῶ τὰ ἐμὰ ἔπη, ἵνα μὴ τὰ σὰ εἴπω κακά. Quem secutus Erf. verba sic iungenda censuit: ἐγὼ δ' οὐ μή ποτε ἐκφήνω τἀμὰ κακά, i. e. malum meum vaticinium, ὥς ἂν εἴπω μὴ τὰ σὰ κακά, i. e. mala facinora tua. Elmsleio alterum μὴ abundare videtur, ut sensus sit; ἐγὼ δὲ οὐ μή ποτε ἐκφήνω (i. e. οὔποτε ἐκφανῶ) τὰ σὰ κακὰ, ὥς ἂν εἴπω τὰ ἐμὰ μαντεύματα. Geminatae negationis exempla Hermannum ad Antig. 5. 6. collegisse addit. Est tamen in utraque ratione quod displiceat. Ceterum de locutione οὐ μή ποτε ἐκφήνω vide Matth. §. 517. et de elisa in σὰ vocali §. 74. 3. a.

V. 329. ὦ κακῶν κάκιστε] Vide de hac locutione Matth. §. 459. 1. — Verbis seqq. καὶ γὰρ — ὀργάνειας rationem reddit Oedipus, sive potius excusationem addit, quod Tiresiam convicio hoc, ὦ κ. κ., lacessat.

V. 330. ὀργάνειας] gl. εἰς ὀργὴν κινήσειας.

V. 331. ἄτεγκτος κἀτελεύτητος] ἄτεγκτος ἀντὶ τοῦ ἀσυμπαθὴς καὶ ἀδάκρυτος. τέγγειν γὰρ τὸ βρέχειν. ἀτελεύτητος δὲ δυςαξίωτος, δυςπαράκλητος, ἀμείλιχος. SCHOL. Contra Eustathius p. 441, 26. (335, 33.) ἀτελεύτητος παρὰ Σοφοκλεῖ καὶ τὸν μὴ τελευτὴν ἐπάγοντα τοῖς ζητουμένοις δηλοῖ ἐν τῷ ἄτεγκτος κἀτελεύτητος φανεῖ.

V. 332 sq. ὀργὴν ἐμέμψω τὴν ἐμήν· etc.] Quum Oedipus in antecedentibus Tiresiam non quod ira arderet, sed quod alios ira accenderet reprehenderit, nemo non intelligit recte a Scholiasta ὀργὴν τὴν ἐμὴν explicari ita: ὀργὴν, εἰς ἣν ἐγὼ ἄλλους κινῶ. — Sequentia ambigue dicta esse vidit iam Eustathius p. 755, 14. (656, 44) monens: δοκεῖ μὲν λέγειν ὁ Τειρεσίας, ὅτι τὴν σὴν ὀργὴν οὐ κατεῖδες, τὴν συμφυτόν σοι. ἀληθῶς δὲ λέγει, ὅτι τὴν σὴν ἄλοχον οὐκ οἶδας, ἤγουν τὴν μητέρα σου, ἢ συμβιοῖς. ὅπερ ὀκνήσας ἐκφῆναι εἶπε τὸ ὁμοῦ ναίουσαν, ὃ ταὐτόν ἐστι

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τίς γὰρ τοιαῦτ' ἂν οὐκ ἂν ὀργίζοιτ' ἔπη
κλύων, ἃ νῦν σὺ τήνδ' ἀτιμάζεις πόλιν;

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ἥξει γὰρ αὐτά, κἂν ἐγὼ σιγῇ στέγω.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὐκοῦν ἅ γ' ἥξει καὶ σὲ χρὴ λέγειν ἐμοί.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

οὐκ ἂν πέρα φράσαιμι. πρὸς τάδ', εἰ θέλεις,
θυμοῦ δι' ὀργῆς ἥτις ἀγριωτάτη.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

καὶ μὴν παρήσω γ' οὐδέν, ὡς ὀργῆς ἔχω,
ἅπερ ξυνίημ'. ἴσθι γὰρ δοκῶν ἐμοὶ

τῷ ὀμεύνετιν. Sensus igitur hic est: neque vero vidisti te esse eum, qui aliorum animum ira accendas, et apud te id habitare, quod alios ira impleat. Oedipus tamen in hunc tantum sensum Tiresiae verba dicta accepit, se maledictis suis Tiresiae animum ad iram provocare.

V. 334 sq. τοιαῦτ' ἂν οὐκ ἂν] De repetita ἂν particula vide quae rectissime monuit Rostius meus in Gr. Gr. §. 120. annot. 4. ed. IV, quae sub prelo est.

V. 335. ἃ νῦν σὺ τήνδ' ἀτ. πόλιν] Praegnanter dictum ἃ ἀτιμάζεις τὴν πόλιν pro ἃ λέγεις ἀτιμάζων τὴν πόλιν, ut in Aiac. 1107. καὶ τὰ σέμν' ἔπη κόλαζ' ἐκείνους, id est, καὶ τὰ σ. ἔπη λέγε κολάζων ἐκείνους.

V. 336. ἥξει] gl. παραγενήσεται, φανήσεται. — Schol.: αὐτά· αὐτόματα.

V. 338. πρὸς τάδ'] propterea, itaque. Sic Electr. 383. πρὸς ταῦτα φράζου. Ai. 972. πρὸς ταῦτ' — ὑβριζέτω. Cfr. Herm. ad Vig. p. 863. Matth. §. 591. p. 1181.

V. 339. θυμοῦ δι' ὀργῆς] Insolens locutio. Verum quum diceretur ἔρχεσθαι δι' ὀργῆς (cfr. Matth. §. 580. c. p. 1149.) ita ut idem fere valeret atque ὀργίζεσθαι, Sophocles, quo gravior fieret oratio, pro ἔρχου, posuit id verbum, quod eandem, quam maxime urgeri voluit, notionem irae iterum contineret, minime religioni sibi ducens a vulgari loquendi consuetudine recedere, hoc, ut iam patet, significans: ὀργίζου ὀργήν. Simile est quod dixit infra v. 65. ὕπνῳ εὕδοντα, et quae ad Philoct. 139 sq. adnotavi.

Ibid. ἥτις ἀγριωτάτη] Aesch. S. adv. Th. 65. καιρὸν ὅςτις ὤκιστος. Pers. 830. κόσμον ὅςτις εὐπρεπής. Vide Matth. §. 445. a. coll. §. 461. Sic etiam Latini. Cicero in Pis. c. 21. poenas — eas, quae gravissimae sunt. ERF.

V. 340. ὡς ὀργῆς ἔχω] pro ira qua ardeo. Cfr. Matth. §. 337. Rost. §. 108. 2. b. et §. 109. 1.

καὶ ξυμφυτεῦσαι τοὔργον, εἰργάσθαι θ᾽ ὅσον
μὴ χερσὶ καίνων· εἰ δ᾽ ἐτύγχανες βλέπων,
καὶ τοὔργον ἂν σοῦ τοῦτ᾽ ἔφην εἶναι μόνον.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ἄληθες; ἐννέπω σὲ τῷ κηρύγματι,
ᾧπερ προεῖπας, ἐμμένειν, κἀφ᾽ ἡμέρας
τῆς νῦν προσαυδᾶν μήτε τούσδε μήτ᾽ ἐμέ,
ὡς ὄντι γῆς τῆσδ᾽ ἀνοσίῳ μιάστορι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὕτως ἀναιδῶς ἐξεκίνησας τόδε
τὸ ῥῆμα; καί που τοῦτο φεύξεσθαι δοκεῖς;

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

πέφευγα· τἀληθὲς γὰρ ἰσχῦον τρέφω.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πρὸς τοῦ διδαχθείς; οὐ γὰρ ἔκ γε τῆς τέχνης.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

πρὸς σοῦ. σὺ γάρ μ᾽ ἄκοντα προὐτρέψω λέγειν.

V. 355. Brunck. de suo pro *λέγειν* dedit *λόγων*, scripsisse autem Sophoclem hoc putavit: *οὐχὶ ξυνῆκας; πρὸς τί μ᾽ ἐκπειρᾷ πάλιν;*

V. 342. *ξυμφυτεῦσαι τοὔργον*] Respondet verbum *φυτεῦσαι* ex asse Latinorum concipere. Cfr. Cic. pro P. Sulla c. 5. quod flagitium Lentulus non cum Antronio concepit? quod sine eodem illo Catilina facinus admisit? *Σὺν* praepositio autem eodem fere sensu verbo *φυτεῦσαι* adiecta, quo dictum in Philoct. 320. *συντυχών*.

V. 342 sq. Schol.: *εἰργάσθαι θ᾽ ὅσον μὴ χερσί· εἰργάσθαι τὰ ἄλλα τοῦ φόνου, χωρὶς τῆς ἀπὸ τῶν χειρῶν ἐνεργείας. εἰ δὲ ἔβλεπες, ἐκάλουν ἄν σε καὶ φονέα αὐτόχειρα.*

V. 345. *ἄληθες;*] gl. *εἰρωνικόν*. Vide quae notavimus ad Aristoph. Ran. 840. BR. Cfr. Ant. 758. Eur. Cycl. 241. Aristoph. Av. 1605.

Ibid. *ἐννέπω σε*] iubeo te. Cfr. Ai. 1047. *ουτος, σὲ φωνῶ τόνδε τὸν νεκρὸν χεροῖν μὴ ξυγκομίζειν, ἀλλ᾽ ἐᾶν ὅπως ἔχει.* Phil. 101. *λέγω σ᾽ ἐγὼ δόλῳ Φιλοκτήτην λαβεῖν.* ELMSL.

V. 348. *ὄντι — μιάστορι*] pro *ὄντα — μιάστορα*, mutata propter ambiguitatem constructione. Cfr. Matth. §. 537. p. 1055 sq. et §. 556. not. 3. p. 1095 sq.

V. 350. *καί που τοῦτο φεύξεσθαι δοκεῖς;*] id est, ut recte Schol. rec. monuit, *τὴν ἀκολουθοῦσαν τῷ ῥήματι βλάβην.*

V. 351. *πέφευγα*] Non tam effugi significat quam liber sum sc. a poena, qua me propter impudens dictum dicis affectum iri. Sic Phil. 1044. *τῆς νόσου πεφευγέναι.* Cfr. quae ad

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ποῖον λόγον; λέγ' αὖθις, ὡς μᾶλλον μάθω.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

οὐχὶ ξυνῆκας πρόσθεν; ἢ 'κπειρᾷ λέγειν;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὐχ ὥςτε γ' εἰπεῖν γνωστόν· ἀλλ' αὖθις φράσον.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

φονέα σέ φημι τἀνδρὸς οὗ ζητεῖς κυρεῖν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀλλ' οὔτι χαίρων δίς γε πημονὰς ἐρεῖς.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

εἴπω τι δῆτα κἄλλ', ἵν' ὀργίζῃ πλέον;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὅσον γε χρῄζεις· ὡς μάτην εἰρήσεται.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

λελῆθέναι σέ φημι σὺν τοῖς φιλτάτοις

V. 359. Brunckius τί δῆτα scripsit.

Phil. 910. meae ed. monui.

V. 352. προὸς τοῦ διδ.] sc. τὸ ἀληθές. Incipit suspicari Oedipus subornatum ab aliquo Tiresiam esse.

V. 353. πρὸς σοῦ] sc. ἐδιδάχθην τὸ ἀληθὲς λέγειν, id est, impulsus sum, ut verum dicerem.

V. 355. ἢ 'κπειρᾷ λέγειν;] Insolenter dictum, ut mihi videtur, sic accipiendum: an experiris, num dicam? quo Tiresias hoc significat: an rogitando, quid dicam, id studes efficere, ut verum non dicam? Λέγειν dictum igitur pro τὸ λέγειν με τοῦτο.

V. 356. οὐχ ὥςτε γ'] i. e. οὐχ οὕτως γε, ὥςτε etc.

V. 357. φονέα σε φημὶ — κυρεῖν] Κυρεῖν pro εἶναι recte accipit Hermannus. Male reliqui, οὗ ζητεῖς κυρεῖν, quem reperire cupis. Sed κυρεῖν τινος, reperire aliquem, vereor ut graecum sit. Nec bene dicitur φονέα σέ φημι, omisso εἶναι. Vide 703. Recte Iohnsonus: peremptorem te esse dico viri, cuius peremptorem quaeris. ELMSL.

V. 358. πημονάς] gl. λοιδορίας. Sic 520. ἡ ζημία τοῦ λόγου.

V. 359. εἴπω τι] Cave cum Brunckio scribas τί δῆτα. τὶ encliticum h. l. est: dicamne etiam aliud quid? ERF.

V. 361. σὺν τοῖς φιλτάτοις] Plurali numero unam matrem significat. Sic infra 1184. Oedipus ait, ξὺν οἷς τ' οὐ χρῆν ὁμιλῶν, οὕς τ' ἔμ' οὐκ ἔδει κτανών· quorum hoc ad solum patrem, superius ad solam

αἴσχισθ' ὁμιλοῦντ', οὐδ' ὁρᾷν ἵν' εἶ κακοῦ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἦ καὶ γεγηθὼς ταῦτ' ἀεὶ λέξειν δοκεῖς;

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

εἴπερ τί γ' ἔστι τῆς ἀληθείας σθένος.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀλλ' ἔστι, πλὴν σοί. σοὶ δὲ τοῦτ' οὐκ ἔστ', ἐπεὶ
τυφλὸς τά τ' ὦτα τόν τε νοῦν τά τ' ὄμματ' εἶ.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

σὺ δ' ἄθλιός γε ταῦτ' ὀνειδίζων, ἃ σοὶ
οὐδεὶς ὃς οὐχὶ τῶνδ' ὀνειδιεῖ τάχα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

μιᾶς τρέφει πρὸς νυκτὸς, ὥςτε μήτ' ἐμὲ —

V. 655. κομίζειν δόμων τόνδ' ἔσω] Vide ad v. 231 — 233. meae edit.

V. 656. μαθοῦσα] Adsumendum, quod in verbis τόνδε κομίζειν latet, abibo, μαθοῦσα, ubi cognovero. Cfr. ad Philoct. 998. meae edit.

V. 657. δόκησις ἀγνὼς λόγων] incerta suspicio de sermonibus, sc. Creontis, ex quibus suspicatus erat Oedipus Tiresiam, ut diceret interfectorem Lai se esse, a Creonte subornatum esse. Similiter ἀγνὼς φθόγγος Antig. 988. dictum.

Ibid. Schol.: τὸ μὴ 'νδικον· οἷον, τὸ μὴ ἐνδίκως θρυλούμενον, ὅ ἐστιν ἡ ψευδὴς διαβολή, κἂν τὸ συνειδὸς ἐῤῥωμένον ᾖ. Mordet, sc. Creontem, iniusta Oedipi criminatio. MUSGR.

V. 659. Schol.: ἀμφοῖν ἀπ' αὐτοῖν· οἷον, ἀμφότεροι τῆς διαφορᾶς αἴτιοί εἰσιν;

V. 660 sqq. Schol.: ἅλις ἔμοιγ', ἅλις· αὔταρκές μοι φαίνεται στῆσαι τὸν λόγον ἔνθα ἔληξεν· ἀντὶ τοῦ ἱκανὰ λέλεκται, καὶ αὔταρκές ἐστιν ἀναπεπαῦσθαι τὰ τοῦ λόγου, ἔνθα ἔληξεν ἡ στάσις.

[V. 663 sq. τοὐμὸν παρεὶς καὶ — κέαρ] Iungo τοὐμὸν παρείς, id quod ex re mea fuerit omittens, non curans, negligens, καὶ τὸ σὸν κέαρ κατ., animum, quo erga me affectus esse debeas, hebetans, languescere sinens. Talem interpretationem mihi proxima Chori verba videntur requirere. Si κέαρ ad Oedipum redit, iram regis intellexerim, quae ipso iudice in tali discrimine non leniri et retundi debebat, sed

ΧΟΡΟΣ.

ἅλις ἔμοιγ', ἅλις, γᾶς προπονουμένας,
φαίνεται, ἔνθ' ἔληξεν, αὐτοῦ μένειν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὁρᾷς ἵν' ἥκεις, ἀγαθὸς ὢν γνώμην ἀνήρ,
τοὐμὸν παριεὶς καὶ καταμβλύνων κέαρ;

ΧΟΡΟΣ.

(ἀντιστροφὴ β'.)

ὦναξ, εἶπον μὲν οὐχ ἅπαξ μόνον, ἴσθι δὲ
παραφρόνιμον, ἄπορον ἐπὶ φρόνιμα
πεφάνθαι μ' ἄν, εἴ σε νοσφίζομαι,
ὅστ' ἐμὰν γᾶν φίλαν ἐν πόνοις
ἀλύουσαν κατ' ὀρθὸν οὔρισας,
τανῦν τ' εὔπομπος, εἰ δύναιο.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

πρὸς θεῶν δίδαξον κἄμ', ἄναξ, ὅτου ποτὲ

δύναιο positum.

excitari potius ad superandas Creontis insidias. F. I.].

V. 664. οὐχ ἅπαξ μόνον] non semel tantum, i. e. crebro, saepe.

V. 665. παραφρόνιμον] insanum, amentem; ἄπορον ἐπὶ φρόνιμα, ad omne prudens consilium inhabilem. MUSGR.

V. 666. εἴ σε νοσφίζομαι] si te deseram, i. e. si, quod tu suspicaris, cum Creonte contra te faciam.

V. 667. ἐν πόνοις] ἐν κακοῖς, quum a Sphinge premebantur Thebani.

V. 669. κατ' ὀρθὸν οὔρισας] vento secundo sive prospero cursu direxisti, i. e. servasti. Loquitur enim de civitate ut de navi, quam gubernavit Oedipus. Cfr. Trachin. 827. καὶ τάδ' ὀρθῶς ἔμπεδα κατουρίζει. Eur. Androm. 611., et, quod alia de causa huc pertinet, huius fab. 88. κατ' ὀρθὸν ἐξελθόντα.

V. 670. τανῦν τ' εὔπομπος] Non est γενοῦ, sed εἶ intelligendum, nisi quis malit, τανῦν τ' εἶ πομπός, εἰ δύναιο. HERM. Particula τανῦν opponitur suppressae in antecedentibus πάλαι particulae. Vide quae ad v. 447. monui. Nomen εὔπομπος recte explicat Schol. cod. Lips.: ἀγαθὸς ὁδηγός, κυβερνήτης. Retinuit enim metaphoram poeta, administrationem civitatis cum gubernatione navis comparans.

V. 671 sq. ὅτου — πράγματος μῆνιν] De genitivo a μῆνιν pendente vid. ad Philoct. 325. meae ed. Ἱστάναι μῆνιν autem dictum pro μηνίειν, ut ἱστάναι βοὴν dicitur pro βοᾶν Phil. 1235. Adde κραυγὴν στῆσαι Eur. Or. 1522. Comparat Erfurdtius Eur. Iph. Ai. 789. ἐλπίς, οἵαν — στήσουσιν.

μῆνιν τοσήνδε πράγματος στήσας ἔχεις.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἐρῶ (σὲ γὰρ τῶνδ' ἐς πλέον, γύναι, σέβω)
Κρέοντος οἷά μοι βεβουλευκὼς ἔχει.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

λέγ', εἰ σαφῶς τὸ νεῖκος ἐγκαλῶν ἐρεῖς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

φονέα μέ φησι Λαΐου καθεστάναι.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

αὐτὸς ξυνειδώς, ἢ μαθὼν ἄλλου πάρα;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

μάντιν μὲν οὖν κακοῦργον εἰςπέμψας, ἐπεὶ
τό γ' εἰς ἑαυτὸν πᾶν ἐλευθεροῖ στόμα.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

σὺ νῦν ἀφεὶς σεαυτὸν ὧν λέγεις πέρι,

V. 686. ἤξοι probante Elmsleio ex optimis codd. recepi. Vulgo ἤξει.

V. 673 sq. ἐρῶ — — Κρέοντος οἷα — ἔχει] i. e. ἐρῶ τὰ τοῦ Κρέοντος βουλεύματα, οἷά μοι βεβ. ἔχει. Vide de hac locutione Herm. in Mus. Stud. Antiq. p. 156 sq. et ad Vig. p. 880. et Matth. §. 342. 2. p. 650.

Ibid. σὲ γὰρ — σέβω] Tibi enim me loqui et exponere rem iubenti obtemperare malo quam his, qui universam rem silentio premendam iudicant.

V. 675. εἰ σαφῶς — ἐρεῖς] si vere contentionem, cuius causam in Creontem confers, exponere vis. De locutione νεῖκος ἐγκαλεῖν dictum ad Phil. 325. meae edit.

V. 678. μάντιν — εἰςπέμψας] sc. φησί, id est, vates impius dicit, quem ad me misit, ἐπεὶ — στόμα, nam quod ad se ipsum attinet, i. e. nam ipse totum sermonem liberum servat scil. ab eiusmodi dicto, me Laium interfecisse. Et ita fere Triclinius: ἐπεὶ ἐλευθεροῖ πᾶν τὸ στόμα τούτου τοῦ λόγου, τοῦ λέγειν, ὅτι ἐγὼ φονεύς εἰμι Λαΐου, τό γ' εἰς ἑαυτόν, ἤγουν ὅσον τὸ καθ' αὑτόν· αὐτὸς γὰρ περὶ τούτου καθάπαξ σιγᾷ.

V. 680. σὺ νῦν ἀφεὶς — πέρι] Proprie, absolve te ab iis rebus, de quibus dicis, i. e. abiice curam de iis rebus, de quibus dicis.

V. 682. μαντικῆς ἔχον τέχνης] De genitivo ab ἔχον pendente vide Matth. §. 323.

V. 683. σημεῖα τῶνδε σύντομα] brevia huius rei indicia, s. argumenta. Cfr. Ant. 446. σὺ δ' εἰπέ μοι μὴ μῆκος, ἀλλὰ σύντομα. Egregie

ἐμοῦ 'πάκουσον, καὶ μάθ', οὕνεκ' ἐστί σοι
βρότειον οὐδὲν μαντικῆς ἔχον τέχνης.
φανῶ δέ σοι σημεῖα τῶνδε σύντομα.
χρησμὸς γὰρ ἦλθε Λαΐῳ ποτ', οὐκ ἐρῶ
Φοίβου γ' ἀπ' αὐτοῦ, τῶν δ' ὑπηρετῶν ἄπο,
ὡς αὐτὸν ἥξοι μοῖρα πρὸς παιδὸς θανεῖν,
ὅςτις γένοιτ' ἐμοῦ τε κἀκείνου πάρα.
καὶ τὸν μέν, ὥςπερ γ' ἡ φάτις, ξένοι ποτὲ
λῃσταὶ φονεύουσ' ἐν τριπλαῖς ἁμαξιτοῖς·
παιδὸς δὲ βλάστας οὐ διέσχον ἡμέραι
τρεῖς, καί νιν ἄρθρα κεῖνος ἐνζεύξας ποδοῖν
ἔρριψεν ἄλλων χερσὶν εἰς ἄβατον ὄρος.
κἀνταῦθ' Ἀπόλλων οὔτ' ἐκεῖνον ἤνυσεν
φονέα γενέσθαι πατρὸς, οὔτε Λάϊον,
τὸ δεινὸν οὑφοβεῖτο, πρὸς παιδὸς θανεῖν.
τοιαῦτα φῆμαι μαντικαὶ διώρισαν,
ὧν ἐντρέπου σὺ μηδέν. ὧν γὰρ ἂν θεὸς
χρείαν ἐρευνᾷ, ῥᾳδίως αὐτὸς φανεῖ.

V. 695. Pro θανεῖν Brunck. ex aliquot codd. παθεῖν receperat.

autem poeta Iocasten, ut Oedipi animum sollicitudine, qua premebatur, liberaret, vatumque nullam esse auctoritatem probaret, ea ipsa proferentem inducit, quibus et Oedipi curam augeri necessario nec vatum genus despici debere luculenter apparebat.

V. 686. *ὡς αὐτὸν* etc.] De sententia confer O. C. 969. *εἴ τι θέσφατον πατρὶ χρησμοῖσιν ἱκνεῖθ', ὥςτε πρὸς παίδων θανεῖν.* de locutione Phil. 331. *ἐπεὶ γὰρ ἔσχε μοῖρ' Ἀχιλλέα θανεῖν*, ex quo loco coniecerit quispiam hoc loco fortasse *ἕξοι* scriptum fuisse. Sed potuit utrumque dici.

V. 690. *παιδὸς δὲ βλάστας*] pro accusativo absoluto accipit Brunckius. Quidni a *διέσχον* illum pendere dicas? natales pueri non distinuerunt tres dies ab eo, quod postea factum est, i. e. tres dies inde a nato puero non elapsi sunt. MATTHIAE. Recte; vide eundem Gr. Gr. §. 427. 3.

V. 691. *καί νιν ἄρθρα — ποδοῖν*] De *καὶ* vide Matth. §. 620., de duplici accusativo eundem §. 421. 5. Verba *ἄρθρα ποδοῖν ἐνζ.* recte Schol. rec. explicat: *τὰ σφυρὰ περόνῃ συνάψας.*

V. 692. *ὄρος*] in Cithaerone.

V. 693 sq. *ἤνυσεν γενέσθαι*] perfecit, ut esset. Sim. Aesch. Pers. 718. *στρατὸς ἤνυσε περᾶν.*

V. 695. *τὸ δεινὸν οὑφοβεῖτο*] *Διὰ μέσου* sunt haec verba, id quod metuebat. ELMSL.

V. 697. *ὧν ἐντρέπου* etc.] i. e. *ἀλλὰ τούτων* etc. Cfr. Matth. §. 477. b.

V. 697 sq. *ὧν γὰρ ἂν θεὸς*

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οἷόν μ' ἀκούσαντ' ἀρτίως ἔχει, γύναι,
ψυχῆς πλάνημα κἀνακίνησις φρενῶν.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

ποίας μερίμνης τοῦθ' ὑποστραφεὶς λέγεις;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἔδοξ' ἀκοῦσαι σοῦ τόδ', ὡς ὁ Λάϊος
κατασφαγείη πρὸς τριπλαῖς ἁμαξιτοῖς.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

ηὐδᾶτο γὰρ ταῦτ', οὐδέ πω λήξαντ' ἔχει.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

καὶ ποῦ 'σθ' ὁ χῶρος οὗτος, οὗ τόδ' ἦν πάθος;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Φωκὶς μὲν ἡ γῆ κλῄζεται· σχιστὴ δ' ὁδὸς
ἐς ταὐτὸ Δελφῶν κἀπὸ Δαυλίας ἄγει.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

καὶ τίς χρόνος τοῖσδ' ἐστὶν οὑξεληλυθώς;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

σχεδόν τι πρόσθεν ἢ σὺ τῆσδ' ἔχων χθονὸς

χρείαν etc.] Schol. rec.: ἤγουν ἃ γὰρ ὁ θεὸς ζητῇ, πρέποντα κρίνας ζητεῖσθαι, ῥᾳδίως, ἤγουν εὐκόλως, αὐτὸς δείξει.

V. 700. ψυχῆς πλάνημα] vagatio, error, i. e. fluctuatio mentis, uno verbo incertitudo; vide v. 67. φροντίδος πλάνοις. Contra ἀνακίνησις φρενῶν est perturbatio animi. Male haec a Schol. rec. explicata sunt.

V. 701. ποίας μερίμνης — λέγεις] i. e. ποία ἐστὶν ἡ μέριμνα, ἧς ὑποστραφεὶς τοῦτο λέγεις, quae est haec cura, ad quam rursus conversus hoc dicis? Apte confert Elmsleius Ai. 1117. τοῦ δὲ σοῦ ψόφου οὐκ ἂν στραφείην.

V. 704. οὐδέ πω λήξαντ' ἔχει] gl. οὔπω δὲ ἔληξαν. BR.

V. 707. Describitur locus, ubi viae Delphos a Thebis ducenti alia ad Dauliam ducens via se adiungebat. De Daulia Strabo p. 423. B. ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ μετὰ Δελφοὺς ὡς πρὸς τὴν ἕω Δαυλὶς πολίχνιον. Locum, ubi Oedipus patrem interfecit, σχιστὴν ὁδὸν proprio nomine vocatum esse testatur Pausan. in Phocic. p. 808. MUSGR. Δελφῶν κἀπὸ Δαυλίας, i. e. ἀπὸ Δελφῶν καὶ ἀπὸ Δαυλίας. Sic infra 761. ἀγροὺς — κἀπὶ ποιμνίων

ἀρχὴν ἐφαίνου, τοῦτ' ἐκηρύχθη πόλει.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ Ζεῦ, τί μου δρᾶσαι βεβούλευσαι πέρι;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

τί δ' ἔστι σοι τοῦτ', Οἰδίπους, ἐνθύμιον;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

μήπω μ' ἐρώτα. τὸν δὲ Λάϊον φύσιν
τίν' εἶχε φράζε, τίνα δ' ἀκμὴν ἥβης ἔχων.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

μέγας, χνοάζων ἄρτι λευκανθὲς κάρα,
μορφῆς δὲ τῆς σῆς οὐκ ἀπεστάτει πολύ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οἴμοι τάλας· ἔοικ' ἐμαυτὸν εἰς ἀρὰς
δεινὰς προβάλλων ἀρτίως οὐκ εἰδέναι.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

πῶς φῄς; ὀκνῶ τοι πρός σ' ἀποσκοποῦσ', ἄναξ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

δεινῶς ἀθυμῶ, μὴ βλέπων ὁ μάντις ᾖ.

V. 714. Pro ἔχων Brunck. ex coni. τότε posuit.

νομάς. Cfr. Matth. §. 595. 4.

V. 708. τοῖςδ'] ex quo haec gesta sunt. Cfr. Matth. §. 388. c.

V. 712. ἐνθύμιον] terriculamentum. Adfatim hanc notionem illustravimus ad Eur. Herc. f. 724. MUSGR. Erfurdtius praeterea Wagnerum ad Alciphr. T. II. p. 44. conferri iubet.

V. 713. φύσιν] gl. τὸν τοῦ σώματος ὄγκον.

V. 714. τίνα δ' ἀκμὴν ἥβης ἔχων] Supplendum ἦν, quod latet in verbis praegressis, φύσιν τίνα εἶχε. Recte autem dici ἦν ἔχων in vulgus notum. Atque ipsum illud ἦν Iocaste etiam in seqq. in mente habuit, quum nominativis uteretur. Ita recte hunc locum Hermannus explicat, a quo non debebat Matth. §. 552. not. 2. p. 1102. dissentire.

V. 715. χνοάζων — κάρα] insolentius dictum hoc sensu: caput habens prima canitie nitens. Λευκανθὲς pro λευκὸν dictum, ut 214. ἀγλαῶπι pro ἀγλαὸς positum.

V. 719. ὀκνῶ τοι] timeo, tremo. Sic infra 922. ὡς νῦν ὀκνοῦμεν πάντες.

V. 720. μὴ βλέπων ὁ μάντις ᾖ] Aptissime ita dixit Oedipus, respiciens fortasse ad ea, quae Tiresiae obiecerat 371. τυφλὸς τά τ' ὦτα τόν τε νοῦν τά τ' ὄμματ' εἶ.

δείξεις δὲ μᾶλλον, ἢν ἐν ἐξείπῃς ἔτι.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

καὶ μὴν ὀκνῶ μέν, ἂν δ' ἔρῃ μαθοῦσ' ἐρῶ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πότερον ἐχώρει βαιὸς ἢ πολλοὺς ἔχων
ἄνδρας λοχίτας, οἷ' ἀνὴρ ἀρχηγέτης;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

πέντ' ἦσαν οἱ ξύμπαντες, ἐν δ' αὐτοῖσιν ἦν
κήρυξ· ἀπήνη δ' ἦγε Λάϊον μία.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

αἰαῖ, τάδ' ἤδη διαφανῆ. τίς ἦν ποτε
ὁ τούςδε λέξας τοὺς λόγους ὑμῖν, γύναι;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

οἰκεύς τις, ὅςπερ ἵκετ' ἐκσωθεὶς μόνος.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἦ κἀν δόμοισι τυγχάνει τανῦν παρών;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

οὐ δῆτ'· ἀφ' οὗ γὰρ κεῖθεν ἦλθε, καὶ κράτη
σέ τ' εἶδ' ἔχοντα Λάϊόν τ' ὀλωλότα,
ἐξικέτευσε τῆς ἐμῆς χειρὸς θιγὼν

V. 722. ἂν δ' ex perpaucis codd. primus restituit Erfurdtius. Ceteri libri ἃ δ' ἄν.

V. 735. ἄστεως ex La cum Hermanno restitui. Vulgo ἄστεος.

V. 723. βαιός] i. e. εἷς. Suidas: βαιαί· μικραί. καὶ βαιὸς ἰδίως ἀντὶ τοῦ εἷς. Σοφοκλῆς — ἐν Αἰχμαλωτίσι· ἔσπεισα βαιᾶς κύλικος ὥςτε δεύτερα.

V. 724. λοχίτας] gl. ὑπασπιστάς. BR.

V. 726. κήρυξ] Praecones apud veteres sacrosancti erant, unde reges atque imperatores iis etiam comitibus securitatis causa utebantur. Vide Eustath. ad Hom. Il. α, 334.

V. 732 sqq. Egregie poeta Iocasten ea hic loquentem introducit, quibus ipsis insciens facit, ut Oedipum interfectorem Lai esse magis magisque iam appareat.

V. 739. πάρεστιν] gl. δυνατόν ἐστι τοῦτο. Vide Lexicon. ἐφίεσαι· gl. ἐντέλλῃ. BR. Cfr. Matth. §. 350. not.

V. 741. εἰςιδεῖν] gl. ἰδεῖν, ut εἰςορᾶν centies pro ὁρᾶν. Vide indicem nostrum in Comicum v. Praepositiones. BR.

V. 743. δυςφόρως ἔχοντ'] gl. βαρέως διακείμενα. Paullo infra δυςφόρως ἔγον, βαρέως,

ἀγρούς σφε πέμψαι κἀπὶ ποιμνίων νομὰς,
ὡς πλεῖστον εἴη τοῦδ' ἄποπτος ἄστεως.
κἄπεμψ' ἐγώ νιν. ἄξιος γὰρ, οἷ' ἀνὴρ
δοῦλος, φέρειν ἦν τῆςδε καὶ μείζω χάριν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πῶς ἂν μόλοι δῆθ' ἡμὶν ἐν τάχει πάλιν;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

πάρεστιν. ἀλλὰ πρὸς τί τοῦτ' ἐφίεσαι;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

δέδοικ' ἐμαυτόν, ὦ γύναι, μὴ πόλλ' ἄγαν
εἰρημέν' ᾖ μοι, δι' ἅ νιν εἰςιδεῖν θέλω.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

ἀλλ' ἵξεται μέν· ἀξία δέ που μαθεῖν
κἀγὼ τά γ' ἐν σοὶ δυςφόρως ἔχοντ', ἄναξ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

κοὐ μὴ στερηθῇς γ', ἐς τοσοῦτον ἐλπίδων
ἐμοῦ βεβῶτος. τῷ γὰρ ἂν καὶ μείζονι
λέξαιμ' ἂν ἢ σοὶ διὰ τύχης τοιᾶςδ' ἰών;
ἐμοὶ πατὴρ μὲν Πόλυβος ἦν Κορίνθιος,
μήτηρ δὲ Μερόπη Δωρίς. ἠγόμην δ' ἀνὴρ
ἀστῶν μέγιστος τῶν ἐκεῖ, πρίν μοι τύχη

V. 736. οἷ' ἀνὴρ ex Hermanni coni. dedi. Libri partim ὅγ' ἀνήρ, partim ὅδ' ἀνήρ, partim ὅδε γ' ἀνήρ, quod postremum Brunckius recepit.

χαλεπῶς. BR. ἐν σοὶ videtur esse: te iudice, ut saepe. HERM.

V. 744. στερηθῇς] sc. τοῦ μαθεῖν. — ἐς τοσ. ἐλπ. ἐμοῦ βεβῶτος, quum eo usque spei progressus sim, sc. fore, ut patefiat, quod vereor ne appareat, Lai me interfectorem esse.

V. 746. διὰ τύχης τοιᾶςδ' ἰών] quum hanc fortunam expertus sim, seu potius, quum in tali discrimine verser. BR. Cfr. Matth. §. 580. c.

V. 748. Schol.: Φερεκύδης φησὶ Μέδουσαν εἶναι τὴν Πολύβου γυναῖκα, θυγατέρα δὲ Ὀρσιλόχου τοῦ ἀδελφιδοῦ. οἱ δὲ Ἀντιοχίδα τὴν Χάλκωνος. — Δωρίς· Πελοποννησιακή. Cfr. Argumentum p. 11.

Ibid. ἠγόμην] διῆγον. Σοφ. Θυέστῃ δευτέρῳ. Hesychius. ERF.

V. 749. πρὶν — ἐπέστη] Vide Matth. §. 522. 2. p. 1010.

τοιάδ' ἐπέστη, θαυμάσαι μὲν ἀξία,
σπουδῆς γε μέντοι τῆς ἐμῆς οὐκ ἀξία.
ἀνὴρ γὰρ ἐν δείπνοις μ' ὑπερπλησθεὶς μέθης
καλεῖ παρ' οἴνῳ πλαστὸς ὡς εἴην πατρί.
κἀγὼ βαρυνθεὶς τὴν μὲν οὖσαν ἡμέραν
μόλις κατέσχον· θἀτέρᾳ δ' ἰὼν πέλας
μητρὸς πατρός τ' ἤλεγχον· οἱ δὲ δυςφόρως
τοὔνειδος ἦγον τῷ μεθέντι τὸν λόγον.
κἀγὼ τὰ μὲν κείνοιν ἐτερπόμην, ὅμως δ'
ἔκνιζέ μ' ἀεὶ τοῦθ'· ὑφεῖρπε γὰρ πολύ.
λάθρᾳ δὲ μητρὸς καὶ πατρὸς πορεύομαι
Πυθώδε. καί μ' ὁ Φοῖβος ὧν μὲν ἱκόμην
ἄτιμον ἐξέπεμψεν, ἄλλα δ' ἄθλια
καὶ δεινὰ καὶ δύστηνα προὐφάνη λέγων,

V. 750. *θαυμάσαι μὲν ἀξία*] Vide Matth. §. 535. not. b.

V. 751. *σπουδῆς — τῆς ἐμῆς οὐκ ἀξία*] studio meo non digna, i. e. non digna, ob quam ea facerem, quae feci.

V. 752. *ἀνὴρ γάρ*] De *γὰρ* particulae usu vide Matth. § 615. p. 1243.

V. 753. *παρ' οἴνῳ*] inter pocula. Cfr. Apollon. Rhod. I, 458. et Valck. ad Callim. p. 15. 262. ERF. Verba *καλεῖ με ὡς πλαστὸς εἴην* dicta hoc sensu sunt, *καλεῖ με πλαστὸν εἶναι*. Cfr. Matth. §. 420. not. 1. a.

V. 754. *βαρυνθείς*] gl. *χολωθείς*. Rusticus in Aristoph. Nub. 1363. *κἀγὼ μόλις μέν, ἀλλ' ὅμως ἠνεσχόμην τὸ πρῶτον· ἔπειτα δ'* etc. BR.

V. 755. *κατέσχον*] sc. *ἐμαυτόν*, me continui.

V. 756 sq. *οἱ δὲ δυςφόρως — τὸν λόγον*] Insolens locutio *δυςφόρως ἄγειν τί τινι*, quam pressius vernaculo sermone quam latino reddere possumus; est enim nobis, Jemandem etwas übelnehmen; Romani autem indignari alicui aliquid non videntur pro indignari aliquam rem alicuius dixisse. Ceterum comparari cum hac locutione potest *μηνίειν τινί τινος* (Antig. 1177.), irasci alicui ob aliquam rem, ad cuius similitudinem hoc ipsum *δυςφόρως ἄγειν τί τινι* dictum videtur.

V. 758. *τὰ μὲν κείνοιν ἐτερπόμην*] gaudebam ratione, qua parentes opprobrium illud ferebant. De *τέρπεσθαι* cum accusativo iuncto, quae rara locutio est, vide Matth. §. 414.

V. 759. *ὑφεῖρπε*] animum subierat. Libanius Vol. I. p. 784. A. *πολὺς τοιοῦτος ὑφεῖρπε λόγος*. MUSG. Cfr. Sallust. Iug. c. 11. quod verbum in pectus Iugurthae altius quam quisquam ratus descendit.

V. 761. *ὧν μὲν ἱκόμην ἄτιμον ἐξέπεμψεν*] i. e. *ἐκείνων, ἃ ἱκόμην, ἄτιμον ἐξ.*; cfr. Matth. §. 473. b. Ut autem supra 306. *πέμπειν* dictus est

ὡς μητρὶ μὲν χρείη με μιχθῆναι, γένος δ'
ἄτλητον ἀνθρώποισι δηλώσοιμ' ὁρᾶν,
φονεὺς δ' ἐσοίμην τοῦ φυτεύσαντος πατρός.
κἀγὼ 'πακούσας ταῦτα, τὴν Κορινθίαν
ἄστροις τὸ λοιπὸν ἐκμετρούμενος χθόνα
ἔφευγον, ἔνθα μήποτ' ὀψοίμην κακῶν
χρησμῶν ὀνείδη τῶν ἐμῶν τελούμενα.
στείχων δ' ἱκνοῦμαι τούσδε τοὺς χώρους, ἐν οἷς
σὺ τὸν τύραννον τοῦτον ὄλλυσθαι λέγεις.
καί σοι, γύναι, τἀληθὲς ἐξερῶ. τριπλῆς
ὅτ' ἦν κελεύθου τῆσδ' ὁδοιπορῶν πέλας,
ἐνταῦθά μοι κῆρυξ τε κἀπὶ πωλικῆς
ἀνὴρ ἀπήνης ἐμβεβώς, οἷον σὺ φῄς,
ξυνηντίαζον· κἀξ ὁδοῦ μ' ὅ θ' ἡγεμὼν

is, qui oraculum consultum mittit aliquem, ita hic *ἱκνεῖσθαι* significat consultum venire oraculum. Itaque *ἄτιμον ἐξ. ἐκείνων, ἃ ἱκόμην* valebit, non respondit ad ea, de quibus consultum cum veneram. Similiter *ἀτιμάζειν* usurpatum O. C. 48. *πρός νυν θεῶν, ὦ ξεῖνε, μή μ' ἀτιμάσῃς, τοιόνδ' ἀλήτην, ὧν σε προστρέπω φράσαι.* Cfr. Matth. §. 339. 2.

V. 764. Schol.: *χρείη· δέοι.*

V. 765. Schol.: *ἄτλητον· τὸ μὴ δυνάμενον ὑπὸ ἀνθρώπων ὁρᾶσθαι.* Rectius videtur Matth. §. 535. c. not. 1. verba *δηλώσοιμ' ὁρᾶν* iungere.

V. 768. Suidas in *Ἀστρονομία* — *Ἄστροις τεκμαίρεσθαι· ἐπὶ τῶν μακρὰν καὶ ἔρημον ὁδὸν πορευομένων, καὶ ἄστροις σημειουμένων τὰς θέσεις τῶν πατρίδων.* BRUNCK. *ἄστροις — ἐκμετρούμενος.* Proverbium de iis dictum, qui regionem aliquam praesentem oculis non contemplantur, sed situm eius ex astrorum inspectione colligere satis habent. Omnium optime illustrat Toupius ad Suidam v. *χρῆν.* MUSGR. Adde Wesseling. ad Diodor. T. I. p. 166. 5.

V. 769. *ἔφευγον, ἔνθα* etc.] Supplendum ad *ἔφευγον*, quod praegnanter dictum est, *ἐκεῖσε.* De optativo *ὀψοίμην* vide Matth. §. 529. 4. Verba *κακῶν χρησμῶν ὀνείδη τῶν ἐμῶν* hoc sensu dicta: mala dedecora, i. e. turpia facinora, quae mihi ab oraculo praedicta erant, i. e. quae me perpetraturum esse Phoebus effatus erat. Pro *κακῶν* expectaveris *κακά*, quod ipsum fortasse a poeta scriptum fuit; sed potuit etiam *κακῶν* dici. Vide ad Philoct. 159 sq. et 1101 sq. meae edit. De locutione denique *χρησμοὶ οἱ ἐμοί*, oracula mihi edita, vide Matth. §. 466. 2.

V. 777. *ὅ θ' ἡγεμών*] et auriga, qui post *ὁ τροχηλάτης*. Sic dici aurigam nemo mirabitur, qui meminerit *τὸν τῆς ὁδοῦ ἡγεμόνα.* Nolim enim comparare Aeschyleum *κώπης ἄναξ.* SCHAEF.

αὐτός θ' ὁ πρέσβυς πρὸς βίαν ἠλαυνέτην.
κἀγὼ τὸν ἐκτρέποντα, τὸν τροχηλάτην,
παίω δι' ὀργῆς· καί μ' ὁ πρέσβυς ὡς ὁρᾷ
ὄχου, παραστείχοντα τηρήσας, μέσον
κάρα διπλοῖς κέντροισί μου καθίκετο.
οὐ μὴν ἴσην γ' ἔτισεν, ἀλλὰ συντόμως
σκήπτρῳ τυπεὶς ἐκ τῆςδε χειρὸς ὕπτιος
μέσης ἀπήνης εὐθὺς ἐκκυλίνδεται·
κτείνω δὲ τοὺς ξύμπαντας. εἰ δὲ τῷ ξένῳ
τούτῳ προςήκει Λαΐῳ τι συγγενές,
τίς τοῦδέ γ' ἀνδρός ἐστιν ἀθλιώτερος;
τίς ἐχθροδαίμων μᾶλλον ἂν γένοιτ' ἀνήρ;
ᾧ μὴ ξένων ἔξεστι μήδ' ἀστῶν τινα
δόμοις δέχεσθαι, μηδὲ προςφωνεῖν τινα,
ὠθεῖν δ' ἀπ' οἴκων. καὶ τάδ' οὔτις ἄλλος ἦν
ἢ 'γὼ 'π' ἐμαυτῷ τάςδ' ἀρὰς ὁ προςτιθείς.

V. 797. Pro μήτε ex perpaucis codd. Brunck. μή 'στι recepit.

V. 800. Pauci codd. ὅς ἐξέθρεψε κἀξέφυσέ με, de qua loquendi eundem §. 330. not.

V. 778. πρὸς βίαν] i. e. βιαίως. Cfr. Matth. §. 591. ε.

V. 779. τὸν τροχηλάτην] gl. τὸν ἡνίοχον. BR. Haec verba per ἐπεξήγησιν addita sunt, ne dubitaretur, quisnam esset ὁ ἐκτρέπων. Sic 837. τὸν ἄνδρα, τὸν βοτῆρα. et in fragm. Aristoph. ap. Athen. p. 161. F. τοὺς πάλαι ποτέ, τοὺς Πυθαγοριστὰς γενομένους. ERF. Elmsleius comparat Eur. Phoen. 39.

V. 780. δι' ὀργῆς] iracundus. Cfr. Matth. §. 580.

V. 780 sqq. καί μ' ὁ πρέσβυς — καθίκετο] Et senex, simulac me (sc. aurigam verberare) vidit, e curru, observans illud ipsum temporis momentum, quo praeteribam, feriit me. HERM. De genitivo ὄχου vide Matth. §. 454. ζ., de καθίκετο cum accusativo iuncto eundem §. 330. not.

V. 782. Schol.: κέντροισι· πληγαῖς. δὶς ἔπαισέ με τοῖς κέντροις, οἷς ἐκέντριζε τοὺς ἵππους. οὐκ ἐπίσης δὲ καὶ παρ' ἐμοῦ ἔλαβεν.

V. 783. ἴσην] gl. ἴσην δίκην ἀπέδωκεν, ἀντέτισεν. BR. Vel τιμωρίαν. Vide L. Bos. p. 474. ed. Schaef. ERF.

V. 784. ὕπτιος] gl. ἐπὶ τὰ μετάφρενα.

V. 786 sq. εἰ δὲ τῷ ξένῳ — συγγενές] Schol.: τοῦ ὑπ' ἐμοῦ φονευθέντος εἰ ἦν τις πρὸς Λάϊον συγγένεια. ἢ οὕτως· εἰ δὲ οὗτος ὁ ξένος, ὃν ἀπέκτεινα, Λάϊός ἐστιν, οὔπω γὰρ οἶδεν, εἰ αὐτός ἐστιν.

V. 788. Schol.: τοῦδέ γ' ἀνδρός· ἀντὶ τοῦ ἐμοῦ. Vide Matth. §. 265. 1.

V. 790. ᾧ μὴ ξένων etc.] Recte Hermannus monuit hoc dici a Sophocle: ᾧ μὴ ἔξεστι δέ-

λέχη δὲ τοῦ θανόντος ἐν χεροῖν ἐμαῖν
χραίνω, δι' ὧνπερ ὤλετ'. ἆρ' ἔφυν κακός;
ἆρ' οὐχὶ πᾶς ἄναγνος; εἴ με χρὴ φυγεῖν,
καί μοι φυγόντι μήτε τοὺς ἐμοὺς ἰδεῖν,
μήτ' ἐμβατεύειν πατρίδος· ἢ γάμοις με δεῖ
μητρὸς ζυγῆναι, καὶ πατέρα κατακτανεῖν
Πόλυβον, ὃς ἐξέφυσε κἀξέθρεψέ με.
ἆρ' οὐκ ἀπ' ὠμοῦ ταῦτα δαίμονός τις ἂν
κρίνων ἐπ' ἀνδρὶ τῷδ' ἂν ὀρθοίη λόγον;
μὴ δῆτα, μὴ δῆτ', ὦ θεῶν ἁγνὸν σέβας,
ἴδοιμι ταύτην ἡμέραν, ἀλλ' ἐκ βροτῶν
βαίην ἄφαντος πρόσθεν ἢ τοιάνδ' ἰδεῖν
κηλῖδ' ἐμαυτῷ συμφορᾶς ἀφιγμένην.

ΧΟΡΟΣ.

ἡμῖν μέν, ὦναξ, ταῦτ' ὀκνήρ'· ἕως δ' ἂν οὖν

forma vide Schaef. ad h. l. et in Melett. critt. p. 16.

V. 802. ἂν ὀρθοίη. Sic primus Schaefer. Melett. critt. p. 89. scribendum vidit. Libri ἀνορθοίη.

χεσθαί τινα αὐτόν, cui non concessum est, ut quisquam eum hospitio excipiat.

V. 792 sq. καὶ τάδ' — προςτιθείς] Recte Triclinius: τὸ τάδε καὶ τάςδ' ἀρὰς ταὐτόν ἐστιν. αἱ γὰρ ἀραὶ, ἃς ἠράσατο τῷ Λαΐου φονεῖ, οὐκ ἄλλο τι ἦσαν, ἢ μὴ προςδέχεσθαι αὐτὸν τοὺς πολίτας, μηδὲ προςφωνεῖν. Itaque simillime a Sophocle hic pronomen τάδε substantivo τάςδ' ἀρὰς explicatur accuratius, atque Homerus Il. ι, 244. dixit: ταῦτ' αἰνῶς δείδοικα κατὰ φρένα, μή οἱ ἀπειλὰς ἐκτελέσωσι θεοί, ubi ταῦτα nihil est aliud nisi τάςδε τὰς ἀπειλάς.

V. 794. λέχη] gl. ἤγουν τὴν γυναῖκα. BR. Vide ad Philoct. 669. meae edit. τὸν πελάταν λέκτρων τῶν Διός. De locutione ἐν χεροῖν χραίνω vide quae ad Philoct. 60. monui.

V. 795. ἆρα] i. e. ἆρ' οὐκ. Cfr. Matth. §. 614. p. 1241.

V. 797. μήτε — ἰδεῖν] Nihil obstat, quominus post χρὴ subaudiatur ἔξεστι, ut supra 819. post ἔξεστι subauditur χρή. ELMSL.

V. 798. ἐμβατεύειν πατρίδος] Vide Matth. §. 379. not. 2.

V. 801 sq. ἆρ' οὐκ — ἂν ὀρθοίη λόγον] Nonne haec ab immiti numine mihi destinata esse qui iudicet, vere dicat? Ὀρθοῦν λόγον, i. e. ὀρθῶς λέγειν, vere dicere. — Similis locutio est Herodoteae VII, 103. ὀρθοῦται ὁ λόγος, verum est quod dicitur. De duplici ἂν vide ad v. 334.

V. 806. κηλῖδα συμφορᾶς] labes calamitatis, probrosa calamitas, quemadmo-

πρὸς τοῦ παρόντος ἐκμάθῃς, ἔχ' ἐλπίδα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

καὶ μὴν τοσοῦτόν γ' ἔστι μοι τῆς ἐλπίδος,
τὸν ἄνδρα, τὸν βοτῆρα προσμεῖναι μόνον.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

πεφασμένου δὲ, τίς ποθ' ἡ προθυμία;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἐγὼ διδάξω σ'· ἢν γὰρ εὑρεθῇ λέγων
σοὶ ταὔτ', ἔγωγ' ἂν ἐκπεφευγοίην πάθος.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

ποῖον δέ μου περισσὸν ἤκουσας λόγον;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

λῃστὰς ἔφασκες αὐτὸν ἄνδρας ἐννέπειν
ὥς νιν κατακτείνειαν. εἰ μὲν οὖν ἔτι

V. 818. Pro τοῖς πολλοῖς Brunckius ex coni. τις πολλοῖς scripsit, cui assensus est Reisigius Coni. in Arist. p. 34.

V. 825. Ineptissime vulgo scribitur τόν γε, quod unus Bothius in σόν γε mutandum esse vidit. Nam vulgatae scripturae

dum πόνων λατρεύματα dictum pro ἐπίπονα λατρεύματα, et ἄστρων εὐφρόνη pro ἀστερόεσσα εὐφρόνη, die Sternennacht. E R F. Cfr. Matth. §. 575. et infra 1279. ὄμβρος χαλάζης.

V. 808. πρὸς τοῦ παρόντος] a servo illo, de quo v. 756 sq. dictum.

V. 811. Schol.: φανεροῦ γενομένου καὶ ἐλθόντος τοῦ ποιμένος, τίνα ἕξεις γνώμην. Brunckius verbi προθυμίας hanc gl. adfert: πρόθεσις· θάρσος.

V. 814. περισσόν] prae ceteris animadversione dignum. MUSGR.

V. 815 sq. λῃστάς — ἐννέπειν ὥς νιν κατ.] Dictum pro ἐννέπειν, ὡς λῃσταί νιν κατακτείνειαν. Similiter supra 779 sq. (752 sq.) καλεῖ με ὡς πλαστὸς εἴην πατρί.

V. 818. τοῖς πολλοῖς] multis illis, a quibus tu interfectum esse Laium dixisti. Cfr. Herm. ad Vig. p. 723.

V. 819. Schol.: οἰόζωνον· μονόζωνον, μόνον. Simillime Hesychius: οἰόζωνον· μονόστολον.

V. 820. εἰς ἐμὲ ῥέπον] gl. εἰς ἐμὲ ἀφορῶν. Aristoph. Pl. 51. οὐκ ἔσθ' ὅπως ὁ χρησμὸς εἰς τοῦτο ῥέπει. B R.

V. 821. ὡς φανέν γε τοὔπος ὧδ' ἐπίστασο] De locutione ἐπίστασο ὡς φανὲν τοὔπος vide Matth. §. 569. 5. De usu verbi φαίνεσθαι, audiri significantis, monitum ad Philoct. v. 187. meae edit.

V. 822. Schol.: ἐκβαλεῖν·

λέξει τὸν αὐτὸν ἀριθμόν, οὐκ ἐγὼ ᾽κτανον.
οὐ γὰρ γένοιτ᾽ ἂν εἷς γε τοῖς πολλοῖς ἴσος.
εἰ δ᾽ ἄνδρ᾽ ἕν᾽ οἰόζωνον αὐδήσει, σαφῶς
τοῦτ᾽ ἐστὶν ἤδη τοὔργον εἰς ἐμὲ ῥέπον.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

ἀλλ᾽ ὡς φανέν γε τοὔπος ὧδ᾽ ἐπίστασο,
κοὐκ ἔστιν αὐτῷ τοῦτό γ᾽ ἐκβαλεῖν πάλιν.
πόλις γὰρ ἤκουσ᾽, οὐκ ἐγὼ μόνη, τάδε.
εἰ δ᾽ οὖν τι κἀκτρέποιτο τοῦ πρόσθεν λόγου,
οὔτοι ποτ᾽, ὦναξ, σόν γε Λαΐου φόνον
φανεῖ δικαίως ὀρθόν, ὅν γε Λοξίας
διεῖπε χρῆναι παιδὸς ἐξ ἐμοῦ θανεῖν.
καίτοι νιν οὐ κεῖνός γ᾽ ὁ δύστηνός ποτε
κατέκταν᾽, ἀλλ᾽ αὐτὸς πάροιθεν ὤλετο.
ὥςτ᾽ οὐχὶ μαντείας γ᾽ ἂν οὔτε τῇδ᾽ ἐγὼ

non potest alius sensus esse quam hic: nondum tamen Laium vere interfectum esse probabit. Quae sententia inepta est et ab hoc loco aliena. Accedit, quod hoc sensu absurda foret γὲ particula.

ἀποκρύπτεσθαι ἢ ἀποστρέψαι. τουτέστιν, οὐ δύναται ἀρνεῖσθαι ὁ βουκόλος.

V. 825. *σόν γε Λαΐου φόνον φανεῖ δικαίως ὀρθόν*] caedem Lai a te perpetratam iusto modo patefaciet, i. e. eo quo par est modo ostendet caedem Lai a te perpetratam esse. *Ὀρθὸν φαίνειν* simili abundantia dictum, qua supra *ἐς φῶς φαίνειν* dici vidimus. Totius autem loci sententia haec est: Etiamsi servus ille a priore sermone aliquid deflectat et ab uno homine dicat Laium occisum esse, nondum tamen a te Laium interfectum esse omnino probabit, siquidem Apollo Laium a filio meo perire debere dixit. Quamquam ne filius quidem eum occidit, quippe qui ante Laium perierit. Quam ob causam nihil ego curo oracula. De genitivo *Λαΐου* vide Matth. §. 375.

V. 830. Schol.: *ὥςτ᾽ οὐχὶ μαντείας· ὅθεν ἐγὼ χάριν τῆς μαντείας οὔτε ἐπ᾽ ἐκεῖνα τὰ ῥήματα οὔτε ταῦτα βλέψαιμι, οὔτε ἑκατέροις πιστεύσαιμι, ἀλλ᾽ ἀπορῶ.*

Ibid. *οὔτε τῇδ᾽ ἐγὼ* etc.] i. e. adeo flocci haec pendo, ut ne oculos quidem huc vel illuc vaticiniorum causa converterim. Sic Teucer, quum Menelai contemptum ostendere vellet, *τοῦ δὲ σοῦ ψόφου οὐκ ἂν στραφείην*, Ai. 1117. Ne manum quidem versare alicuius rei causa Cic. de Fin. V, 31, 93. MUSGR.

βλέψαιμ' ἂν οὕνεκ', οὔτε τῇδ' ἂν ὕστερον.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

καλῶς νομίζεις. ἀλλ' ὅμως τὸν ἐργάτην
πέμψον τινὰ στελοῦντα, μηδὲ τοῦτ' ἀφῇς.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

πέμψω ταχύνασ'· ἀλλ' ἴωμεν ἐς δόμους.
οὐδὲν γὰρ ἂν πράξαιμ' ἂν ὧν οὔ σοι φίλον.

ΧΟΡΟΣ.

(στροφὴ α'.)

Εἴ μοι ξυνείη φέροντι

V. 835. Scripsi οὔ σοι, ut constanter et recte ab editt. in

V. 833. στελοῦντα] gl. μετακαλεσόμενον, κομιούμενον, μεταστελοῦντα. BR.

V. 835. ὧν οὔ σοι φίλον] i. e. τούτων, ἅ με πρᾶξαι οὔ σοι φίλον ἐστίν. Cfr. Matth. §. 473. b. De duplici ἂν vide ad v. 334.

V. 836 — 881. Chorus contemni ab Iocasta oracula indignatus, nec tamen insolentiam eius libere castigare ausus, primum pietatem sanctamque morum integritatem celebrat, tum quae ex impietate rerumque divinarum violatione mala oriantur exponit, denique Iovem, deum potentissimum, precatur, ut oracula illa, quae Iocasta spreverat ab Apolline Laio olim data, vera esse ostendat, ne huius dei auctoritas et fides, quae imminui coeperit, penitus tollatur, deorumque immortalium cultus negligatur. — Posuit igitur Sophocles ea, quae in initio huius carminis videantur commemoranda fuisse, in fine eius; quod idem fecit quum alibi, tum in primo Chori cantu, qui in Antigona legitur. Qua in re qua arte poeta usus sit, bene Scholiastes ad Antig. 155. exposuit.

V. 836. Εἰ] i. e. εἴθε, utinam. Cfr. Matth. §. 617. 4. p. 1252. — εἴ μοι ξυνείη μοῖρα, utinam mecum sit fatum, ut, i. e. utinam fato mihi destinatum sit, ut. Pro participio, quod sequitur, φέροντι, i. e. ἔχοντι, sive, ut Schol. interpretatur, διασώζοντι, infinitivum exspectaveris. Verum vide Heindorf. ad Plat. Phaedon. p. 250.

V. 837. τὰν εὔσεπτον ἁγνείαν λόγων etc.] ἡ εὔσεπτος ἁγνεία est veneranda sive sancta integritas; ad cuius substantivi explicationem adiectus est genitivus λόγων ἔργων τε πάντων, significans id, in quo cerni debeat integritas illa. Similiter latine integer alicuius rei dicitur, ut ab Horat. Od. I, 22, I. integer vitae scelerisque purus.

V. 838. ὧν νόμοι πρόκεινται] νόμος τινὸς et lex est, quam dedit aliquis, et lex, quae data de aliqua re est; quo sensu hic ὧν νόμοι dictum. Cfr. Matth. §. 342. Item Romani et legem de ambitu et legem ambitus dicunt. Leges autem Sophocles eas hic dicit, quae, antequam scriptae a mortalibus leges essent, innatae

μοῖρα τὰν εὔσεπτον ἁγνείαν λόγων ἔργων τε πάντων,
ὧν νόμοι πρόκεινται
ὑψίποδες, οὐρανίαν δι'
αἰθέρα τεκνωθέντες, ὧν Ὄλυμπος
πατὴρ μόνος, οὐδέ νιν
θνατὰ φύσις ἀνέρων
ἔτικτεν, οὐδὲ μήν ποτε λάθα κατακοιμάσει·
μέγας ἐν τούτοις θεός, οὐδὲ γηράσκει.

(ἀντιστροφὴ α'.)

ὕβρις φυτεύει τύραννον·

Philoct. 1227. scribitur.

animis hominum fuerint, quarum hanc potissimum eamque gravissimam hic significat: *εὐσεβεῖν τὰ πρὸς θεούς.* Cfr. de his, quae a dis latae putabantur, legibus Xenoph. Mem. S. IV, 4, 19. Soph. Ant. 450 sqq. Platon. Legg. VII. p. 793. A. B. C. Aristot. Eth. V, 15. Polit. III, 18. Itaque totius loci sententia haec est: utinam ego sancta morum integritate sim et innocentia, ita ut et dicam et faciam quae leges divinae iubent, et ab omnibus dictis factisque abstineam, quae eaedem prohibent. De verbo *πρόκεινται* cfr. Eur. Iph. T. 1189. *τὸν νόμον ἀνάγκη τὸν προκείμενον σέβειν.*

V. 839. *ὑψίποδες*] Videntur leges *ὑψίποδες* i. e. *ὑψίβατοι* dictae propter ortum suum, quod non creatae in terra humi serpant, sed in coelo genitae quasi evectae super humana circumferantur.

V. 839 sq. Schol.: *οὐρανίαν δι' αἰθέρα· ἀντὶ τοῦ ἐν οὐρανῷ τεχθέντες.* Cfr. Matth. §. 580. 2. p. 1151.

V. 840 sq. *ὧν Ὀλ. πατὴρ μόνος*] Olympum, sedem et domicilium deorum, posuit pro dis ipsis, qui *πατέρες νόμων* dicuntur, quod leges illas procrearunt, i. e. tulerunt, hominibusque dederunt.

V. 841. *νιν*] i. e. *νόμους.* Cfr. Matth. §. 146. p. 274.

V. 842. *θνατὰ φύσις ἀνέρων*] mortalis natura hominum, i. e. mortales homines. Cfr. Matth. §. 430. p. 799.

V. 844. *οὐδὲ μήν*] Cfr. Matth. §. 605. — *λάθα κατακοιμάσει,* oblivio consopiet, sive sepeliet, i. e. delebit. Cfr. Eur. Hipp. 1387. *εἴθε με κοιμάσειε τὸν δυσδαίμονα Ἀΐδου μέλαινα νύκτερός τ' ἀνάγκα.*

V. 845. Schol.: *ἐν τοῖς νόμοις μέγας ἐστὶν ὁ θεός. τουτέστι, θεία δύναμις καὶ μεγάλη τοῖς νόμοις ἔνεστιν.*

V. 846. *ὕβρις φυτεύει τύραννον*] Verbum *ὕβρις* quemadmodum sollemniter *εὐνομίᾳ* opponi solet, ita hic quoque violationem legum et earum quidem, de quibus in antecc. dictum, denotat. Ea quum dicitur *φυτεύειν τύραννον,* i. e. *μήτηρ τυραννίδος εἶναι* (cfr. Ai. 174.), hoc significatur: violatio legum mater est eo-

ὕβρις, εἰ πολλῶν ὑπερπλησθῇ μάταν, ἃ μὴ 'πίκαιρα
μηδὲ συμφέροντα,
ἀκρότατον εἰςαναβᾶσ' ἂν
ἀπότομον ὤρουσεν εἰς ἀνάγκαν,
ἔνθ' οὐ ποδὶ χρησίμῳ

V. 847. Pro εἰ Brunckius ex uno codice ἢν recepit.
V. 849. Cum Erf. et Hermanno pro ἀκροτάταν dedi ἀκρότατον. Ipse autem ex coni. scripsi εἰςαναβᾶσ' ἄν, quod quum ita in codicibus scriptum esset εἰςαναβᾶσαν, non potuit non

rum hominum, qui regnum adfectant, i. e. qui leges violant, solent eo insolentiae progredi, ut regnum adfectent, ideoque rei publicae statum convellant et libertatem civium evertant. Quae cum antecedentibus et sequentibus ita cohaerent: Nihil mihi maiori curae sit, quam ut in omni vita sanctissime colam leges divinas. Eas enim qui violat et civium suorum salutem perdit (ὕβρις φυτ. τύραννον) rei publicae statu convulso, et sibimet ipsi (ὕβρις, εἰ πολλῶν ὑπερπλ. — ποδὶ χρησίμῳ χρῆται), ubi ad summum insolentiae fastigium adscenderit, calamitatem parat, ex qua nullus patet exitus. Sponte autem apparet non posse haec Chori verba, ὕβρις φυτεύει — χρησίμῳ χρῆται, ita dicta esse, ut voce ὕβρις Iocastae temeritas, quod oracula sprevisset, aut Oedipi levitas, quod assensus ei esset, notata existimetur. In neutrum enim quadrat regni adfectatio. Ex quibus verbis manifesto intelligitur Sophoclem, relicto aliquantisper Oedipo, de sua iam re publica et sui temporis hominibus loqui. Atque hoc egregie ab eo institutum est, quod a Choro, i. e. a populo ipso, cuius partes agebat chorus, dici hoc et moneri populum Atheniensem facit, sine pietate sanctaque legum divinarum reverentia rei publicae salutem constare non posse. Illud autem in incerto relinquendum, num Alcibiadem poeta hic ut civibus formidolosum designare voluerit, quae Musgravi sententia est, haec adiicientis: „Quis enim in historia Attica adeo hospes est, ut nesciat neminem unquam tot contumeliosi ingenii specimina edidisse quam Alcibiadem? Ob quod etiam optimatibus in tyrannidis adfectandae suspicionem venit. Plutarchus: οἱ μὲν ἔνδοξοι μετὰ τοῦ βδελύττεσθαι καὶ δυςχεραίνειν ἐφοβοῦντο τὴν ὀλιγωρίαν αὐτοῦ καὶ παρανομίαν, ὡς τυραννικὰ καὶ ἀλλόκοτα, in Alcibiade, Vol. I. p. 188. F. Hoc si paucissimis verbis significare volueris, nulla aptiora invenies quam ὕβρις φυτεύει τύραννον." Vide etiam ad v. 856.

V. 847 sq. ὕβρις, εἰ πολλῶν — συμφέροντα] i. e. qui leges violat, ubi se nimis multis (πολλῶν ὑπερπλ.) facinoribus inportunis ac perniciosis dementer expleverit, i. e. ubi nimis multa facinora etc. perpetraverit. Cfr. Hom. Il. ο, 132. ἀναπλήσας κακὰ πολλά. De εἰ cum coniunctivo copulato vide Matth. §. 525 p.

χρῆται. τὸ καλῶς δ' ἔχον
πόλει πάλαισμα μήποτε λῦσαι θεὸν αἰτοῦ-
μαι.
θεὸν οὐ λήξω ποτὲ προστάταν ἴσχων.

(στροφὴ β'.)

εἰ δέ τις ὑπέροπτα χερσὶν ἢ λόγῳ πορεύεται,

a librariis, nominativum requiri intelligentibus, mutari in εἰς-αναβᾶσα, quae omnium codicum scriptura est. Hermannus εἰςαναβᾶσ' ἐς scripsit.

V. 850. Brunck. post ὤρουσεν ex coni. νιν addidit.

1020. [et inprimis Hermannum de partic. ἄν. Opusc. Vol. IV. p. 97 sq. V. C. F. R.]; μάταν sive μάτην, i. e. ματαίως, eodem sensu hic positum quo infra ματάζων, dementer significans.

V. 849. ἀκρότατον — εἰς ἀνάγκαν] Substantive hic a Sophocle ἀπότομον usurpatum similiter atque apud Romanos praeceps, praerupta, et abruptum (cfr. Virg. Aen. III, 422. in abruptum) substantivorum naturam induerunt. Itaque sensus: postquam in altissima praerupta adscenderit, in praeceps decidere solet, i. e. detracta metaphora, postquam ad summum insolentiae fastigium adscenderit, in perniciem ruit. De aoristi ὤρουσεν significatione cfr. Matth. §. 502 3. p. 954.

V. 851 sq. ἔνθ' οὐ — χρῆται] ubi non utitur pede utili, i. e. ex qua pernicie (ἀνάγκᾳ) expedire se nequit.

V. 852 sq. τὸ καλῶς δ' — αἰτοῦμαι] Ambiguo sensu haec verba dicta ita cum antecedentibus cohaerent. Dixerat modo Chorus eos, qui leges divinas violarent, amentia abreptos rem publicam evertere et regnum occupare contendere. Cuiusmodi contentionem pravam iam dicit esse ac tollendam, quum contra dei auxilium implorandum sit, ut honestum certamen, quod pro legibus divinis ineatur a bonis cum improbis, nunquam finiri patiatur. Quibus verbis illud utique Chorus adsignificat, deum (i. e. Apollinem) se orare, ut investigationem interfectoris Lai, suo ipsius iussu susceptam, confici velit. Atque ita sequentia etiam εἰ δέ τις ὑπερ. etc. apte cum antecedentibus cohaerent, quod non ita esset, si haec, de quibus ago, verba de sola illa investigatione caedis dicta acciperentur.

V. 855. θεὸν οὐ — ἴσχων] quo deo ego nunquam desinam praeside uti, i. e. cuius dei imperio nunquam desinam obtemperare.

V. 856 — 860. εἰ δέ τις — χλιδᾶς] In his versibus quot voces, totidem fere lineamenta Alcibiadis agnoscas. Quis illo superbior χερσὶ καὶ λόγῳ, qui verborum contumeliis non contentus, nonnullos etiam ex potentioribus viris pugnis cecidit? Quis magis contemptor iuris, δίκας ἀφόβητος? Quis luxuriae (χλιδᾷ) magis deditus? Denique erga deorum simulacra parum reverentem fuisse (οὐδὲ δαιμόνων ἕδη σέβων), vere an falso, Atheniensibus certe persuasissimum erat, siquidem Hermarum mutilatorum reus ad

δίκας ἀφόβητος, οὐδὲ δαιμόνων ἕδη σέβων,
κακά νιν ἕλοιτο μοῖρα δυςπότμου χάριν χλιδᾶς,
εἰ μὴ τὸ κέρδος κερδανεῖ δικαίως,
καὶ τῶν ἀσέπτων ἕρξεται,
ἢ τῶν ἀθίκτων ἕξεται ματάζων.
τίς ἔτι πότ' ἐν τοῖςδ' ἀνὴρ θυμοῦ βέλη
εὔξεται ψυχᾶς ἀμύνειν;
εἰ γὰρ αἱ τοιαίδε πράξεις τίμιαι,
τί δεῖ με χορεύειν;

V. 862. **Elmsleius** edidit *εἴρξεται* pro *ἕρξεται*. At in melicis tragici de industria antiquas epicorum formas adsciverunt, quae non debent a criticis expelli. HERM. Cfr. Matth. §. 234. p. 458.

V. 865. *θυμοῦ* pro librorum fere omnium scriptura *θυμῷ* cum Erf. et Hermanno scripsi.

V. 866. *εὔξεται*· hoc primus Musgravius coniecit, deinde Hermannus recepit. Libri *ἕρξεται*. Brunckius *ἕξει* scripserat.

causam dicendam ex expeditione Sicula revocatus est. MUSGR.

V. 856. *ὑπέροπτα πορεύεται*] Proprie insolenter incedit, i. e. insolentem se gerit. Elmsleius comparat Ai. 197. *ἀτάρβητα ὁρμᾶται.* et Eur. Ion. 717. *λαιψηρὰ πηδᾷ.*

V. 857. Schol.: *δίκας ἀφόβητος· τὴν δίκην μὴ δεδοικώς.* Cfr. Matth. §. 344. p. 653. Ceterum *ἕδη* Musgravius et hic et Electr. 1374. imagines, simulacra, Ruhnkenius ad Timaeum p. 93. templa interpretatur. Immo *δαιμόνων ἕδη* delubra sunt, quae qui *οὐ σέβειν* dicitur, deorum simulacra non revereri aut violare significatur.

V. 860. Schol.: *δυςπότμου χάριν χλιδᾶς· ἕνεκα, φησί, τῆς ἀνοσίου τρυφῆς καὶ ὑπερηφανίας.* Significat enim *δύςποτμος* hic scelestum, quo sensu non raro a tragicis *δύστηνος* dici consuevit. Vide ad Philoct. 1016.

V. 861. *εἰ μὴ τὸ κέρδος — δικαίως*] Articuli haec vis est: nisi lucrum, quod quaerit, honeste faciet. Vide Rost. Gr. Gr. §. 98. B. c. p. 452. ed. IV. Fuit autem communis prope populi opinio, *οὐδὲν ῥῆμα* aut *πρᾶγμα σὺν κέρδει κακὸν εἶναι.* Vide El. 61. Philoct. 108 sq.

V. 862 sq. *καὶ τῶν ἀσέπτων — ματάζων*] Supplendum *εἰ μὴ* tum post *καί*, tum post *ἢ* versu sequenti. Verba autem *τῶν ἀσ. ἕρξ.* et *τῶν ἀθ. ἕξ.* ita videntur differre, ut posterioribus is significetur, qui deorum templa atque delubra violet (*δαιμόνων ἕδη οὐ σέβων*), prioribus qui omnino a dictis factisque impiis non abstineat (*δίκας ἀφόβητος*). *Ματάζων* valet dementer agens.

V. 865 sq. *τίς ἔτι πότ' — ἀμύνειν;*] Quis tandem amplius his in rebus (i. e. si contemnuntur divina) irae tela se ab animo suo arcere gloriabitur? Nam si talis impietas probatur, quid opus est cultu

(ἀντιστροφὴ β′.)

οὐκ ἔτι τὸν ἄθικτον εἶμι γᾶς ἐπ' ὀμφαλὸν
σέβων,
οὐδ' ἐς τὸν Ἀβαῖσι ναόν, οὐδὲ τὰν Ὀλυμπίαν,
εἰ μὴ τάδε χειρόδεικτα πᾶσιν ἁρμόσει βροτοῖς.
ἀλλ' ὦ κρατύνων, εἴπερ ὄρθ' ἀκούεις,
Ζεῦ, πάντ' ἀνάσσων, μὴ λάθοι
σὲ τάν τε σὰν ἀθάνατον αἰὲν ἀρχάν.
φθίνοντα γὰρ * * * * Λαΐου

V. 871. Erf. cum Brunckio Ἄβαισι. Libri Ἀβαῖσι, et hoc accentu in aliquot Sophoclis codd. scriptum fuisse hoc nomen Eustathius p. 279, 1. (211, 15.) testatur. HERM.

V. 876. λάθοι· ita cum Dindorfio ex plurimorum codd. et Scholiastae auctoritate scripsi. Vulgo λάθῃ.

V. 878. Vulgo παλαιὰ Λαΐου aut Λαΐου παλαιά. Quod omisi cum Dindorfio adiectivum optimi codices omittunt.

reverentiaque deorum? HERM. De ἐν τοῖςδε cfr. Antig. 39. εἰ τάδ' ἐν τούτοις, et Matth. §. 577. p. 1140. Locutionem θυμοῦ βέλη, irae tela, i. e. iram, post alios Erfurdtius comparavit cum Lucret. II, 306. pavoris tela gelida.

V. 868. τί δεῖ με χορεύειν] Accipienda haec de saltatione sacra, quae in festis deorum fieri solebat (cfr. Spanhem. ad Callim. h. in Del. 312.), ideoque de reverentia et cultu deorum.

V. 870. τὸν ἄθικτον] Ad Eur. Ion. 231. coniecturam de hac voce proposui, lapidem illum album, qui Delphis, teste Pausania in Phocic. c. 16., umbilicus terrae audiebat, septo aliquo inclusum fuisse, multitudinis arcendae causa. MUSGR. qui et ipse de more Choros ad longinqua templa mittendi exposuit ad Eur. Ion. 475. Praestat cum Bothio γᾶς ὀμφαλὸν de templo et oraculo Delphico intelligere, ut ἄθικτον sit sanctum, inviolabile, quo significatu paullo superius dictum est. ERF. Vide supra 480 sq.

V. 871. τὸν Ἀβαῖσι ναόν] De oraculo Apollinis, quod Abis, urbe Phocica, fuit, complura habet Pausanias in Phocic. c. 35. MUSGR. De dativo vide Matth. §. 406. b. Rost. §. 106. e. τὰν Ὀλυμπίαν, Iovis cultu celeberrimam. Cfr. Mela II, 3.

V. 872. εἰ μὴ τάδε — βροτοῖς] Referendum τάδε ad sequentia, i. e. ad Λαΐου θέσφατα, sensusque hic est: nisi haec oracula eventui congruere, i. e. recte se habere, omnibus mortalibus monstrabitur.

V. 875 sq. εἴπερ ὄρθ' ἀκούεις πάντ' ἀνάσσων] siquidem recte vocaris omnium rector. Cfr. Matth. §. 307. Cum verbis μὴ λάθοι etc. comparat Elmsleius Eur. Med. 332. Ζεῦ, μὴ λάθοι σε τῶνδ' ὃς αἴτιος κακῶν.

V. 878. Schol.: φθίνοντα γάρ· ἀντὶ τοῦ παλαιά, παρεληλυθότα.

θέσφατ' ἐξαιροῦσιν ἤδη,
κοὐδαμοῦ τιμαῖς Ἀπόλλων ἐμφανής·
ἔῤῥει δὲ τὰ θεῖα.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Χώρας ἄνακτες, δόξα μοι παρεστάθη
ναοὺς ἱκέσθαι δαιμόνων, τάδ' ἐν χεροῖν
στέφη λαβούσῃ κἀπιθυμιάματα.
ὑψοῦ γὰρ αἴρει θυμὸν Οἰδίπους ἄγαν
λύπαισι παντοίαισιν· οὐδ', ὁποῖ' ἀνὴρ
ἔννους, τὰ καινὰ τοῖς πάλαι τεκμαίρεται.
ἀλλ' ἔστι τοῦ λέγοντος, ἢν φόβους λέγῃ.
ὅτ' οὖν παραινοῦσ' οὐδὲν ἐς πλέον ποιῶ,
πρὸς σ', ὦ Λύκει' Ἄπολλον, ἄγχιστος γὰρ εἶ,

V. 879. Non recte Brunckius *ἐξαίρουσιν*.

V. 879. Schol.: *ἐξαιροῦσιν· ἀντὶ τοῦ ἀφανίζουσιν. τὰ γὰρ ἐπὶ Λαΐῳ θεσπισθέντα ἐκφαυλίζεται ὑπὸ Ἰοκάστης καὶ παραγράφεται καὶ ψευδῆ νομίζεται.* De locutione *Λαΐου θέσφατα*, oracula Laio data, cfr. Matth. §. 342.

V. 881. *ἔῤῥει δὲ τὰ θεῖα*] perit cultus deorum. Simillime Eur. Troad. 27. *ἐρημία γὰρ πόλιν ὅταν λάβῃ κακή, νοσεῖ τὰ τῶν θεῶν οὐδὲ τιμᾶσθαι θέλει.*

V. 882. *χώρας ἄνακτες*] Eustathius p. 1425, 48 (Od. 67, 37.): *παρὰ Σοφοκλεῖ γοῦν ἡ Ἰοκάστη τοὺς ἐν Θήβαις εὐγενεῖς χώρας ἄνακτας λέγει.* Vide ad v. 85. Explicatio ipsa huius appellationis exstat 1223 (1199).

Ibid. *δόξα μοι παρεστάθη*] h. e. *ἔδοξέ μοι*, placuit mihi. Alio sensu dictum in Rheso 780. *καί μοι καθ' ὕπνον δόξα τις παρίσταται.*

V. 883. *ναοὺς δαιμόνων*] Non aedes sacrae intelligendae sunt, sed, uti ex seqq. v. 890 sqq., apparet, templa, i. e. loca, in quibus deorum statuae positae erant.

V. 883 sq. *ἐν χεροῖν λαβούσῃ*] Sic Hom. Il. XV, 229, *ἀλλὰ σύγ' ἐν χείρεσσι λάβ' αἰγίδα θυσσανόεσσαν.* Dictum autem *ἐν χεροῖν λαβεῖν* eadem ratione qua dicitur *πεσεῖν ἐν κονίαις, κεῖσθαι εἰς ἀνάγκην*, et alia similia.

V. 884. *στέφη — κἀπιθ.*] supplicantes enim coronare solebant deos. Artemidor. Oneirocr. L. II. c. 34. *στεφανοῦν θεοὺς ἄνθεσι καὶ κλάδοις προςήκουσι καὶ νενομισμένοις ὁσίοις, ἀγαθὸν πᾶσιν.* Cfr. Eur. Heracl. 441. *ποῖ τρεψόμεσθα; τίς γὰρ ἄστεπτος θεῶν;* KUIN.

V. 885. *ὑψοῦ γὰρ αἴρει θυμόν*] Apte comparant editores Apoll. Rhod. III, 368. *ὑψοῦ δὲ χόλῳ φρένες ἠερέθοντο.* et Polyb. III, 82, 2. *μετέωρος καὶ θυμοῦ πλήρης.*

V. 886. Schol.: *οὐδ' ὁποῖ' ἀνὴρ ἔννους· οὐχ ὡς συνετὸς ἀνὴρ διὰ τῶν φθασάντων τὰ παρόντα γιγνώσκει. εἰ γὰρ ὁ ὑπὸ Ἀπόλλωνος δοθεὶς τῷ Λαΐῳ χρησμὸς ἠκύρωται, δῆλον, ὅτι καὶ ἃ*

ἱκέτις ἀφῖγμαι τοῖςδε σὺν κατεύγμασιν,
ὅπως λύσιν τιν᾽ ἡμὶν εὐαγῆ πόρῃς·
ὡς νῦν ὀκνοῦμεν πάντες, ἐκπεπληγμένον
κεῖνον βλέποντες ὡς κυβερνήτην νεώς.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἆρ᾽ ἂν παρ᾽ ὑμῶν, ὦ ξένοι, μάθοιμ᾽ ὅπου
τὰ τοῦ τυράννου δώματ᾽ ἐστὶν Οἰδίπου;
μάλιστα δ᾽ αὐτὸν εἴπατ᾽, εἰ κάτισθ᾽ ὅπου.

ΧΟΡΟΣ.

στέγαι μὲν αἵδε· καὐτὸς ἔνδον, ὦ ξένε·
γυνὴ δὲ μήτηρ ἥδε τῶν κείνου τέκνων.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ἀλλ᾽ ὀλβία τε καὶ ξὺν ὀλβίοις ἀεὶ

νῦν ἐμαντεύσατο ὁ Τειρεσίας, ψευδῆ ἐστιν.

V. 888. Schol.: *ἀλλ᾽ ἔστι τοῦ λέγοντος· μόνοις προςέχει τοῖς τὰ δεινὰ καὶ φοβερὰ ἀπαγγέλλουσιν. τῶν δὲ παραμυθουμένων οὐκ ἀνέχεται.* De genitivo *τοῦ λέγοντος* vide Matth. §. 315. p. 620., de pleonasmo, qui est in verbis *λέγοντος λέγῃ*, ad Philoct. 55.

V. 889. *οὐδὲν ἐς πλέον ποιῶ*] Eur. Hippol. 286. *οὐδὲν εἴργασμαι πλέον.* Plato Apol. sub init. *πλέον τι — ποιῆσαι ἀπολογούμενον.* MUSGR.

V. 890. Schol.: *ἄγχιστος· πρὸ τῶν θυρῶν γὰρ ἵδρυτο.* Vide, quem Musgr. laudat, Hesychium voce *προστατήριος*, et imprimis ea, quae ad v. 16. huius fab. adnotavimus.

V. 891. *τοῖςδε — κατεύγμασιν*] Id est *τοῖς στέφεσι καὶ θυμιάμασιν.*

V. 892. *ὅπως — πόρῃς*] Verissime me, qui a sensu huius loci aberraveram, Iacobsius monuit *λύσιν εὐαγῆ* dici eiusmodi sollicitudinum quibus Oedipus urgebatur levamen, quo ille purus sceleris (*ἄγος*), quo se pollutum esse metuebat, appareret, ideoque per prolepsin *ὅπως λύσιν εὐαγῆ πόρῃς* dictum esse pro *ὅπως λύσιν ἡμῖν πόρῃς τοιαύτην, ὥςτε εὐαγῆ τὸν Οἰδίπουν φαίνεσθαι.* Idem acute addit istiusmodi *λύσιν εὐαγῆ* adduci videri nuntio ex Corintho allato, quanquam eo revera Oedipus scelere isto obstrictus luculentius deinceps ostendatur.

V. 893 sq. *ὡς νῦν — νεώς*] Certissimum est hoc dicere Iocasten: nunc enim *omnes* (i. e. tota civitas) solliciti sumus, quum perculsum illum videmus, qui navis, i. e. civitatis, gubernator sit. De *ὡς* particula vide Matth. §. 568 sq.

V. 895 sqq. Schol.: *Ἔρχεται ἄγγελος ἀπὸ Κορίνθου, ἀπαγγέλλων τὸν θάνατον Πολύβου, καὶ ἀντ᾽ αὐτοῦ τύραννον τὸν Οἰδίποδα αἱρεῖσθαι. οὗτος δέ ἐστιν ὁ ἐκτεθέντα τὸν Οἰδίποδα εὑρὼν καὶ δοὺς Πολύβῳ.*

V. 899. *γυνὴ δὲ μήτηρ ἥδε*] Haec verba, si a sequentibus disiunxeris, veram Iocastae

γένοιτ', ἐκείνου γ' οὖσα παντελὴς δάμαρ.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

αὕτως δὲ καὶ σύ γ', ὦ ξέν'· ἄξιος γὰρ εἶ
τῆς εὐεπείας οὕνεκ'. ἀλλὰ φράζ' ὅτου
χρῄζων ἀφῖξαι χὤ τι σημῆναι θέλων.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ἀγαθὰ δόμοις τε καὶ πόσει τῷ σῷ, γύναι.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

τὰ ποῖα ταῦτα; παρὰ τίνος δ' ἀφιγμένος;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ἐκ τῆς Κορίνθου. τὸ δ' ἔπος οὑξερῶ τάχα
ἥδοιο μέν, πῶς δ' οὐκ ἄν, ἀσχάλλοις δ' ἴσως.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

τί δ' ἔστι, ποίαν δύναμιν ὧδ' ἔχει διπλῆν;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

τύραννον αὐτὸν οὑπιχώριοι χθονὸς
τῆς Ἰσθμίας στήσουσιν, ὡς ηὐδᾶτ' ἐκεῖ.

V. 902. Hermannus ex coni. *αὕτως* scripsit.

V. 907. Brunckius *τάχ' ἂν* ex coniectura scripsit.

V. 914 sq. Libri sic: *Ιο. πῶς εἶπας; ἦ τέθνηκε Πόλυβος; Α. εἰ δὲ μὴ λέγω γ' ἐγὼ τἀληθὲς* etc. Quam scripturam sic, ut feci, mutandam esse primus vidit Bothius.

conditionem depingunt. Nec mihi dubium est, quin eam ob causam selegerit Sophocles, ut in audientium animos, tanquam ominose dicta, altius descenderent. De huius versus ambiguitate vide etiam Schol. Hermogenis p. 389. MUSGR.

V. 901. Schol.: *παντελής· τοῦτο πρὸς τὸ γυνὴ δὲ μήτηρ ἥδε τῶν κείνου τέκνων. τοῦτο γὰρ τέλειον ἐν γάμῳ.* — Pollux III, 38 *καὶ τέλος ὁ γάμος ἐκαλεῖτο, καὶ τέλειοι οἱ γεγαμηκότες.* Hesychius: *προτέλεια· ἡ πρὸ* (f. *προθυομένη*) *τοῖς γάμοις θυσία καὶ ἑορτή· τέλος γὰρ ὁ γάμος, ἀπὸ τοῦ εἰς τελειότητα ἄγειν.* Idem: *τέλειοι· οἱ γεγαμηκότες.* Plura dabunt utriusque grammatici interpretes. Hinc, opinor, petenda explicatio verborum *παντελὴς δάμαρ.* ELMSL.

V. 902. *αὕτως*] Vide Matth. §. 601. p. 1205.

V. 905. *δόμοις τε καὶ πόσει τῷ σῷ*] i. e. quum familiae tum marito tuo. Saepe enim *τὲ* — *καὶ* particulae eodem sensu quo Romanorum quum — tum usurpantur, ita ut priore substantivo genus, posteriore species significetur. Sic supra 64. *ἡ δ' ἐμὴ ψυχὴ πόλιν τε κἀμὲ καὶ σ'*

ΙΟΚΑΣΤΗ.

τί δ'; οὐχ ὁ πρέσβυς Πόλυβος ἐγκρατὴς ἔτι;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

οὐ δῆτ', ἐπεί νιν θάνατος ἐν τάφοις ἔχει.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

πῶς εἶπας; ἦ τέθνηκε Πόλυβος, ὦ γέρον;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

εἰ μὴ λέγω τἀληθές, ἀξιῶ θανεῖν.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

ὦ πρόςπολ', οὐχὶ δεσπότῃ τάδ' ὡς τάχος
μολοῦσα λέξεις; ὦ θεῶν μαντεύματα,
ἵν' ἐστέ· τοῦτον Οἰδίπους πάλαι τρέμων
τὸν ἄνδρ' ἔφευγε μὴ κτάνοι, καὶ νῦν ὅδε
πρὸς τῆς τύχης ὄλωλεν, οὐδὲ τοῦδ' ὕπο.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ φίλτατον γυναικὸς Ἰοκάστης κάρα,
τί μ' ἐξεπέμψω δεῦρο τῶνδε δωμάτων;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

ἄκουε τἀνδρὸς τοῦδε, καὶ σκόπει κλύων,

V. 918. Post ἐστὲ interrogandi signum posuerunt Brunckius et Erfurdtius. At est haec potius exclamatio. HERM.

V. 919. Hermannus κτάνῃ scripsit. Sed optimi libri κτάνοι tuentur.

ὁμοῦ στένει. Pertinet huc frequentata illa dictio Homerica Τρῶές τε καὶ Ἕκτωρ.

V. 907 sq. τὸ δ' ἔπος — ἴσως] Quum dicturus esset nuntius τάχα ἥδοιο μὲν ἄν, interpellat quasi semet ipse, addens πῶς δ' οὐκ ἄν, quae sententiae quum ad unam redeant, non magis opus erat, ut bis poneret particulam ἄν, quam si aut τάχα, πῶς δ' οὔχ, ἥδοιο μὲν ἄν dixisset, aut potuisset dicere τάχα ἥδοιο μέν, πῶς δ' οὐκ, ἄν. HERM. Cfr. etiam Matth. §. 599. 4. p. 1202. idemque de ἥδεσθαι cum accus. iuncto §. 414. 12. Schol.: ἥδοιο μέν· διὰ μὲν τὸ εὖ πράσσειν, καὶ ἑτέρας ἀρχῆς ἀντιλαβέσθαι, ἡσθήσεσθαι φησὶν αὐτήν. ἀσχάλλειν δὲ διὰ τὸ ἀπιέναι Οἰδίπουν ἐπὶ τὰ οἰκεῖα.

V. 916. Schol.: ὦ πρόςπολ'· θεραπαινίδι κελεύει.

V. 918. Schol.: ἵν' ἐστέ· ὅπου ἐστέ. Cfr. Matth. §. 620.

V. 920. πρὸς τῆς τύχης] Cfr. quae ad Philoct. 941 sq. de πρὸς et ὑπὸ discrimine monui. De οὐδὲ cfr. Matth. §. 608. p. 1224.

V. 921. Ἰοκάστης κάρα] Vide de hac loquendi consuetudine Matth. §. 430. p. 798.

τὰ σέμν' ἵν' ἥκει τοῦ θεοῦ μαντεύματα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὗτος δὲ τίς ποτ' ἐστί, καὶ τί μοι λέγει;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

ἐκ τῆς Κορίνθου, πατέρα τὸν σὸν ἀγγελῶν
ὡς οὐκ ἔτ' ὄντα Πόλυβον, ἀλλ' ὀλωλότα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τί φῄς, ξέν'; αὐτός μοι σὺ σημήνας γενοῦ.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

εἰ τοῦτο πρῶτον δεῖ μ' ἀπαγγεῖλαι σαφῶς,
εὖ ἴσθ' ἐκεῖνον θανάσιμον βεβηκότα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πότερα δόλοισιν, ἢ νόσου ξυναλλαγῇ;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

σμικρὰ παλαιὰ σώματ' εὐνάζει ῥοπή.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

νόσοις ὁ τλήμων, ὡς ἔοικεν, ἔφθιτο.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

καὶ τῷ μακρῷ γε συμμετρούμενος χρόνῳ.

V. 928. Recepi ex optimis codd. σημήνας pro vulgari scri-

V. 924. τὰ σεμνὰ] ironice dictum. — ἵν' ἥκει, quo evaserint oracula, i. e. quid factum sit oraculis. Vide ad v. 982. meae ed.

V. 926 sq. πατέρα — ὄντα] i. e. ἀγγελῶν, ὡς οὐκ ἔτ' ἔστιν ὁ πατήρ σου. Cfr. Matth. §. 569. 5. p. 1124.

V. 928. σημήνας γενοῦ] Sic Ai. 588. μὴ προδοὺς ἡμᾶς γένῃ. Phil. 722. μὴ σαυτόν θ' ἅμα κἄμ', ὄντα σαυτοῦ πρόςτροπον, κτείνας γένῃ. huius fab. 1146. οὐ σιωπήσας ἔσει;

V. 929. πρῶτον] primum, i. e. prius quam te regem a Corinthiis electum iri. MUSGR.

V. 930. θανάσιμον βεβηκότα] Eadem fere ratione dictum, qua dicitur οἴχεται θανών (Phil. 414.), et θανὼν φροῦδος (ibid. 425 sq.). Comparare licet nostrum mit Tode abgehen. Recte enim glossa θανάσιμον exponit νεκρὸν ὄντα.

V. 931. νόσου ξυναλλαγῇ] morbi interventu. Cfr. quae ad v. 34. monita sunt.

V. 932. σμικρὰ — ῥοπή] Seneca Oed. 787. Animam senilem mollis exsolvit sopor. ERF. Apte affert Iacobs. Plat. de Rep. VIII. p. 556. E. ὥςπερ σῶμα νοσῶδες μικρᾶς ῥοπῆς ἔξωθεν δεῖται προςλαβέσθαι πρὸς τὸ κάμνειν etc.

V. 933. ὁ τλήμων] infe-

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

φεῦ φεῦ, τί δῆτ' ἄν, ὦ γύναι, σκοποῖτό τις
τὴν Πυθόμαντιν ἑστίαν, ἢ τοὺς ἄνω
κλάζοντας ὄρνις, ὧν ὑφηγητῶν ἐγὼ
κτανεῖν ἔμελλον πατέρα τὸν ἐμόν; ὁ δὲ θανὼν
κεύθει κάτω δὴ γῆς· ἐγὼ δ' ὅδ' ἐνθάδε
ἄψαυστος ἔγχους, εἴ τι μὴ τὠμῷ πόθῳ
κατέφθιθ'· οὕτω δ' ἂν θανὼν εἴη 'ξ ἐμοῦ.
τὰ δ' οὖν παρόντα συλλαβὼν θεσπίσματα
κεῖται παρ' Ἅιδῃ Πόλυβος ἄξι' οὐδενός.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

οὔκουν ἐγώ σοι ταῦτα προὔλεγον πάλαι;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ηὔδας· ἐγὼ δὲ τῷ φόβῳ παρηγόμην.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

μὴ νῦν ἔτ' αὐτῶν μηδὲν εἰς θυμὸν βάλῃς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

καὶ πῶς τὸ μητρὸς λέκτρον οὐκ ὀκνεῖν με δεῖ;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

τί δ' ἂν φοβοῖτ' ἄνθρωπος, ᾧ τὰ τῆς τύχης

ptura σημάντωρ.

lix, i. e. quem mortuum esse doleo.

trimeter iambicus.

idem.

Vss. 639 — 645.

– –́ – –́ ⏑ –́, ⏑ –́ ⏑́ ⏑ – ⏑́ ⏑ ischiorrh. et dochm. (Elem. p. 247. 274. 287.)

⏑ ⏑́ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑, ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ dochm. et cret. (Seidl. p. 63. 125. Elem. p. 269. 285.)

⏑ –́ –́ ⏑ –́, ⏑ –́ –́ ⏑ –́ dim. dochm.

–́ ⏑ –, –́ ⏑ –, –́ ⏑ – trim. cret.

– –́ –́ –, ⏑ –́ ⏑ – ⏑ – antisp. et dim. iamb. brachyc.

⏑ –́ –́ –, ⏑ –́ ⏑ – ⏓ antisp. et penthem. iamb.

Vss. 646 — 654. et 671 — 835. trimetri iambici.

Vss. 836 — 845.

⏓ –́ ⏑ –, –́ ⏑ – ⏑ dipod. iamb. et troch.

–́ ⏑ –́ –, –́ ⏑ –́ –, –́ ⏑ –́ –, –́ ⏑ –́ ⏓ tetram. epitr.

–́ ⏑ – ⏑ – ⏓ dim. troch. brachyc.

–́ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ paeon. prim., dact., troch.

⏓ ⏑́ ⏑ ⏑ – –, ⏑ –́ ⏑ – – duo penth. iamb.

⏓, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ glycon. qualis 460.

idem.

⏑ –́ ⏑ – ⏑, –́ ⏑ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ –, –́ – penth. iamb. et dim. chor. cum troch.

⏑ ⏑ –́ –, –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – – – ionic. a min. et logaoed. exitum spondiac. habens.

Vss. 856 — 868.

–́ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑, –́ ⏑ – ⏑, –́ ⏑́ – ⏑, –́ ⏑ – tetram. troch. cat.

⏓ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑, –́ ⏑ – ⏑, –́ ⏑ – logaoed. cum anacr. et dim. troch. cat.

idem.

– –́ ⏑ –, – –́ ⏑ –, ⏑ –́ – trim. iamb. cat.

– –́ ⏑ –, – –́ ⏑ ⏓ dim. iamb.

⏓ –́ ⏑ –, – –́ ⏑ –, ⏑ –́ – qualis 861.

⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ – –, ⏑ –́ ⏑ – ⏑ ⏓ penth. iamb. et dim. iamb. brachyc.

–́ ⏑ –́ –, –́ ⏑ –́ – dim. epitr.

–́ ⏑ –́ –, –́ ⏑ –́ –, –́ ⏑ – trim. epitr. cat.

⏓ –́ ⏑ ⏑ – ⏓ adonius cum anacrusi.

Vss. 882 — 1056. trimetri iambici.

Vss. 1057 — 1066.

–́ ⏑ ⏑ –, –́ ⏑ – ⏑ chori. et dipod. troch.

–́ ⏑ –́ –, –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – epitr. et tetram. dact.

–́ ⏑ –́ –, –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – epitr. et penth. dact.

–́ ⏑ –́ –, –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –, – –́ ⏑ ⏓ epitr., penth. dact., dipod. iamb.

–́ ⏑ –́ –, –́ ⏑ –́ – dim. epitr.

–́ ⏑ –́ –, –́ ⏑ –́ –, –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –, ⏓ –́ ⏑ –, ⏑ –́ – dim. epitr., penth. dact., dim. iamb. cat.

⏓ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏓, –́ ⏑ – – – (de hoc versu vide quae in Consp. metr. ad Electr. 477. exposui.)

V. 1079 — 1154. trimetri iambici.

Vss. 1155 — 1165.

–, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ glyconic. qualis 460.

–́ –́, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ glyconeus.

–́ –́, –́ ⏑ ⏑ – – pherecrateus.

–, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ qualis 1155.

–́ –́, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ glyconeus.

–́ –́, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ idem.

–́ –́, –́ ⏑ ⏑ – – pherecrateus.

–́ –́, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ glyconeus.

–́ –́, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ idem.

–́ –, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ idem.

–, ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑ – – glyconic. cat.

Vss. 1177 — 1186.

⏑ –́ ⏑ – –, ⏑ –́ ⏑ – ⏑ – penth. iamb. et dim. iamb. brachyc.

⏑ –́, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ – iamb., chori., diiamb.

⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ ⏑̱ dim. iamb.

⏑̄ –́ –́ ⏑, –́ ⏑ – ⏑ ⏑̄ antisp. et monom. troch. hyperc.

–́ ⏑ – ⏑ ⏑̱ monom. troch. hyperc.

–́ ⏑ – ⏑ – idem.

–́ ⏑ – ⏑ ⏑̱ idem.

⏑ ⏑ –́ ⏑ – ⏑ – dim. iamb. brachyc. cum duplici anacr.

–́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ – chori., diiamb., chori., diiamb.

–́ ⏑ ⏑ –, –́ ⏑ – ⏑ – ⏑ chori. et dim. troch. brachyc.

Vss. 1199 — 1272. trimetri iambici.

Vss. 1273 — 1282. duo systemata anapaestica, quae constant dimetris.

Vss. 1283 — 1287. systema anapaesticum, duobus interpositis monometris.

Vss. 1288. trimeter iambicus.

Vss. 1289 — 1292.

⏑̄ –́ ⏑ – mon. iamb.

⏑ ⏑́ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑, ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ dim. dochm.

⏑ ⏑́ ⏑ –́ ⏑ –́, ⏑ –́ –́ ⏑ ⏑̱́ idem.

–́ ⏑̱ trochaeus semantus.

Vss. 1293 — 1296. trimetri iambici.

Vss. 1305 — 1319.

⏑ –́ –́ ⏑ –́, ⏑ –́ –́ ⏑ ⏑̱́ dimet. dochm.

⏑ ⏑́ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ –́, ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ idem.

⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ –, –́ – trim. iamb. cum troch.

⏑ ⏑́ ⏑ –́ ⏑ –́ dochmius.

trim. iambicus.

⏓ –́ ⏑ –, – –́ ⏑ – dim. iamb.

⏓ –́ ⏑ –, –́ ⏑ –, –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏓ dipod. iamb., dim. cret., dip. iamb.

⏑ –́ ⏑ – –, –́ ⏑ – ⏑ ⏓ penth. iamb. et mon. troch. hyperc.

⏑ ⏑́ ⏑ –́ ⏑ ⏑́ ⏑, ⏑ ⏑́ ⏑ –́ ⏑ –́ (⏑) dim. dochm.

⏑ ⏑́ ⏑ –́ ⏑ –, ⏑ ⏑́ ⏑ –́ ⏑ –́ idem.

– ⏑́ ⏑ –́ ⏑ ⏑́ ⏑, ⏑ ⏑́ ⏑ –́ ⏑ –́ idem.

– ⏑́ ⏑ –́ ⏑ –́ dochm.

– –́ ⏑ –, – –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ ⏓ trim. iamb.

idem.

Vss. 1335 — 1480. trimetri iambici, exceptis versibus 1434. 1437. 1441., qui sunt bacchii hac forma: ⏑ –́ ⏓

Vss. 1481 — 1496. tetrametri trochaici.

ERFORDIAE, 1832.

TYPIS J. W. HENNINGSII FILII.

BIBLIOTHECA GRAECA

VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA ET COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO IACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

A.

POETARUM

VOL. IX.

CONTINENS

SOPHOCLIS TRAGOEDIARUM VOL. I.

ED.

EDUARDUS WUNDERUS.

GOTHAE ET ERFORDIAE

SUMPTIBUS GUIL. HENNINGS.

MDCCCXXXII.

SOPHOCLIS
TRAGOEDIAE.

RECENSUIT ET EXPLANAVIT

EDUARDUS WUNDERUS.

VOL. I. SECT. III.

CONTINENS

OEDIPUM COLONEUM.

GOTHAE ET ERFORDIAE
SUMPTIBUS GUIL. HENNINGS.
MDCCCXXXII.

ERFORDIAE
TYPIS HENNINGS & HOPF.
1 8 3 2.

ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ

ΟΙΔΙΠΟΥΣ

ΕΠΙ ΚΟΛΩΝΩι.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.
ΑΝΤΙΓΟΝΗ.
ΞΕΝΟΣ *).
ΧΟΡΟΣ ΑΤΤΙΚΩΝ ΓΕΡΟΝΤΩΝ.
ΙΣΜΗΝΗ.
ΘΗΣΕΥΣ.
ΚΡΕΩΝ.
ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.

*) Elmsleius et hic et in fabula ipsa invitis codicibus pro ξένος scripsit Ἀθηναῖός τις, monens ad v. 36.: „Quae hic inducitur persona nimis absurde ξένος vulgo appellatur, vel etiam absurdius ξένος ἀλήτης, quomodo ipse Oedipus 1096. nominatur. Natus error e v. 33., ubi ὦ ξεῖνε eum appellat Oedipus. Eodem argumento χορὸς ξένων dici potuisset, qui vulgo est χορὸς Ἀττικῶν γερόντων." At non meminit Elmsleius primum neminem librariorum nomen Ἀθηναῖος si antiquitus positum fuisset in nomen ξένος mutaturum fuisse, deinde Oedipo, id quod maxime urgendum erat, hospitem fuisse hominem illum, denique ne spectatores quidem, quum prodiisset, utrum Atheniensis an Coloniates esset, certo intelligere potuisse. Contra Chorum ex senibus Atticis iisque Coloniatis constare diserte v. 77 — 80. monitum fuit. Videtur tamen Atheniensem hominem illum fuisse ex v. 47. et 78 sqq. cum Hermanno ad v. 42. colligi posse, etsi alii in iisque interpres vernaculus, Thudichum, p. 283. et p. 291., Coloniatam eum fuisse contendit. Non fuisse peregrinum recte mihi Hermannus ad v. 42. contra Reisigium demonstrasse videtur.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ *).

Ο ΕΠΙ ΚΟΛΩΝΩι ΟΙΔΙΠΟΥΣ συνημμένος πώς ἐστι τῷ ΤΥΡΑΝΝΩι. τῆς γὰρ πατρίδος ἐκπεσὼν ὁ Οἰδίπους **) ἤδη γεραιὸς ***) ὢν ἀφικνεῖται εἰς Ἀθήνας, ὑπὸ τῆς θυγατρὸς †) Ἀντιγόνης χειραγωγούμενος. ἦσαν γὰρ τῶν ἀρσένων περὶ τὸν πατέρα φιλοστοργότεραι. ἀφικνεῖται δὲ εἰς Ἀθήνας κατὰ πυθόχρηστον ††), ὡς αὐτός φησι, χρησθὲν αὐτῷ, παρὰ ταῖς σεμναῖς καλουμέναις θεαῖς μεταλλάξαι τὸν βίον. τὸ μὲν οὖν πρῶτον γέροντες ἐγχώριοι, ἐξ ὧν ὁ Χορὸς συνέστηκε, πυθόμενοι συνέρχονται, καὶ διαλέγονται πρὸς αὐτόν. ἔπειτα δὲ Ἰσμήνη παραγενομένη τὰ κατὰ τὴν στάσιν ἀπαγγέλλει τῶν παίδων, καὶ τὴν γενομένην †††)

*) ΥΠΟΘΕΣΙΣ.] La Ὑπόθεσις οἰδίποδος τοῦ ἐπὶ κολωνῷ. Impressi: Ὑπόθεσις τοῦ ἐπὶ Κολωνῷ Οἰδίποδος. Huius argumenti tres habemus editiones valde inter se diversas, unam ab Aldo, quam revocavit Stephanus, alteram a Turnebo, tertiam a Brunckio profectam. E codicibus MSS. solos La et Par. B. cum Aldi editione contuli. ELMSLEI.

**) ὁ Οἰδίπους] Sic Hermannus cum La; vulgo omissus est articulus.

***) γεραιός] Sic Hermannus cum La; vulgo γηραιός.

†) ὑπὸ τῆς θυγατρός] Brunckius ὑπὸ μιᾶς τῶν θυγατέρων.

††) κατὰ πυθόχρηστον] Sic Hermannus cum La; vulgo κατὰ τὸ Πυθόχρηστον.

†††) τὴν γενομένην] Elmsleio legendum videbatur γενησομένην.

ἄφιξιν τοῦ Κρέοντος πρὸς αὐτόν· ὃς καὶ παραγενόμενος ἐπὶ τῷ ἀγαγεῖν *) αὐτὸν εἰς τοὐπίσω, ἄπρακτος ἀπαλλάττεται. ὁ δὲ πρὸς τὸν Θησέα διελθὼν τὸν χρησμόν, οὕτω τὸν βίον καταστρέφει παρὰ ταῖς θεαῖς.

Τὸ δὲ δρᾶμα τῶν θαυμαστῶν· ὃ καὶ ἤδη γεγηρακὼς ὁ Σοφοκλῆς ἐποίησε 1), χαριζόμενος οὐ μόνον τῇ

*) ἀγαγεῖν] Brunckius ἀπαγαγεῖν.

1) ὃ καὶ ἤδη γεγηρακὼς ὁ Σοφοκλῆς ἐποίησε] Notandum est scriptam dici hanc fabulam ab Sophocle sene, non editam, ne quis pugnare haec cum iis, quae ab auctore argumenti tertii tradita sunt, temere existimet. Idem memoriae prodiderunt hi scriptores: M. Tullius Cat. mai. c. 7.: Sophocles ad summam senectutem tragoedias fecit; quod propter studium quum rem familiarem negligere videretur, a filiis in iudicium vocatus est, ut, quemadmodum nostro more male rem gerentibus patribus bonis interdici solet, sic illum quasi desipientem a re familiari removerent iudices. Tum senex dicitur eam fabulam, quam in manibus habebat et proxime scripserat, Oedipum Coloneum recitasse iudicibus quaesisseque, num illud carmen desipientis videretur. Quo recitato, sententiis iudicum est liberatus. Apuleius in Apologia p. 298.: Sophocles poeta Euripidi aemulus et superstes, vixit enim ad extremam senectam; quum igitur accusaretur a filio suomet dementiae, quasi iam per aetatem desiperet, protulisse dicitur Coloneum suam, peregregiam tragoediarum, quam forte tum in eo tempore conscribebat, eamque iudicibus legisse, nec quidquam amplius pro defensione sua addidisse, nisi ut audacter dementiae condemnarent, si carmina senis displicerent. Ibi ego comperior omnes iudices tanto poetae assurrexisse, miris laudibus eum extulisse ob argumenti sollertiam et cothurnum facundiae, nec ita multum omnes afuisse, quin accusatorem potius dementiae condemnarent. Valerius Maximus VIII, 7, 12.: Sophocles quoque gloriosum cum rerum natura certamen habuit, tam benigne mirifica illa opera sua exhibendo, quam illa operibus eius tempora liberaliter subministrando. Prope enim centesimum annum attigit, sub ipsum transitum ad mortem Oedipode Coloneo scripto, qua sola fabula omnium eiusdem studii poetarum praeripere gloriam potuit; idque ignotum esse posteris filius eius Iophon noluit, sepulcro patris quae retuli insculpendo. Plutarchus in libro de re publica

πατρίδι [2]), ἀλλὰ καὶ τῷ ἑαυτοῦ δήμῳ· ἦν γὰρ Κολωνῆθεν *)· ὥστε τὸν μὲν δῆμον ἐπίσημον ἀποδεῖξαι, χαρίσασθαι δὲ καὶ τὰ μέγιστα τοῖς Ἀθηναίοις, δι' ὧν ἀπορθήτους ἔσεσθαι, καὶ τῶν ἐχθρῶν αὐτοὺς κρατήσειν ὑποτίθεται ὁ Οἰδίπους προαναφωνῶν, καὶ ὅτι διαστασιάσουσι πρὸς Θηβαίους ποτὲ, καὶ τούτων κρατήσουσιν ἐκ χρησμῶν διὰ τὸν τάφον αὐτοῦ **) [3]).

*) *Κολωνῆθεν*] Tres sunt huius adverbii formae, *Κολωνόθεν*, *Κολώνηθεν*, *Κολωνῆθεν*. Primam exhibet Aldus, secundam La et Turnebus, tertiam Par. B. et Brunckius. Analogiae contraria videntur *Κολώνηθεν* et *Κολωνῆθεν*. Sed contra analogiam invaluit usus. Eustathius p. 351, 10. *ὁ δὲ ἐκεῖθεν δημότης, ὁποῖος καὶ αὐτός, κολώνηθεν ἐλέγετο φῦναι, οὐ κολωνόθεν. ὡς ὅμοιον ὂν κολωνὸν καὶ κολώνην εἰπεῖν, καὶ ἐκ κολωνοῦ καὶ κολώνηθεν.* Inscriptio Attica apud Chandlerum p. 70. *ΖΩΠΥΡΑ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΦΥΛΑΣΙΟΥ ΘΥΓΑΤΗΡ ΜΗΝΟΔΩΡΟΥ ΚΟΛΩΝΗΘΕΝ ΓΥΝΗ.* Philostratum *τὸν Κολωνῆθεν* memorat Demosthenes in Midiam p. 535, 9. iterumque orationis in Neaeram scriptor p. 1352, 8. ELMSL.

**) *διὰ τὸν τάφον αὐτοῦ*] Brunckius *διὰ τὸν αὐτοῦ τάφον.*

ab sene gerenda p. 785. A.: *Σοφοκλῆς δὲ λέγεται μὲν ὑπὸ τῶν υἱῶν παρανοίας δίκην φεύγων, ἀναγνῶναι τὴν ἐν Οἰδίποδι τῷ ἐπὶ Κολωνοῦ πάροδον, ἧ ἐστιν ἀρχὴ, εὐίππου, ξένε, τᾶςδε — βάσσαις.* Lucianus in Macrobiis c. 24. T. III. p. 226.: *Σοφοκλῆς ὁ τραγῳδοποιὸς ῥᾶγα σταφυλῆς καταπιὼν ἀπεπνίγη, πέντε καὶ ἐνενήκοντα ζήσας ἔτη. οὗτος ὑπὸ Ἰοφῶντος τοῦ υἱέος ἐπὶ τέλει τοῦ βίου παρανοίας κρινόμενος, ἀνέγνω τοῖς δικασταῖς Οἰδίπουν τὸν ἐπὶ Κολωνῷ, ἐπιδεικνύμενος διὰ τοῦ δράματος, ὅπως ὑγιαίνει· ὡς τοὺς δικαστὰς τὸν μὲν ὑπερθαυμάσαι, καταψηφίσασθαι δὲ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ μανίαν.* Commemoratum etiam de iudicio illo in vita Sophoclis est: *φαίνεται δὲ καὶ παρὰ πολλοῖς ἡ πρὸς τὸν υἱὸν Ἰοφῶντα γενομένη αὐτῷ δίκη ποτέ. — καὶ τότε τὸν Οἰδίποδα παραναγνῶναι.* Ad quem locum quid viri docti de traditione illa iudicarint et quid mihi iudicandum videatur exponam. Nunc id tantum agebam, ut afferendis his veterum scriptorum testimoniis comprobarem vere dictum ab auctore huius argumenti esse, Sophoclem hanc fabulam in extrema senectute scripsisse. Quem aetatis annum agens scripserit, ignoramus, quanquam nostris temporibus certatim viri docti, quorum opiniones ad Argum. tertium commemoravi, coniecturis divinare studuerunt.

2) *χαριζόμενος οὐ μόνον τῇ πατρίδι* etc.] Scholiastes ad 457.: *πολλαχοῦ δὲ οἱ τραγικοὶ χαρίζονται ταῖς πατρίσιν ἔνια.* Cfr. etiam Schol. ad Ai. 202. El. 707. 731.

3) *διὰ τὸν τάφον αὐτοῦ*] Scholiasta ad v. 91. testante Lysimachus Alexandrinus in libro XIII. Thebaicorum Arizelum secutus memoriae prodidit Oedipum non in Colono, sed in Cereris sacro Eteoni in

Ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν τῇ Ἀττικῇ ἐν τῷ ἱππείῳ, πρὸς τῷ ναῷ τῶν Σεμνῶν. ὁ δὲ Χορὸς συνέστηκεν ἐξ Ἀθηναίων ἀνδρῶν 4). *προλογίζει Οἰδίπους.*

Boeotia sepultum esse. Scholiastae verba haec sunt: *Εἰσί γε οἵ φασι τὸ μνῆμα τοῦ Οἰδίποδος ἐν ἱερῷ Δήμητρος εἶναι ἐν Ἐτεωνῷ, μεταγαγόντων αὐτὸν ἐκ Κεοῦ τινος ἀσήμου χωρίου, καθάπερ ἱστορεῖν φησιν Ἀρίζηλον Λυσίμαχος ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν ιγ τῶν Θηβαϊκῶν, γράφων οὕτως· Οἰδίπου δὲ τελευτήσαντος, καὶ τῶν φίλων ἐν Θήβαις θάπτειν αὐτὸν διανοουμένων, ἐκώλυον οἱ Θηβαῖοι διὰ τὰς προγεγενημένας συμφοράς, ὡς ὄντος ἀσεβοῦς. Οἱ δὲ κομίσαντες αὐτὸν ὥς τινα τόπον τῆς Βοιωτίας καλούμενον Κεὸν, ἔθαψαν αὐτόν. Γινομένων δὲ τοῖς ἐν τῇ κώμῃ κατοικοῦσιν ἀτυχημάτων τινῶν, οἰηθέντες αἰτίαν εἶναι τὴν Οἰδίπου ταφὴν, ἐκέλευον τοὺς φίλους ἀναιρεῖν αὐτὸν ἐκ τῆς χώρας. Οἱ δὲ ἀπορούμενοι τοῖς συμφαίνουσιν, ἀνελόντες ἐκόμισαν εἰς Ἐτεωνόν. Βουλόμενοι δὲ λάθρα τὴν ταφὴν ποιήσασθαι, καταθάπτουσι νυκτὸς ἐν ἱερῷ Δήμητρος, ἀγνοήσαντες τὸν τόπον. Καταφανοῦς δὲ γενομένου, πέμψαντες οἱ τὸν Ἐτεωνὸν κατοικοῦντες τὸν θεὸν ἐπηρώτων, τί ποιῶσιν. Ὁ δὲ θεὸς εἶπεν μὴ κινεῖν τὸν ἱκέτην τῆς θεοῦ. Διόπερ αὐτοῦ τέθαπται. Τὸ δὲ ἱερὸν Οἰδιπόδειον κληθῆναι.* Homerus Iliad. ψ, 679. Oedipum Thebis sepultum narrat his verbis: *ὅς ποτε Θήβασδ' ἦλθε δεδουπότος Οἰδιπόδαο ἐς τάφον· ἔνθα δὲ πάντας ἐνίκα Καδμείωνας.* Pausanias I. c. 28. §. 7.: *ἔστι δὲ καὶ ἐντὸς τοῦ περιβόλου* (intra septum Areopagi) *μνῆμα Οἰδίποδος. πολυπραγμονῶν δὲ εὕρισκον* (Siebelis *οὐχ εὕρισκον* coniecit) *τὰ ὀστᾶ ἐκ Θηβῶν κομισθέντα· τὰ γὰρ ἐς τὸν θάνατον Σοφοκλεῖ πεποιημένα τὸν Οἰδίποδος Ὅμηρος οὐκ εἶα με δόξαι πιστὰ, ὃς ἔφη Μηκιστέα, τελευτήσαντος Οἰδίποδος, ἐπιτάφιον ἐλθόντα ἐς Θήβας ἀγωνίσασθαι.* Sophocles vero conatos saltem facit Thebanos Oedipi corpus arcessere, hoc consilio, ut dicit 399 sq., *ὥς σ' ἄγχι γῆς στήσωσι Καδμείας, ὅπως κρατῶσι μέν σου, γῆς δὲ μὴ 'μβαίνῃς ὅρων*, idque commonitos oraculo fuisse. In Colono equestri ut moreretur, Euripides etiam Oedipo destinatum fato fuisse tradit Phoen. 1697 — 1701.

4) *ἐξ Ἀθηναίων ἀνδρῶν*] Ex Coloniatis Chorum constare disertis verbis poeta ipse 77 — 80. dicit.

ΣΑΛΟΥΣΤΙΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΟΥ *).

Τὰ πραχθέντα περὶ τὸν Οἰδίποδα ἴσμεν ἅπαντα τὰ ἐν τῷ ἑτέρῳ ΟΙΔΙΠΟΔΙ. πεπήρωται γάρ, καὶ ἀφῖκται εἰς τὴν Ἀττικὴν ὁδηγούμενος ἐκ μιᾶς τῶν θυγατέρων, Ἀντιγόνης. καὶ ἔστιν ἐν τῷ **) τεμένει τῶν Σεμνῶν ***), ὅ ἐστιν ἐν τῷ καλουμένῳ Ἱππίῳ Κολωνῷ, οὕτω κληθέντι, ἐπεὶ καὶ Ποσειδῶνός ἐστιν ἱερὸν Ἱππίου καὶ Προμηθέως, καὶ αὐτοῦ οἱ ὀρεωκόμοι ἵστανται· ἔστι γὰρ αὐτῷ πυθόχρηστον ἐνταῦθα δεῖν αὐτὸν ταφῆς τυχεῖν· οὗ μή ἐστιν ἑτέρῳ βεβήλῳ τόπος, αὐτόθι κάθηται· καὶ κατὰ μικρὸν αὐτῷ τὰ τῆς ὑποθέσεως προέρχεται. ὁρᾷ γάρ τις αὐτὸν τῶν ἐντεῦθεν, καὶ πορεύεται ἀγγελῶν, ὅτι τις ἄρα τῷ χωρίῳ τούτῳ †) προςκάθηται. καὶ ἔρχονται οἱ ἐν τῷ τόπῳ ἐν Χοροῦ σχήματι, μαθησόμενοι τὰ πάντα ††). πρῶτος οὖν ἐστι καταλύων τὴν ὁδοιπορίαν, καὶ τῇ θυγατρὶ διαλεγόμενος. ἄφατος δέ ἐστι καθόλου ἡ οἰκονομία ἐν τῷ δράματι, ὡς οὐδενὶ ἄλλῳ †††) σχεδόν.

*) ΣΑΛ. ΠΥΘ.] La Σαλουστίου. Par. B. Ἄλλως: σαλουστίου πυθαγορείου. Brunckius Ἄλλη ὑπόθεσις. Bothius: „Intelligi videtur is, qui Empedoclea scripsit, de quo vide Ciceronis interpretes Epist. ad Q. fr. II, 11.; neque enim cogitandum est de Sallustio, philosopho Platonico, qui vixit circa annum a Chr. nato 363.“

**) καὶ ἔστιν ἐν τῷ] Hermannus ἔστιν omisit.

***) τῶν Σεμνῶν] Delevi, quod post haec verba adiectum in codd. reperitur, Ἐριννύων. Hermannus uncinis inclusit.

†) τούτῳ] Brunckius omisit.

††) τὰ πάντα] Brunckius cum Par. B. τὰ δέοντα.

†††) ὡς οὐδενὶ ἄλλῳ] Brunckius et Hermannus cum Par. B. ὡς οὐδὲν ἄλλο.

ΑΛΛΩΣ *).

Τὸν ἐπὶ Κολωνῷ Οἰδίποδα ἐπὶ τετελευτηκότι τῷ πάππῳ Σοφοκλῆς 1) ὁ υἱδοῦς ἐδίδαξεν, υἱὸς ὢν Ἀρίστωνος, ἐπὶ ἄρχοντος Μίκωνος **), ὃς τέταρτος ἀπὸ Καλλίου 2), ἐφ' οὗ φασιν οἱ πλείους τὸν Σοφοκλέα τελευτῆσαι. σαφὲς δὲ τοῦτ' ἐστὶν ἐξ ὧν ὁ μὲν Ἀριστοφάνης ἐν τοῖς Βατράχοις ἐπὶ Καλλίου 3) ἀνάγει τοὺς

*) ἈΛΛΩΣ.] Quae sequuntur primus publici iuris fecit Frid. Thierschius in Actis Philologg. Monacc. T. I. p. 322 — 326. Usus est Thierschius apographo Victorii manu facto, Victorius autem, ni fallor, membranis Laurentianis, e quibus hoc argumentum iterum descripsi. ELMSL.

**) *Μίκωνος*] MS. *μήκωνος*. *Μικίων* appellatur a Diodoro XIV, 17. ad Olymp. XCIV, 3. Sed Chronicon Arundelianum recte *ΜΙΚΩΝΟΣ*. Aristophanes Lys. 679. *τὰς δ' Ἀμάζονας σκόπει, ἃς Μίκων ἔγραψ' ἐφ' ἵππων μαχομένας τοῖς ἀνδράσιν.* Onatam Miconis f. Aeginetam saepius memorat Pausanias. Virgilius pastorem Miconem appellavit Eccl. III, 10. VII, 30. ELMSL.

1) *Σοφοκλῆς ὁ υἱδοῦς — ἐπὶ ἄρχοντος Μίκωνος*] i. e. Olymp. XCIV, 3. Fateor ingenue me non intelligere, quibus causis viri docti, qui de aetate huius fabulae exposuerunt, excepto Thierschio in Actis Philoll. Monacc. T. I. Fasc. III. p. 328. et Elmsleio ad huius fab. 668. ed. Br., ceteri omnes commoti sint, ut testimonio huius scriptoris, quod mihi gravissimum videtur esse, fidem tribuendam non putarent. Neque opus esse puto, ut quisquam de refutandis hominum illorum opinionibus cogitet, priusquam illi, cur huius scriptoris testimonium pro vero haberi nequeat, explicare coeperint. Ac Boeckhius quidem quam olim in libro de Graecae tragoediae principibus C. XV. p. 187. sententiam tulit, actam hanc fabulam continuo post Olymp. LXXXIX, 4. esse, eam tenendam etiam putavit in dissertatione germanice de Antigona scripta p. 6. Ei assensus est Süvernius duabus in commentationibus, germanice scriptis, quarum in altera de locis quibusdam tragicorum ad rei p. tempora spectantibus, in altera de consilio et aetate huius fabulae exposuit, in qua posteriore quum alia plurima tum ea omnia verissime dicta puto, quae contra Lachmannum, Reisigium, Hermannumque disputata sunt. Male enim Reisigius, in Enarr. p. V — XI., quem secutus est Hermannus praef. ad Oed. Col. p. XIII., in Olymp. LXXXVII, 2 — 3. meditationem huius fabulae incidisse existimavit. Quanquam si, quod nescio, eo tempore scriptam tantum fabulam putavit, etsi erravit, non tantopere tamen mihi videtur errasse, quantopere mea sententia errasse existimandus est, si editam etiam eo tempore contendit. Non minus obscure Hermannus, qui Reisigium se pro-

τραγικοὺς *) ὑπὲρ γῆς 4), ὁ δὲ Φρύνιχος ἐν Μούσαις, ἃς συγκαθῆκε τοῖς Βατράχοις, φησὶν οὕτως·

μάκαρ Σοφοκλέης, ὃς πολὺν χρόνον βιοὺς
ἀπέθανεν, εὐδαίμων ἀνὴρ καὶ δεξιός,
πολλὰς ποιήσας καὶ καλὰς τραγῳδίας,
καλῶς ἐτελεύτησ' **), οὐδὲν ὑπομείνας κακόν.

ἐπὶ δὲ τῷ λεγομένῳ ἱππίῳ Κολωνῷ τὸ δρᾶμα κεῖται. ἔστι γὰρ καὶ ἕτερος Κολωνὸς ἀγοραῖος 5) πρὸς τῷ

*) τοὺς τραγικούς] Ipse ex coni. posui. Codex τοὺς στρατηγούς.

**) καλῶς ἐτελ.] Thierschius καλῶς τ' ἐτελ., Hermannus καλῶς δ' ἐτελεύτησ'.

bare dixit, suam enuntiavit sententiam, ita ut ex verbis eius certo intelligi nequeat, utrum scriptam tantum Olymp. LXXXVII, 2 — 3. an editam etiam esse iudicet. Postremo commemorandum est Frid. Hoepfnero, qui an. MDCCCXXIII. dissertationem de hac fabula scripsit, Olymp. XCIII, 3. eam editam videri.

2) ὃς τέταρτος ἀπὸ Καλλίου] Callias, Alexias, Pythodorus, Euclides, Micon. Quintus igitur a Callia Micon, si quintus a Gyge Croesus apud Herodotum I, 13. Sed alteram numerandi rationem non solum recentiores, verum etiam nonnunquam sequuntur veteres. ELMSL.

3) ἐν τοῖς Βατράχοις ἐπὶ Καλλίου] Consentit Ranarum argumenti scriptor: ἐδιδάχθη ἐπὶ Καλλίου τοῦ μετ' Ἀντιγένη διὰ Φιλωνίδου εἰς Λήναια. Consentit etiam de Phrynichi Musis. ELMSL. Olymp. XCIII, 3.

4) ἀνάγει τοὺς τραγικοὺς ὑπὲρ γῆς] Aeschylum potissimum intellige. Sed mortui tum etiam Euripides et Sophocles iam fuerunt. Cfr. Arist. Ran. 67 — 78. Vult autem hoc dicere argumenti scriptor: Sophoclem archonte Callia mortuum esse ex eo apparet, quod in Ranis Aristophanis, quae archonte illo editae sunt, cum Aeschylo et Euripide inter mortuos refertur. Hinc manifestum est non potuisse a scriptore argumenti τοὺς στρατηγούς, quae codicis scriptura est, proficisci, sed τοὺς τραγικούς, quod restitui. Elmsl. ad vulgatam scripturam τοὺς στρατηγοὺς adnotavit haec: „Non Aristophanes Ranis, sed Eupolis Δήμοις ἀνάγει τοὺς στρατηγοὺς ὑπὲρ γῆς, nempe Miltiadem, Aristidem, Cimonem, Periclem. Vide ad Med. 389 sqq. p. 146. In Ranis ἀνάγεται Aeschylus." Sed haec aliena ab hoc loco.

5) ἔστι γὰρ καὶ ἕτερος Κολωνὸς ἀγοραῖος] Duos Colonos, forensem, τὸν ἀγοραῖον, et equestrem, τὸν τῶν Ἱππέων, commemorant etiam Harpocratio in v. Κολωνίτας p. 219. [p. 107. ed. Lips.], Pollux VII, 132 et Suidas [Schol. ad Eur. Phoen. 1701.]. Pausan. I, 30, 4 Colonum equestrem ponit Academiae, Platonis sepulcro et Timonis turri

Εὐρυσακείῳ 6), πρὸς ᾧ οἱ μισθαρνοῦντες προεστήκεισαν, ὥςτε *) καὶ τὴν παροιμίαν ἐπὶ τοῖς καθυστερίζουσι τῶν καιρῶν διαδοθῆναι·

ὄψ' ἦλθες, ἀλλ' εἰς τὸν Κολωνὸν ἴεσο.

μνημονεύει τῶν δυεῖν Κολωνῶν Φερεκράτης 7) ἐν Πετάλῃ διὰ τούτων·

οὗτος, πόθεν ἦλθες; — εἰς Κολωνὸν ᾠχόμην,
οὐ τὸν ἀγοραῖον, ἀλλὰ τὸν τῶν ἱππέων.

*) ὥςτε] Ex Thierschii coni. cum Hermanno addidi.

finitimum: κατὰ τοῦτο τῆς χώρας φαίνεται πύργος Τίμωνος —. δείκνυται δὲ καὶ χῶρος καλούμενος Κολωνὸς ἵππιος, ἔνθα τῆς Ἀττικῆς πρῶτον ἐλθεῖν λέγουσιν Οἰδίποδα. cum quibus congruit Tullius de Fin. V, 1. REIS.

6) πρὸς τῷ Εὐρυσακείῳ] Prope sacellum Eurysacis, qui fuit Aiacis Telamonii filius. Pausan. I, 35, 2.: διαμένουσι δὲ καὶ ἐς τόδε τῷ Αἴαντι παρὰ Ἀθηναίοις τιμαὶ αὐτῷ τε καὶ τῷ Εὐρυσάκει· καὶ γὰρ Εὐρυσάκους βωμός ἐστιν ἐν Ἀθήναις. BOTH.

7) Φερεκράτης] Platonius in libello περὶ κωμῳδίας veteris comoediae poetas recensens: τούτων δέ εἰσιν ἀξιολογώτατοι Ἐπίχαρμος, Μάγνης, Κρατῖνος, Κράτης, Φερεκράτης, Φρύνιχος, Εὔπολις, Ἀριστοφάνης. Vide Aristoph. Beck. Vol. IV. praef. p. 28 sqq. et Elmsl. ad Acharn. 10. IDEM.

Post haec argumenta placet separatim de duabus rebus disserere, quas neque in enarratione ipsius fabulae tractare commode potui, neque transire silentio licet, siquidem earum cognitio ad intelligendos aliquot huius fabulae locos paene necessaria est, de vita dico Oedipi Thebis post effossos oculos usque ad exsilium transacta, et de scena fabulae.

DE VITA OEDIPI THEBIS POST EFFOSSOS OCULOS USQUE AD EXSILIUM TRANSACTA.

Quum in Oedipo Rege tota Oedipi vita ab initio usque ad amissum oculorum visum a Sophocle explicata sit, non est miran-

dum exstitisse qui in hac fabula, quae illi arctissime connexa esset, reliquam vitam viri illius eadem perspicuitate describendam fuisse existimarent. Quod quum non factum viri quidam docti, sed silentio quaedam Oedipi fata, quae commemorata explicatius ab aliis scriptoribus essent, a Sophocle praetermissa animadvertere sibi visi essent, aut maluisse eum hanc eius vitae partem obscuriorem relinquere, quam ea tradere, quae nec verisimilitudini fabulae nec dignitati congrua putasset 1), aut propria aliqua fabula, quae media inter utrumque Oedipum fuisset, ea, quae Thebis vel incluso vel eiecto Oedipo accidissent, complexum esse 2) suspicati sunt. Quod postremum quam improbabile sit, sponte apparebit ex iis, quae deinceps expositurus sum. Neque vero illud concedo, Sophoclem consulto quidquam, quod alicuius momenti in vita Oedipi fuisset, obscurum reliquisse, quia non aptum tragoediae dignitati existimaret, sed alia silentio eum praeterisse puto, quae commemorare nihil necesse fuit, alia secus tradidisse, ut, qui fuit admirabilis eius venustatis sensus, tragoediae maiestati accommodata essent.

Ac primum quidem silentio negant viri docti recte praetermissum esse, quid responsi ab Apolline datum Creonti esset, qui quum ab Oedipo (extr. O. R. 1432 — 1444. 1517 — 1521.) post oculos effossos enixe rogatus esset, ut ex patria terra se eiiceret, prius se hoc, quam Apollinis voluntatem explorasset, facturum negaverat. At mea sententia quod Creon illa in fabula iactaverat, Apollinem ea de re consulturum se esse, istiusmodi fuit, ad quod respici in hac fabula non opus esset, in qua suffecit profecto dici id, quod dictum est 431 — 441. 591. 765 — 771., Oedipum non eiectum eo tempore, quo voluisset, sed invitum domi retentum esse. Qua traditione id simul consecutus poeta est, ut, sive fuit ea de re oraculum editum sive non fuit, a Creonte inique Oedipum tractatum esse appareret, ut qui, si iusserat Apollo, statim, si non iusserat, nunquam debuerit ex urbe expelli. Non minus inutile fuit commemorari de oraculo a poeta, si fuit eiusmodi

1) Est haec Iacobi sententia, quem vide in Quaestion. Sophocl. Vol. I. p. 343.

2) Coniecit hoc Doederlinus ad O. C. 361. suae ed. p. 316.

editum, ex quo, utrum retinendus an expellendus Oedipus esset, non posset certo intelligi. Verum enimvero apparet ex tota fabula Sophoclem nullum putasse oraculum editum, quo Creon impulsus esset, ut Oedipum Thebis eiiceret. Primum enim ubi Oedipus exsilii sui mentionem facit, ita de eo loquitur, ut se iniuria et vi expulsum ex patria conqueratur. Cfr. 427 — 441. Deinde filios suos, si voluissent, facile perficere potuisse dicit, ut non eiiceretur, sed Thebis remaneret. Cfr. 441 — 444. Neutrum autem dici potuit, si ab Apolline mandatum Thebanis fuisset, ut Oedipum exterminarent. Denique nullo modo probabile est Sophoclem in ea esse sententia potuisse, ut duo secum pugnantia oracula ab eodem Apolline edita esse arbitraretur. Pugnaret autem istiusmodi oraculum, quo iussi Thebani essent Oedipum expellere, cum eo, quod editum expulso Oedipo ab Apolline Sophocles refert, fore, ut Oedipum vivum mortuumque Thebani salutis suae causa expeterent (389 sq.). Quo oraculo commotos Thebanos apud Sophoclem legimus, ut Oedipum arcessendum rursus et, ut in potestate sua esset, in confiniis terrae suae collocandum putarent, quum, quod parricida esset, in ipsam civitatem recipere nollent (cfr. 407. 600 sq.).

Itaque manifestum hoc est, Sophoclem, ut Oedipus eo quo eiectus Thebis est tempore eiiceretur, arbitrio et iniuria Creontis, penes quem imperium fuit, factum putari voluisse 3). Ac facile

3) Aliter tamen, quod obiter adiicio, de Creonte iudicavit Euripides Phoenissis, qui eum, simulatque occisis Eteocle et Polynice imperium acceperat, in exsilium mittere Oedipum facit, quod remanente eo unquam urbem salvam fore Tiresias negaverit, v. 1579 sqq. *τῶνδε δ', Οἰδίπου, λόγων ἄκουσον· ἀρχὰς τῆςδε γῆς ἔδωκέ μοι Ἐτεοκλέης παῖς σός, γάμων φερνὰς διδοὺς Αἵμονι, κόρης τε λέκτρον Ἀντιγόνης σέθεν. οὔκουν σ' ἐάσω τήνδε γῆν οἰκεῖν ἔτι. σαφῶς γὰρ εἶπε Τειρεσίας οὐ μή ποτε, σοῦ τήνδε γῆν οἰκοῦντος, εὖ πράξειν πόλιν. ἀλλ' ἐκκομίζου. καὶ τάδ' οὐχ ὕβρει λέγω, οὐδ' ἐχθρὸς ὤν σοι, διὰ δὲ τοὺς ἀλάστορας τοὺς σούς, δεδοικὼς μή τι γῆ πάθῃ κακόν.* Ceterum constat a Sophocle tradi Creontem statim post detecta Oedipi flagitia imperium Thebarum accepisse et tenuisse etiam tum, quum Oedipus patria expelleretur. Expulso demum Oedipo filii eius sibi arrogandum imperium putarunt secundum Sophoclem O. C. 367 sqq. Erravit Iacobus Quaest. Soph. p. 342., sub Polynicis regno Thebanos iussisse Oedipum ex patria expelli dicens.

quidem apparet egregie id divinum poetam sumpsisse. Ita enim Oedipus et purgatus omnino apparet, quod noluit, quum revocaretur, ad suos redire (590 — 601.), et multo maiori dignus misericordia, quam si ex Apollinis mandato eiectus Thebis dictus esset.

Neque tamen illud negligendum est, quod Oedipus Sophocleus nunquam id unum Creonti exprobrat, quod se Thebis emiserit, sed hoc tantum reprehendit, quod, quum post detecta scelera sua invitus retentus domi esset, postmodo, ubi versari domi iucundum fuerit, invitus ex patria expulsus sit (431 — 441. 591. 765 — 771.). Nam hoc sine dubio ipse sensit Oedipus, iure quodam suo Thebanos potuisse se, qui et patrem occidisset et matrem uxorem duxisset, ex patria sua expulsum velle, quanquam scelera illa, quae invitus perpetrasset, oculis effossis satis iam expiata arbitratus videtur; verum illud merito indignari potuit, quod, si propter facinora illa abesse e patria debuit, non statim, ut voluerat, eiectus erat; neque propterea reprehendendus erat, quod Thebanos emolumento, quod ex praesentia ipsius in eos redundabat, frui noluit, quum incommodo, quod ex eadem oriri putabatur, laborare illi nollent.

Neque vero, quod quispiam obiecerit, Oedipus iis, quae filiis suis obiecit, omnino iniuria se in exsilium esse missum ostendere voluit. Iis enim si potestas erat facta Oedipi, qui sine oraculo eiiceretur, honeste in urbe retinendi, maximo iure crimini verti potuit, quod quam poterant et pietatis causa debebant patri suo misero opem ferre recusassent. Atque id ipsum est, quod iis ab Oedipo exprobratur, dicenti (441 — 444): *οἱ δ' ἐπωφελεῖν, οἱ τοῦ πατρός, τῷ πατρὶ δυνάμενοι, τὸ δρᾶν οὐκ ἠθέλησαν, ἀλλ' ἔπους σμικροῦ χάριν φυγάς σφιν ἔξω πτωχὸς ἠλώμην ἐγώ.*

Iam sponte eo deducti sumus, ut quae causa dirarum illarum fuerit, quibus Oedipus prius quam Athenas pervenisset filios devovisse dicitur 4), paucis explicemus. Ac ne hanc quidem obscu-

4) Tribus in locis Sophocles dirarum illarum mentionem iniecit, 453 sqq. *τοῦτ' ἐγῷδα, τῆςδέ τε μαντεῖ' ἀκούων συννοῶν τά τ' ἐξ ἐμοῦ παλαίφαθ', ἁμοὶ Φοῖβος ἤνυσέν ποτε.* 1299. *ὧν ἐγὼ τὴν σὴν Ἐρινὺν αἰτίαν εἶναι λέγω.* 1375. *τοιάςδ' ἀρὰς σφῷν πρόσθε τ' ἐξανῆκ' ἐγὼ νῦν τ' ἀνα-*

ram voluit Sophocles esse. Quum enim Oedipus nihil filiis suis exprobraverit, nisi quod non prohibuissent, quod prohibere potuissent, ne patria expelleretur (427 — 430. 441 — 444. 1356 — 1364.), neque exsulantis ullam curam gessissent, sed sorores, quod ipsos facere convenisset, miserum patrem sublevare in exsilio passi essent (337 — 352. 1354 — 1369.), quumque, si praeterea commisissent aliquid, quod iure in iis reprehendi posset, minime vero simile sit id Oedipum in tanto contra eos odio omissurum fuisse: quis tandem dubitabit, quin hanc solam ob causam, quod expelli se sivissent nec exsulantem comitati essent, tum, quum eiiceretur Thebis, filiis mala imprecatus sit? Quin adeo certo id intelligitur ex huius fabulae v. 1370 sqq. *τοίγαρ σ᾽ ὁ δαίμων εἰςορᾷ μὲν οὔ τί πω ὡς αὐτίκ᾽, εἴπερ οἵδε κινοῦνται λόχοι πρὸς ἄστυ Θήβης. οὐ γὰρ ἔσθ᾽ ὅπως πόλιν κείνην ἐρείψεις, ἀλλὰ πρόσθεν αἵματι πεσεῖ μιανθεὶς χὠ ξύναιμος ἐξ ἴσου. τοιάςδ᾽ ἀρὰς σφῷν πρόσθε τ᾽ ἐξανῆκ᾽ ἐγὼ νῦν τ᾽ ἀνακαλοῦμαι ξυμμάχους ἐλθεῖν ἐμοὶ, ἵν᾽ ἀξιῶτον τοὺς φυτεύσαντας σέβειν, καὶ μὴ ᾽ξατιμάζητον, εἰ τυφλοῦ πατρὸς τοιώδ᾽ ἔφυτον*, quae ipsa verba Oedipus Polynici dixit, postquam modo exposuerat, quam impios se filios adversus patrem, quum expelleretur et in exsilio esset, praestitissent.

Discessit igitur Sophocles ab ea fama, quam secutus Euripides Phoenissis est 5), qui filios, quod Oedipum post scelera eius detecta domo inclusissent iniuriaque affecissent, diris illis, ut sanguine domum partirentur, ab eo devotos scripsit 6). Quanquam

καλοῦμαι ξυμμάχους ἐλθεῖν ἐμοί. De diris illis ab aliis scriptoribus memoratis vide Valck. ad Eur. Phoen. 68.

5) Inclusum Oedipum a filiis esse Diodorus etiam IV, 65. narrat, de diris tamen tacens.

6) Phoen. 58 sqq. *μαθὼν* (sc. *Οἰδίπους*) *δὲ τἀμὰ λέκτρα μητρῴων γάμων, εἰς ὄμμαθ᾽ αὑτοῦ δεινὸν ἐμβάλλει φόνον, χρυσηλάτοις πόρπαισιν αἱμάξας κόρας. ἐπεὶ δὲ τέκνων γένυς ἐμῶν σκιάζεται, κλείθροις ἔκρυψαν πατέρ᾽, ἵν᾽ ἀμνήμων τύχη γένοιτο, πολλῶν δεομένη σοφισμάτων. ζῶν δ᾽ ἔστ᾽ ἐν οἴκοις, πρὸς δὲ τῆς τύχης νοσῶν, ἀρὰς ἀρᾶται παισὶν ἀνοσιωτάτας, θηκτῷ σιδήρῳ δῶμα διαλαχεῖν τόδε.* Paullo aliter ipse Oedipus de diris illis loquens introducitur ab eodem 1602 sqq.: *κτανὼν δ᾽ ἐμαυτοῦ πατέρ᾽ ὁ δυςδαίμων ἐγὼ εἰς μητρὸς ἦλθον τῆς ταλαιπώρου λέχος, παῖδάς τ᾽ ἀδελφοὺς ἔτεκον, οὓς ἀπώλεσα, ἀρὰς παραλαβὼν Λαΐου καὶ παισὶ δούς.* Praeterea in his locis Phoen. dirarum illarum mentio fit: 336. 477 sq. 627. 1059 sqq. 1364. 1435. 1550 sqq.

idem ille Euripides eadem in fabula Tiresiam fecit improbare factum illud filiorum his verbis (872 sqq.): Ἐτεοκλέους μὲν οὕνεκ' ἂν κλήσας στόμα χρησμοὺς ἐπέσχον· σοὶ δ', ἐπεὶ χρῄζεις μαθεῖν, λέξω· νοσεῖ γὰρ ἥδε γῆ πάλαι, Κρέον, ἐξ οὗ 'τεκνώθη Λάϊος βίᾳ θεῶν, πόσιν τ' ἔφυσε μητρὶ μέλεον Οἰδίπουν. αἵ θ' αἱματωποὶ δεργμάτων διαφθοραὶ θεῶν σόφισμα κἀπίδειξις Ἑλλάδι. ἃ συγκαλύψαι παῖδες Οἰδίπου χρόνῳ χρῄζοντες, ὡς δὴ θεοὺς ὑπεκδραμούμενοι, ἥμαρτον ἀμαθῶς· οὔτε γὰρ γέρα πατρὶ οὔτ' ἔξοδον διδόντες, ἄνδρα δυστυχῆ ἐξηγρίωσαν· ἐκ δ' ἔπνευσ' αὐτοῖς ἀρὰς δεινὰς νοσῶν τε καὶ πρὸς ἠτιμασμένος. κἀγὼ τίν' οὐ δρῶν, ποῖα δ' οὐ λέγων ἔπη, εἰς ἔχθος ἦλθον παισὶ τοῖσιν Οἰδίπου.

Itaque longissime Sophocles ab eorum sententia afuisse intelligitur, qui Oedipum ut filiis suis mala imprecaretur istiusmodi causis adductum narrarunt, quales sunt, quae apud Athenaeum XI. p. 465. E. F. (p. 1032 sq. ed. Dind.) et apud Scholiastam ad O. C. 1375. commemoratae leguntur.

Apud Athenaeum haec scripta exstant: ὁ δὲ Οἰδίπους δι' ἐκπώματα τοῖς υἱοῖς κατηράσατο, ὡς ὁ τὴν κυκλικὴν Θηβαΐδα πεποιηκώς φησιν, ὅτι αὐτῷ παρέθηκαν ἔκπωμα, ὃ ἀπηγορεύκει, λέγων οὕτως·

Αὐτὰρ ὁ διογενὴς ἥρως ξανθὸς Πολυνείκης
πρῶτα μὲν Οἰδιπόδῃ καλὴν παρέθηκε τράπεζαν
ἀργυρέην Κάδμοιο θεόφρονος· αὐτὰρ ἔπειτα
χρύσεον ἔμπλησεν καλὸν δέπας ἡδέος οἴνου.
αὐτὰρ ὅγ' ὡς φράσθη παρακείμενα πατρὸς ἑοῖο
τιμήεντα γέρα, μέγα οἱ κακὸν ἔμπεσε θυμῷ,
αἶψα δὲ παισὶν ἑοῖσι μετ' ἀμφοτέροισιν ἐπαρὰς
ἀργαλέας ἠρᾶτο· θεὸν δ' οὐ λάνθαν' Ἐρινύν·
ὡς οὔ οἱ πατρῷ' ἐνηείῃ φιλότητος
δάσσαιντ', ἀμφοτέροισι δ' ἔοι πόλεμοί τε μάχαι τε.

Similia sunt quae apud Scholiastam ad O. C. 1375. legimus: τοῦτο ἁπαξάπαντες οἱ πρὸ ἡμῶν παραλελοίπασιν· ἔχει δὲ τὰ ἀπὸ τῆς ἱστορίας οὕτως· οἱ περὶ Ἐτεοκλέα καὶ Πολυνείκην δι' ἔθους ἔχοντες τῷ πατρὶ Οἰδίποδι πέμπειν ἐξ ἑκάστου ἱερείου μοῖραν τὸν ὦμον, ἐκλαθόμενοί ποτε, εἴτε κατὰ ῥᾳστώνην εἴτε ἐξ ὅτου οὖν, ἰσχίον αὐτῷ ἔπεμψαν· ὁ δὲ μικροψύχως καὶ τελέως ἀγεννῶς, ὅμως γοῦν ἀρὰς ἔθετο κατ' αὐτῶν, δόξας κατολιγωρεῖσθαι. Ταῦτα ὁ τὴν κυκλικὴν Θηβαΐδα ποιήσας ἱστορεῖ οὕτως·

Ἰσχίον ὡς ἐνόησε, χαμαὶ βάλεν, εἶπέ τε μῦθον·
ὤ μοι ἐγώ, παῖδές μοι 7) ὀνειδείοντες ἔπεμψαν.
εὖκτο 8) Διῒ βασιλῆϊ καὶ ἄλλοις ἀθανάτοισι
χερσὶν ὑπ᾽ ἀλλήλων καταβήμεναι Ἄϊδος εἴσω.

Τὰ δὲ παραπλήσια τῷ ἐποποιῷ καὶ Αἰσχύλος ἐν τοῖς Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις [Exsecratio in illa fabula memoratur 701. 715., sed nihil de eo, cur diris devoverit Oedipus filios suos. HERM.]. καὶ ἔοικεν τὸ τῆς ἱστορίας ἥκειν ἐπὶ πολλούς, ὡς καὶ παρά τινι ἐκτεθῆναι αὐτὰ πρὸς τὸ γελοιότερον διὰ τούτων·

Ἀεὶ δ᾽ ὁρῶντι γ᾽ ὀξύ, κεἴπερ ἦν τυφλός 9),
θυσίας 10) ἀπαρχὰς κρέας ἐπέμπομεν πατρί,
περισσὸν ὦμον, ἔκκριτον γέρας· τὸ δὴ
αὐτοῖσι συγκόψαντες 11), οὐ μεμνημένοι,
λήσειν δοκοῦντες, ἀντὶ τοῦ κεκομμένου 12)
ἐπέμψαμεν βόειον· ὁ δὲ λαβὼν χερὶ
ἔγνω ᾽παφήσας, εἶπε τ᾽ ἐκ θυμοῦ τάδε·
τίς μοι τόδ᾽ 13) ἀνθόμοια μισητὸν κρέας
πέμπει; γέλωτα 14) δή με ποιοῦνται κόροι
θύοντες ὕβρει, τυφλὸς οὔτι 15) γνώσεται,
οὕτω λέγοντες. Ὦ θεοί, μαρτύρομαι
ἐγὼ τάδ᾽ ὑμᾶς, καὶ κατεύχομαι κακὰ
αὐτοῖσιν, αὐτοὺς τῶνδε δὶς τόσα σχέθειν.

7) Sic cum Hermanno, qui fragmenta haec ad O. C. 1377. suae ed. emendare studuit, scripsi. Codex μὲν pro μοι. Ceterum conferendus etiam Welckerus est in Addit. ad Trilog. p. 144 sqq., ubi illustrare haec fragmenta studuit.

8) Hermannus εὖκτα pro εὖκτο posuit.

9) κεἴπερ ἦν τυφλὸς cum Hermanno scripsi. Codex καὶ τυφλὸς ἦν.

10) θυσίας ἀπ. κρέας cum eodem scripsi. Codex θυσίας γὰρ ἀπαρχὰς γέρας.

11) αὐτοῖσι Hermannus coniecit. Codex αὐτοί γε.

12) Inter hunc et sequentem versum Hermannus lacunae signa posuit.

13) Hermannus τάδ᾽ pro τόδ᾽.

14) Pro γέλωτα codex γέλω. Hermannus γέλων δὴ τἀμά.

15) οὔτι Hermannus scripsit. Codex οὗτοι.

χαλκῷ δὲ μαρμαίροντες ἀλλήλων χρόα
σφάζοιεν ἀμφὶ κτήμασιν τυραννικοῖς 16).

Καὶ Μένανδρος ἐν Ναυκλήρῳ·

Ὅ τε Πολυνείκης πῶς ἀπώλετ' οὐχ ὁρᾷς;

DE SCENA FABULAE.

Scena est in Colono equestri, Κολωνῷ ἱππίῳ (§. 1.), pago Attico tribus Antiochidis, qui multorum deorum religione sacer fuit (§. 2.), ab Athenis, quarum turres e scena conspici fingitur (v. 14 sq. 24.), decem stadia remoto (§. 3.). In propinquo (v. 16) lucus Furiarum est, in pago illo situs (§. 4.), a mortalibus non calcatus, nedum habitatus (v. 39 sq.), lauru, olea, vitibusque consitus, et lusciniarum cantu personans (v. 16 — 18); ante eum rudium saxorum strues, et ipsa sacra Furiis (v. 37 — 40. coll. cum v. 19 sqq. 84 sq. 96 — 101), vulgo χαλκοῦς sive χαλκόπους ὀδὸς dicta (§. 5.), ἔρεισμα Ἀθηνῶν (§. 6).

Oedipus in scenam ingressus versatur primum extra lucum, tum (v. 21 — 23) sedem capit in rudium saxorum strue illa, quam relinquit in nemus se abscondens (v. 113 sq.), accedente choro, a quo evocatus rursus in conspectum venit (v. 174 sq.), et e locis inaccessis recedere iussus in rudi saxo considet (v. 196 sq.).

§. 1.

Fuit regio edita et saxis aspera; unde ab Hermesianacte in elegia ex Leontii libro III. reliqua πολυπρήων κολώνη vocatur. Cfr. Reisigius in Enarr. O. C. p. IV. — Celebratur amoenitas eius et religio per chorum v. 668 — 719. — Agri eius finguntur

16) τυραννικοῖς cum Elmsleio scripsi. Codex βασιλικοῖς. Hermannus τοῖς βασιλικοῖς.

iuxta scenam siti (v. 58 sqq.); incolae Coloniatae dicebantur (v. 58 — 65 ibique Scholiastes).

§. 2.

Conditor pagi (ἀρχηγός), a quo nomen acceperit, deus Colonus secundum Sophoclem (v. 58 — 65) fuit. Ei deo statuam, ab iis qui in scena erant conspiciendam, positam fuisse ostendit Sophocles v. 58 sqq. his usus verbis:

οἱ δὲ πλησίοι γύαι
τόνδ' ἱππότην Κολωνὸν εὔχονται σφίσιν
ἀρχηγὸν εἶναι, καὶ φέρουσι τοὔνομα
τὸ τοῦδε κοινὸν πάντες ὠνομασμένοι.

Statuam enim dei illius (v. 65) ab hospite, qui haec dicit, digito monstrari manifesto ex τόνδε pronomine apparet; videruntque hoc iam Doederlinus et Reisigius, qui recte Brunckium temeritatis et inscitiae coarguerunt, quod τόνδ' invitis codicibus in τὸν mutasset. De Colono enim quum nihildum inaudivisset Oedipus, non potuit ullo pacto τὸν ἱππότην Κολωνὸν dici. Quod qui pluribus ad versum illum docuit Hermannus, etsi recte τόνδ' servavit, tamen in explicando pronomine falsus est, locum monstrari ratus, quem tenere vel tenuisse olim Colonus iste credatur. Nam qui tandem, ut cetera omittam, Coloniatae illi locum praedicare conditorem (ἀρχηγὸν) pagi sui poterant? Neque propterea, quod statuae illius a nullo scriptore vetere mentio fit, interpretatio nostra, quam verba graeca unice tuentur, ullo modo in dubium vocanda est, praesertim quum hoc quoque unus Sophocles tradiderit, ad deum Colonum Coloniatas originem suam referre. Inepti autem profecto illi sunt, qui, quod caecus Oedipus sit, negant credi posse ab hospite statuam dei illius monstrari. Non enim postulat hospes ab Oedipo, ut oculos convertat in statuam, sed de Colono deo exponens simul statuam eius ibi, ubi Oedipus commoretur, positam exstare admonet, incolarum religionem ea re significaturus. Ceterum constat in more veterum Graecorum positum fuisse, ut locorum conditores post mortem etiam colerentur. Cfr. Herodt. VI, 38: καί οἱ τελευτήσαντι (Miltiadi, Cypseli filio) Χερσονησῖται θύουσι, ὡς

νόμος οἰκιστῇ, καὶ ἀγῶνα ἱππικόν τι καὶ γυμνικὸν ἐπιστᾶσι, ἐν τῷ Λαμψακηνῶν οὐδενὶ ἐγγίνεται ἀγωνίζεσθαι.

Praeses Coloni (*ἐπιστάτης τοῦ Κολωνοῦ*) fuit Neptunus (v. 54 sq. 888 sq.), cui ara in eo posita fuit, extra scenam sita (v. 887 — 889). Hinc ad eam confugit Polynices, ne supplex ab Oedipo patre aliquid petiturus reiiceretur (v. 1156 — 1159). Commemorant de ea praeter Sophoclem **Euripides** Phoen. 1707. ed. Matth. *ἱερὸς Κολωνὸς δῶμά θ' ἱππίου θεοῦ*, ubi cfr. Scholiastes; **Thucydides** VIII, 67., quem locum §. 3. attuli; et **Pausanias** I, 30, 4: *δείκνυται δὲ καὶ* (sc. *οὐ πόῤῥω τῆς Ἀκαδημίας*) *χῶρος καλούμενος Κολωνὸς ἵππειος, ἔνθα τῆς Ἀττικῆς πρῶτον ἐλθεῖν λέγουσιν Οἰδίποδα· διάφορα μὲν καὶ ταῦτα τῇ Ὁμήρου ποιήσει, λέγουσι δ' οὖν· καὶ βωμὸς Ποσειδῶνος ἱππείου καὶ Ἀθηνᾶς ἱππείας.* Minervae ara non memorata est a Sophocle in hac fabula, nisi cui indicata videtur v. 898. *πρὸς τούςδε βωμούς*: nam metri causa numerum singularem poeta ponere potuit, quo usus paullo ante erat v. 888. de Neptuni ara loquens. **Minervam equestrem** certe memoravit 1070 sqq. *οἳ τὰν ἱππίαν τιμῶσιν Ἀθάναν καὶ τὸν πόντιον γαιάοχον Ῥέας φίλον υἱόν.* Cognomen hoc unde acceperit, narrat **Pausanias** VIII, 47, 1.

Secundum Neptunum maximo cultu Coloniatae Prometheum prosecuti videntur (v. 55 sq.), de quo Scholiastes ad v. 56: *Τιτὰν Προμηθεύς· περὶ τοῦ τὸν Προμηθέα περὶ τὴν Ἀκαδήμειαν καὶ τὸν Κολωνὸν ἱδρῦσθαι Ἀπολλόδωρος γράφει οὕτω τῇ π̄* (apud Heyn. p. 400)· *Συντιμᾶται δὲ καὶ ἐν Ἀκαδημίᾳ τῇ Ἀθηνᾷ, καθάπερ ὁ Ἥφαιστος. Καὶ ἔστιν αὐτοῦ παλαιὸν ἵδρυμα καὶ βωμὸς ἐν τῷ τεμένει τῆς θεοῦ. Δείκνυται δὲ καὶ βάσις ἀρχαία κατὰ τὴν εἴςοδον, ἐν ᾗ τοῦ τε Προμηθέως ἐστὶ τύπος καὶ τοῦ Ἡφαίστου. Πεποίηται δὲ* (*ὡς καὶ Λυσιμαχίδης φησὶν*) *ὁ μὲν Προμηθεὺς πρῶτος καὶ πρεσβύτερος, ἐν δεξιᾷ σκῆπτρον ἔχων, ὁ δὲ Ἥφαιστος νέος καὶ δεύτερος. Καὶ βωμὸς ἀμφοῖν κοινός ἐστιν ἐν τῇ βάσει ἀποτετυπωμένος.*

Pausan. I, 30, 2. de Promethei ara haec scribit: *ἐν Ἀκαδημίᾳ δέ ἐστι Προμηθέως βωμός· καὶ θέουσιν ἀπ' αὐτοῦ πρὸς τὴν πόλιν ἔχοντες καιομένας λαμπάδας· τὸ δὲ ἀγώνισμα ὁμοῦ τῷ δρόμῳ φυλάξαι τὴν δᾷδα ἔτι καιομένην ἐστίν· ἀποσβεσθείσης δὲ, οὐδὲν ἔτι*

τῆς νίκης τῷ πρώτῳ, δευτέρῳ δὲ ἀντ' αὐτοῦ μέτεστιν· εἰ δὲ μηδὲ τούτῳ καίοιτο, ὁ τρίτος ἐστὶν ὁ κρατῶν· εἰ δὲ καὶ πᾶσιν ἀποσβεσθείη, οὐδείς ἐστιν ὅτῳ καταλείπεται ἡ νίκη.

Dicitur autem πυρφόρος Prometheus a Sophocle v. 55, quod antiquissimis temporibus δαδοῦχος, ut monuit iam Reisig. Enarr. p. XXXVII., non hominum fabricator fingebatur. Et dextra quidem ferebat facem; quo respicit Eurip. Phoen. 1121. ed. Matth.: δεξιᾷ δὲ λαμπάδα Τιτὰν Προμηθεὺς ἔφερεν ὡς, πρήσων πόλιν. Facem ergo pro sceptro putasse videntur Lysimachides et Apollodorus apud Scholiastam, cuius verba modo attulimus.

§. 3.

Thucyd. VIII, 67: ξυνέλεξαν τὴν ἐκκλησίαν ἐς τὸν Κολωνόν· ἔστι δὲ ἱερὸν Ποσειδῶνος, ἔξω τῆς πόλεως, ἀπέχον σταδίους μάλιστα δέκα. Cf. Reisig. Enarr. p. XXVIII.

§. 4.

Apollod. III, 5 extr.: παραγενόμενος δὲ (sc. ὁ Οἰδίπους) σὺν Ἀντιγόνῃ τῆς Ἀττικῆς εἰς Κολωνόν, ἔνθα τὸ τῶν Εὐμενίδων ἐστὶ τέμενος, καθίζει ἱκέτης, προςδεχθεὶς ὑπὸ Θησέως· καὶ μετ' οὐ πολὺν χρόνον ἀπέθανεν.

§. 5.

Ipsam illam saxorum struem, in qua Oedipus, quum primum in scenam ingressus esset, sedem cepit, dictam esse χαλκόπουν sive χαλκοῦν ὀδόν, perspicue intelligitur ex v. 56 sqq.: ὃν δ' ἐπιστείβεις τόπον, χθονὸς καλεῖται τῆςδε χαλκόπους ὀδός. Ad quem locum Scholiastes haec adnotavit: χαλκόπους ὀδός· ὡς οὕτω τινὸς καλουμένου τόπου ἐν τῷ ἱερῷ. Φησὶ δὲ Ἀπολλόδωρος (apud Heyn. p. 401.) δι' αὐτοῦ κατάβασιν εἶναι εἰς Ἅιδου. Καὶ Ἴστρος δὲ μνημονεύει τοῦ χαλκοῦ ὀδοῦ, καὶ Ἀστυδάμας. Καί τις τῶν χρησμοποιῶν φησι·

Βοιωτοὶ δ' ἵπποιο ποτιστείχουσι Κολωνόν,
ἔνθα λίθος τρικάρανος ἔχει καὶ χάλκεος οὐδός.

Verum non ea tantum saxa, quae in scena adumbrata apparebant, sed alia etiam extra scenam sita, quae coniuncta cum illis

fuisse censenda sunt, illo nomine insignita fuisse certo concludi potest ex iis, quae 1590 sq. scripta sunt:

ἐπεὶ δ᾽ ἀφῖκτο τὸν καταῤῥάκτην ὀδόν,
χαλκοῖς βάθροισι γῆθεν ἐῤῥιζωμένον.

Quorum verborum sensus hic est: quum vero venisset ad limen viae in imam tellurem ducentis (ἐς τὰ κάτω ῥηκτόν), quae aeneis gradibus ex ima terra stabilita erat. Errat enim aliquantisper Scholiastes, qui ad locum illum haec adnotavit: ὃν ἐν ἀρχῇ εἶπεν χαλκόπουν ὀδὸν, τοῦτον νῦν ὑποτίθεται ἐκτὸς τῆς σκηνῆς, καὶ οὐκ ἔτι ἐν ὄψει τοῦ θεάτρου· καὶ νῦν καταῤῥάκτην προςηγόρευσεν διὰ τὸ νομίζειν ἐκεῖνον τὸν τόπον κατάβασιν ἔχειν εἰς Ἅιδου· καὶ εἰσὶν οἳ δι᾽ αὐτῆς τὴν ἁρπαγήν φασι τῆς Κόρης γενέσθαι. Tantum enim abest, ut quicquam scriptum in hac tragoedia sit, ex quo scenam fabulae mutatam esse coniicere possimus, ut omnia eodem in loco geri manifestum sit. Sed illud tenendum est, quod recte iam monitum ab Hermanno ad v. 1586. suae edit., v. 1590 sq. eum liminis aerei locum sive partem significari, ubi hiatus fuerit, quo descendi ad inferos putabatur.

Ceterum Tartari introitum iam antiquissimis temporibus ferreis portis munitum et aereo limine existimatum esse notum est ex Hom. Il. VIII, 15:

ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδός.

et Hesiodi Theogon. 811 sqq.

ἐνθάδε μαρμάρεαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδὸς
ἀστεμφής, ῥίζῃσι διηνεκέεσσιν ἀρηρώς,
αὐτοφυής.

§. 6.

Appellantur eadem illa saxa, quae modo limen aereum dicta vidimus, v 58. ἔρεισμα Ἀθηνῶν. Reisig. Enarr. p. XXXVIII. hoc sic interpretatur: ipsum fundamentum (aerei liminis) imum erat aere stabilitum, ut urbs super late exstructa eo fulciri videretur; quare ἔρεισμα Ἀθηνῶν. At equidem fateor me non intelligere, quomodo Athenae, quae satis remotae ab his saxis erant, super iis exstructae dici potuerint. Hinc in eam incidi opinionem, ut putem per anachronismum

quendam locum illum propter Oedipi sepulturam ita appellatum esse. Ea enim factum dicitur, ut locus ille maximo praesidio Atheniensibus contra vicinos hostes, contra Thebanos esset. Cfr. 1524 sq. *ὥς σοι πρὸ πολλῶν ἀσπίδων ἀλκὴν ὅδε (ὁ τόπος, οὗ με χρὴ θανεῖν) δορός τ' ἐπακτοῦ γειτόνων ἀεὶ τιθῇ.* Adde 1533 sq. 389 — 411. 457 — 460. 616 — 623. Certe si propter eam rem vulgo locus ille *ἔρεισμα Ἀθηνῶν* dicebatur, facile hic anachronismus Sophocli condonari potuit. Qui quum hospitem introduceret Oedipo de pago Coloneo exponentem, nemini profecto Atheniensium mirum videri poterat id nomen ab hospite usurpari, quo vulgo saxa illa appellari solebant, etsi iis inde ab Oedipi demum sepultura tributum fuit.

De admirabili huius fabulae venustate disputarunt Aug. Guil. Schlegel. de arte dram. T. I. p. 177 — 185., Aug. Lud. Guil. Iacob. Soph. Quaest. T. I. p. 337 — 350., et Car. Reisigius in Enarr. huius fab. p. XIII — XXV., ubi id egit, ut artificium poetae in fabulae partibus praecipuis contexendis explicaret. Monuit etiam quaedam quae huc pertinent Thudichum, interpres vernaculus, p. 362 — 367 *). — De consilio, quod poeta in facienda hac fabula secutus sit, optime exposuit I. G. Süvernius in dissertatione de consilio et aetate huius fabulae germanice scripta et lecta in Academ. litt. Berol. d. 14. Febr. 1828. — Fr. Iacobsius in Additam. ad Sulzer. Theor. etc. T. IV. p. 146., cui assensus est Boeckhius de Gr. Tr. Principibus p. 137., summae senectutis vestigia in hac fabula inesse monuit; nam affectum animi, quo legentes eam commoneamur, similiorem ei esse, qui elegia, quam illi, qui tragoedia excitetur; distrahi enim studia nostra perturbatione, ex senis timidi sermonibus, ex Polynicis dolore, ex Antigonae et Ismenae, filiarum patris amantissimarum, querelis orta. Ei respondere conatus est Iacobus l. l. p. 345 — 348. Contra Thierschius in Actis Philol. Monacc. T. I. Fasc. III. p. 328 sq. iuvenilis necdum

*) [Non praetereunda silentio egregiae de utroque Oedipo observationes philosophi eximii F. Heinr. Iacobi in eius Operibus Vol. I. p. 260 sqq. F. I.]

corroborati ingenii signa inesse iudicavit, Sophoclis scilicet nepotis, a quo absolutam hanc fabulam putavit, quum Sophocles avus in scribenda ea naturae fato occupatus fuisset. Cui recte obiecit Reisigius in Enarr. VIII. nihil istiusmodi dictis profici, nullis in medium prolatis argumentis. Hermannus in Praef. ad hanc fab. hoc de ea fecit iudicium p. XII: „Ego quidem sic censeo, si quis hanc fabulam non opinione aliqua praepeditus accurate legat, reputetque et argumenti naturam et personarum quae in ea introducuntur aetatem atque conditionem, nihil esse inventurum, quod non aeque a iuvenilis roboris exsuperantia quam a verbosa lenitate senectutis absit. Adeo mira est ubique sententiarum, dictionis, numerorum vis et gravitas, pro loci cuiusque natura personarumque moribus nunc ad summam alacritatem concitata, nunc temperata ad eximiam mollitiem.“

ΟΙΔΙΠΟΥΣ ΕΠΙ ΚΟΛΩΝΩι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τέκνον τυφλοῦ γέροντος Ἀντιγόνη, τίνας

V. 7. Temere Brunck. ex coni. χὠ μακρὸς ξυνὼν χρόνος scripsit.

V. 9. Libri θάκοισιν. Quod dedi, ex emendatione Seidleri est, adnotantis: Ut οἶκος, οἴκημα, οἴκησις, sic θᾶκος, θάκημα, θάκησις. Exstat infra θάκημα 1160, 1380. Ἐνθάκησις reperitur Phil. 18, unde saltem apparet formam exstitisse. Quod ad significationem attinet, itidem οἴκησις conferri potest, quod et habita-

V. 1 sqq. Egregie Sophocles Oedipum, quo magis ei auditorum animos in ipso fabulae exordio conciliaret, talem introduxit, ut non solum summis miseriis coopertus, sed etiam singulari animi generositate excellens appareret. Nam quo quis generosiore animo summa quibus premi eum apparet mala fert, eo magis nostram et misericordiam excitare et benevolentiam parare sibi solet.

V. 3 sq. καθ' ἡμέραν τὴν νῦν] Primo mane aut certe sobrius in lucum Eumenidum Oedipus delatus videtur fingi. Cfr. v. 98 — 100.

V. 4. Schol.: σπανιστοῖς· εὐτελέσι. Locutionem δέχεσθαί τινα δωρήμασιν illustravit Abresch. ad Aesch. I. p. 603. Addo Xen. Anab. V, 5, 24. καὶ ξενίοις, ἢν μὲν ἔλθητε πρὸς τὴν Σινωπέων πόλιν, ἐκεῖ δεξόμεθα.

V. 6. Schol.: μεῖον φέροντα· βραχύτερον ἀποφερόμενον τοῦ αἰτηθέντος. οὐ γὰρ ὅσα αἰτεῖ τις λαμβάνει. De φέρειν, pro quo quispiam φέρεσθαι exspectaverit, vide Reisigium p. XXVII. et ad Philoct. 1108 (1088).

V. 7. χὠ χρόνος ξυνὼν μακρός] i. e. καὶ ὁ χρόνος, ὅς ξύνεστί μοι, μακρὸς ὤν, nobis: und das Alter, in dem ich stehe, ein hohes. Cfr. Matth. §. 277. b. Dicitur autem χρόνος saepe de aetate (cfr. ad Philoct. 304.), et χρόνος μακρός, ut hoc loco, de senectute (cfr. O. R. 963). Itaque hoc dicit Oedipus: καὶ τὸ γῆρας, ᾧ ξύνειμι. De locutione ξυνεῖναι γήρᾳ vide ad Philoct. 266. et ad O. R. 17.

V. 8. καὶ τὸ γενναῖον τρί-

χώρους ἀφίγμεθ', ἢ τίνων ἀνδρῶν πόλιν;
τίς τὸν πλανήτην Οἰδίπουν καθ' ἡμέραν
τὴν νῦν σπανιστοῖς δέξεται δωρήμασι;
σμικρὸν μὲν ἐξαιτοῦντα, τοῦ σμικροῦ δ' ἔτι
μεῖον φέροντα, καὶ τόδ' ἐξαρκοῦν ἐμοί.
V. 200 sqq. τίς ἔφυς βροτῶν — ἐκπυθοίμαν] Pluribus verbis, sed idem tribus his versibus Sophocles dixit atque Simonides, allatus iam a Reisigio, in Iacobs. Anth. Vol. I. p. 72. epigr. LXVIII. uno versiculo comprehendit: εἰπόν, τίς, τίνος ἐσσί, τίνος πατρίδος etc. Adde huius fab. 571 sq. (570 sq.). Nam τίς ἔφυς βροτῶν valet τίς βροτῶν εἶ τὴν φύσιν (Ai. 1260.), i. e. τίς βροτῶν σε ἔφυσε; (cfr. 208 — 211.) brevius etiam, τίνος εἶ; Tum τίς ὁ πολ. ἄγει est: quis es, qui

ΧΟΡΟΣ.

τί τόδ' ἀπεννέπεις, γέρον;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

μή, μή, μή μ' ἀνέρῃ τίς εἰμι,
μηδ' ἐξετάσῃς πέρα ματεύων.

ΧΟΡΟΣ.

τί τόδ';

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

αἰνὰ φύσις.

ΧΟΡΟΣ.

αὔδα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τέκνον, ὤ μοι, τί γεγώνω;

ΧΟΡΟΣ.

τίνος εἶ σπέρματος, ὦ
ξένε, φώνει, πατρόθεν.

V. 206 sq. Hermannus metri causa ex coni. sic scripsit: *μή με, μή, μή μ' ἀνέρῃ, τίς, μηδ' ἐξετάσῃς με πέρα ματεύων.*

V. 208. *τί τόδ'; αἰνὰ* ex mea coni. est. Libri *τί τόδε; δεινά.* Brunckius *τί τόδ' οὖν; δεινὰ* scripsit. Adiectivum *αἰνὸς* usurpatum a Soph. Ai. 687.

V. 209. pro *ὤ μοι* Herm. ex coni. *ἰώ μοι* dedit, ut hic versus vulgatae scripturae versus praecedentis responderet.

V. 210. Ex Hermanni coni. metri causa post *σπέρματος* adieci *ὦ*, et *ξένε* scripsi pro *ξεῖνε.*

tot malis oppressus duceris? nisi praestat *ἄγει* cum Musgravio vivis, vitam agis interpretari, de quo ad O. R. 775 (748 meae ed.) monitum; duobus verbis: *τίς εἶ;* Postremo verba *τίν' ἂν — ἐκπυθοίμαν* simili cum abundantia dicta sunt atque in Philoct. 222. *ποίας πάτρας ὑμᾶς — τύχοιμ' ἂν εἰπών;* id est: *τίνος πατρίδος εἶ;*

V. 204. Schol.: *ἀπόπτολις· ἔρημος καὶ ἄπολίς εἰμι. ἀλλὰ μή· τὸ ἑξῆς· ἀλλὰ μή με ἀνέρῃ τίς εἰμι, μηδὲ ἐξετάσῃς. ἐμπαθὲς δὲ τὸ χωρίον, τῶν μὲν σπευδόντων μαθεῖν, τοῦ δὲ κατοκνοῦντος λέγειν. Οἱ δὲ διὰ βραχέων ἀκούοντες, τἄλλα συμβάλλουσιν. οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν ἐπίστασθαι τοὺς Ἀθηναίους τὰ ἐν Θήβαις πραττόμενα, μάλιστα οὕτως ἐπισήμων ὄντων τῶν κατὰ τὴν Σφίγγα.*

V. 208. Scholiastes: *ἡ ἐμὴ γέννα δεινή ἐστι καὶ ἀθλία.*

V. 210. *τίνος εἶ σπέρματος — πατρόθεν*] qua stirpe paterna sis. *πατρόθεν*, id est *πρὸς πατρός*, dictum pro *πατρίου*. Similiter Hom. Il. X, 68. *πατρόθεν ἐκ γενεῆς ὀνομάζων ἄνδρα ἕκαστον.*

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὤ μοι ἐγώ, τί πάθω, τέκνον ἐμόν;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

λέγ', ἐπείπερ ἐπ' ἔσχατα βαίνεις.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀλλ' ἐρῶ. οὐ γὰρ ἔχω κατακρυφάν.

ΧΟΡΟΣ.

μακρὰ μέλλετον, ἀλλὰ τάχυνε.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Λαΐον ἴστε τίν';

ΧΟΡΟΣ.

ὤ, ἰοὺ ἰού.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τό τε Λαβδακιδᾶν γένος;

ΧΟΡΟΣ.

ὦ Ζεῦ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἄθλιον Οἰδιπόδαν;

V. 212. Brunck. ex coni. pro ἐμὸν scripsit ὤ μοι, versum esse dactylicum ratus.

V. 215. μέλλετον — τάχυνε ex Herm. coni. est; libri μέλλετ' — ταχύνατε.

V. 216. ἀπόγονον, quod in libris post τίν' adiectum, primus

V. 212. τί πάθω] quid agam? Sic Hom. Il. XI, 404. Trach. 973. Cfr. Valck. ad Eur. Phoen. 902. et Pflugk. ad Eur. Hec. 614.

V. 213. λέγ', ἐπείπερ — βαίνεις] dic, quoniam in extremis versaris. Quum enim iam illud ei exciderit, infandam esse originem suam, eo est adductus, ut detrectare confessionem sceleris nequeat. HERM.

V. 214. Schol.: κατακρυφάν· ἀποφυγὴν τοῦ μὴ εἰπεῖν.

V. 216. Λαΐον ἴστε τίν'] i. e. ἔκγονόν τινα Λαΐου. Ceterum Scholiastes: εὖ διατέθειται γνωριζόμενον ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων Οἰδίποδα, ὑπὲρ τοῦ μὴ γενεαλογοῦντα ἄνωθεν ἐνοχλεῖν αὐτὸν τοῖς θεωμένοις. ἀλλ' ὅγε Εὐριπίδης τοιοῦτος. ἐν γοῦν ταῖς Ἱκέτισι [v. 104 sqq.] τὸν Θησέα ὑποτέθειται τοὺς περὶ τὸν Ἄδραστον ἀγνοοῦντα, ἕνεκα τοῦ μηκῦναι τὸ δρᾶμα.

V. 218. Οἰδιπόδαν] De hac accusativi forma vide Valck. ad Phoen. 820.

V. 219. Schol.: δέος ἴσχετε μηδέν· ὅσα, φησί, λέγω περὶ τούτων, μηδὲν φοβεῖσθε. Cfr. Matth. §. 421. not. 4. p. 776. Ceterum recte Erfurdtius monuit videri Coloniatas deorum

ΧΟΡΟΣ.

σὺ γὰρ ὅδ' εἶ;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

δέος ἴσχετε μηδὲν ὅσ' αὐδῶ.

ΧΟΡΟΣ.

ἰώ, ὢ ὤ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

δύςμορος.

ΧΟΡΟΣ.

ὢ ὤ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

θύγατερ, τί ποτ' αὐτίκα κύρσει;

ΧΟΡΟΣ.

ἔξω πόρσω βαίνετε χώρας.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἃ δ' ὑπέσχεο ποῖ καταθήσεις;

ΧΟΡΟΣ.

οὐδενὶ μοιριδία τίσις ἔρχεται

spurium esse vidit Reisigius. Tum ὤ. ἰοὺ ἰού eum Herm. scripsi. Libri ὢ ὤ ἰού.

V. 220. Hermannus totum hunc versum ex coni. Choro adtribuit.

iram metuisse, quod hominem consceleratum excepissent.

V. 221. Schol.: τί ποτ' αὐτίκα κύρσει· τί προβήσεται ἡμῖν. ὁρῶ γὰρ τούτους μυσαττομένους με. De κύρσει comparat Neuius Phil. 275. Eur. Hec. 679. ἕτερα δ' ἀφ' ἑτέρων κακὰ κακῶν κυρεῖ. Seidl. ad Iph. T. 741.

V. 222. Schol.: ἔξω — χώρας· ἀκούσαντες τὰ κατ' αὐτὸν ἀξιοῦσιν ἐξιέναι τοῦ χωρίου. φησὶν οὖν ὁ Οἰδίπους, ὅτι πρότερον ὑπέσχεσθε τὸ μὴ ἐκβαλεῖν με. οἱ δὲ φασίν, οὐδεμία τίσις ἔρχεται τοῖς προπαθοῦσιν ἀντιτιμωρουμένοις. καὶ ἡμεῖς οὖν ἀπατηθέντες ὑπὸ σοῦ ἐν μέρει ἀπατῶμέν σε. πέφρασται δὲ δυνατῶς.

V. 223. ποῖ καταθήσεις;] Musgravius: quomodo exsolves? Sic infra 476. τὸ δ' ἔνθεν ποῖ τελευτῆσαί με χρή; Cfr. 383. SCHAEF. Adde 1734 sqq. ποῖ δῆτ' — αἰῶνα τλάμον' ἕξω; Eur. Herc. f. 1129. ποῖ κακῶν ἐρημίαν εὕρω;

V. 224 sq. οὐδενὶ — τὸ τίνειν] Insolenter poeta ὧν προπ. τὸ τίνειν dixit, iungens ὧν προπάθῃ cum antecedentibus μοιριδία τίσις, e quibus genitivus ὧν aptus est, quum deberet ἃ προπάθῃ τοῦ τίνειν scribere. Idem est enim ac si dixisset: τὸ τίνειν ταῦτα, ἅ τις προπάθῃ, τούτων οὐδενὶ μοιριδία τίσις ἔρ-

ὧν προπάθῃ τὸ τίνειν· ἀπάτα δ' ἀπά-
ταις ἑτέραις ἑτέρα παραβαλλομέ-
να πόνον, οὐ χάριν ἀντιδίδωσιν ἔ-
χειν. σὺ δὲ τῶνδ' ἑδράνων πάλιν ἔκτοπος
αὖθις ἄφορμος ἐμᾶς χθονὸς ἔκθορε,
μή τι πέρα χρέος
ἐμᾷ πόλει προσάψῃς.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὦ ξένοι
αἰδόφρονες, ἀλλ', ἐπεὶ

V. 229. *αὖθις* primus Elmsleius scripsit. Libri *αὖτις* praeter Par. F., in quo *τ* supra not. Grammaticus apud Bekk. p. 463. *αὖθις· ἐξ ἀρχῆς, πάλιν, ἐκ δευτέρου. σημειωτέον δὲ, ὅτι τὸ μὲν αὖθις Ἀττικόν, τὸ δὲ αὖτις Ὁμηρικόν.*

V. 233. Hermannus ex paucis codd. *γεραὸν ἀλαὸν* scripsit.

χεται, quum deberet hoc dicere: *τοῦ τίνειν ταῦτα, ἅ τις προπάθῃ, οὐδενὶ μοιρ. τίσις ἔρχεται*, id est: propterea quod quis iniurias, quas perpessus fuerit, ulciscitur, a fato non punitur. Simili igitur insolentia usus Sophocles est, qua Aeschylus Spt. c. Th. 681 sq. dixit: *ἀνδροῖν δ' ὁμαίμοιν θάνατος ὧδ' αὐτοκτόνος, οὐκ ἔστι γῆρας τοῦδε τοῦ μιάσματος.* — Ceterum dictum *τίνειν τὰ πάθη*, iniurias rependere (vide 1203), id est: iniurias ulcisci, eadem ratione, qua *τιμωρεῖν* O. R. 107. ulciscendi sensu usurpatum est. *Μοιριδία τίσις* Hermannus sic intelligendum monet, ut nulla necessitate constituta esse iustae vindictae poena dicatur.

V. 225 sqq. Schol.: *ἀπάτα δ' ἀπάταις· ἡ δὲ ἀπάτη, φησί, παραβαλλομένη καὶ ἀντισουμένη ἑτέραις ἀπάταις τῷ προαπατήσαντι πόνον ἔχειν ἀντιδίδωσι καὶ οὐ χάριν. καὶ αὐτοὶ οὖν νομίζουσι προσδεδέχθαι αὐτὸν καὶ ἐπηγγέλθαι τὴν ἀσφάλειαν αὐτῷ ἀπατώμενοι καὶ οὐ πρότερον ἐπεγνωκότες, ὅτι οἰκείοις ἐνέχεται μιάσμασι. περὶ τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν καὶ τὸ* (Eur. Hipp. 612.) *ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.* Fraus alia, inquit, pro fraudibus repensa incommodum, non gratiam habere dat. Magis perspicue sic dicas: qui deceptus ab alio hunc vicissim decipit, non ei sane quod gratum, sed quod ingratum sit, reddit. HERM. De infinitivo *ἔχειν* vide Matth. §. 535. not. 1. p. 1051. Sic infra 537.

V. 228 sq. *σὺ δὲ τῶνδ' — ἔκθορε*] Locutio *τῶνδ' ἑδράνων ἔκτοπος* similis est illis, de quibus Matth. §. 339. exposuit, significans *ἐκ τῶνδ' ἑδράνων συθείς*. Tum *ἄφορμος* i. e., ut recte Schol. interpretatur, *ἀφορμηθεὶς ἔκθορε* ex abundantia dictum, tragicis usitata accommodataque illis locis, in quibus inculcanda graviter aliqua res animo auditoris est. Cfr. ad O. R. 193 sq. (188 sq.).

V. 230 sq. *μή τι — προσάψῃς*] Recte Brunckius: ne quod ultra civitati meae negotium facessas; nisi quod *πέρα* rectius Erfurdtius

γεραὸν πατέρα τόνδ' ἐμὸν
οὐκ ἀνέτλατ' ἔργων
ἀκόντων ἀΐοντες αὐδάν,
ἀλλ' ἐμὲ τὰν μελέαν, ἱκετεύομεν,
ὦ ξένοι, οἰκτείραθ', ἃ
πατρὸς ὑπὲρ τοὐμοῦ μόνου ἄντομαι,
ἄντομαι οὐκ ἀλαοῖς προσορωμένα
ὄμμα σὸν ὄμμασιν, ὥς τις ἀφ' αἵματος
ὑμετέρου προφανεῖσα, τὸν ἄθλιον
αἰδοῦς κῦρσαι· ἐν ὑμῖν ὡς θεῷ

V. 237. Brunck. ex coni. οἰκτίσαθ'.
V. 238. τοὐμοῦ μόνου ex Herm. coni. est. Libri vett. τοῦ μόνου, Tricliniani τοὐμοῦ.
V. 242. Libri ἐν ὑμῖν γάρ, quod mendum primus sustulit Brunckius.

propterea additum monet, quia iam eo civibus molestiam Oedipus creaverit, quod lucum intrarit inaccessum.

V. 232 sq. ὦ ξένοι αἰδόφρονες] o hospites, qui clementiae laude floretis. De postposito adiectivo vide ad 7 sq., de notione nominis αἰδώς, clementiam sive misericordiam significantis, ad 1268 (1263). et Elmsl. ad Eur. Heracl. 461. Particula ἀλλά, id quod monitum iam ab Hermanno, non ad verbum οἰκτείρατε, sed ad pronomen ἐμὲ referenda est, repetita propter plura quae interiecta sunt verba.

V. 233 sqq. ἐπεὶ — αὐδάν] quoniam grandaevum patrem hunc meum non sustinuistis facta, quae invitus commisit, audire eloquentem. Paullo insolentius duo accusativi πατέρα et αὐδὰν cum uno verbo ἀΐοντες coniuncti sunt. Comparari potest quod 113. dictum. De usu nominis ἄκων expositum ad O. R. 1230 (1206).

V. 239 sqq. ἄντομαι — προφανεῖσα] Nihil potuit venustius inveniri ad senes emolliundos verecundo virginis vultu atque pudico oculorum lumine; nam ὀμμάτων ἐν ἀχηνίαις ἔρρει πᾶσ' Ἀφροδίτα. Sed idem poeta, ut omnem protervitatis suspicionem averteret, summum decorem addidit in his: ὥς τις ἀφ' αἵματος ὑμετέρου προφανεῖσα, ut modestiam significaret eam, qua liberi intuentur parentes suos. Nam ne licenter aspicerent feminae alienos viros, mos etiam apud Graecos prohibuit. Νόμος γυναῖκας ἀνδρῶν μὴ βλέπειν ἐναντίον, inquit Euripides a Musgravio memoratus. Delectant ab hac parte nitida quaedam poetarum dicta a Th. Gatakero inter se composita in Advers. p. 503. REISIG.

V. 241 sq. τὸν ἄθλιον — κῦρσαι] sc. ἄντομαι, obtestor vos, ut miser clementiam consequatur. Cfr. Matth. §. 535. b. not. p. 1051.

V. 242 sq. ἐν ὑμῖν κείμεθα] Sic O. R 314. ἐν σοὶ γάρ ἐσμεν. Cfr. Matth. §. 577. p. 1141.

κείμεθα τλάμονες· ἀλλ' ἴτε, νεύσατε
τὰν ἀδόκητον χάριν.
πρός σ' ὅ τι σοι φίλον ἐκ σέθεν ἄντομαι,
ἢ τέκνον, ἢ λέχος, ἢ χρέος, ἢ θεός.
οὐ γὰρ ἴδοις ἂν ἀθρῶν βροτόν, ὅςτις ἄν,
εἰ θεὸς ἄγοι, 'κφυγεῖν δύναιτο.

ΧΟΡΟΣ.

ἀλλ' ἴσθι, τέκνον Οἰδίπου, σέ τ' ἐξ ἴσου
οἰκτείρομεν καὶ τόνδε συμφορᾶς χάριν,
τὰ δ' ἐκ θεῶν τρέμοντες οὐ σθένοιμεν ἂν
φωνεῖν πέρα τῶν πρὸς σὲ νῦν εἰρημένων.

V. 246. *λέχος* ex Reiski coni. primus restituit Brunck.; libri *λόγος*.

V. 244. *τὰν ἀδόκητον χάριν*] Ipso articulo haec referri ad verba v. 227 *πόνον, οὐ χάριν ἀντιδίδωσιν*, a Reisigio monitum. Verbum *ἀδόκητον* Iacobsius adnotavit ad augendam beneficii gratiam facere.

V. 245. *πρός σ' ὅτι — ἐκ σέθεν ἄντομαι*] De praepositione a nomine, ad quod pertinet, inserto pronomine diiuncta cfr. Matth. §. 465. n. 3. p. 863. et Philoct. 468 sq. *Ἐκ σέθεν* etsi tantummodo ad *τέκνον* referri potest, tamen, recte monente Hermanno, ob id ipsum convenit huic in qua est Antigona commotioni animi.

V. 246. *ἢ λέχος, ἢ χρέος, ἢ θεός*] *λέχος* uxorem significat; vide Trach. 27. et quae ad Philoct. 669. meae ed. adnotata sunt. *Χρέος* Hermanno videtur esse necessitudo, res necessaria, qua quis aegre careat, ideoque ea delectetur; brevius igitur *χρήματα*, ut Reisigius interpretatur. Nomine *θεὸς* di penates aut familiares significati mihi cum Reisigio videntur.

V. 247. *οὐ γὰρ ἴδοις ἂν ἀθρῶν βροτόν*] non enim videas, si diligenter circumspicias, mortalem. Abundanter *ἀθρῶν* additum putat Lobeck. ad Ai. 882.

V. 248. *εἰ θεὸς ἄγοι*] *Ἄγειν* omnino de summa potestate dictum, ut 998. *θεῶν ἀγόντων*. Cfr. Valck. ad Eur. Hipp. 1435. Antig. 624. *ὅτῳ φρένας θεὸς ἄγει πρὸς ἄταν*. Eadem sententia in El. 696 sq. et similis in Ai. 456. REISIG.

V. 252. *τὰ δ' ἐκ θεῶν*] Cfr. El. 619. *ἡ γὰρ ἐκ σοῦ δυςμένεια*. Ant. 95. *τὴν ἐξ ἐμοῦ δυςβουλίαν*.

V. 252 sq. Schol.: *οὐ σθένοιμεν ἂν φωνεῖν· ἀλλ' ἐμμένομεν τοῖς λεχθεῖσιν. λέγομεν δὲ τὸ ἀναστῆναι τοῦτον τοῦ ἱεροῦ, μὴ μολύνειν αὐτό.*

V. 254. Schol.: *τί δῆτα δόξης· ὡς μάτην τῆς περὶ τῶν Ἀθηνῶν κατεχούσης δόξης, ὅτι ἄρα φιλοικτίρμων τις εἴη καὶ ἱκεταδόκος. καὶ ὁ Κυρηναῖος* (Callimachus)· *οὕνεκεν οἰκτείρειν οἶδε μόνη πολίων, ἐν τῷ τέλει τοῦ β τῶν Αἰτιῶν.*

V. 255. *μάτην ῥεούσης*] Simili abundantia haec verba adiecta, qua infra 1670 meae ed. *δίςοιστον* additum.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τί δῆτα δόξης, ἢ τί κληδόνος καλῆς
μάτην ῥεούσης ὠφέλημα γίγνεται,
εἰ τάς γ' Ἀθήνας φασὶ θεοσεβεστάτας
εἶναι, μόνας δὲ τὸν κακούμενον ξένον
σώζειν οἵας τε, καὶ μόνας ἀρκεῖν ἔχειν,
κἄμοιγε ποῦ ταῦτ' ἐστίν, οἵτινες βάθρων
ἐκ τῶνδέ μ' ἐξάραντες εἶτ' ἐλαύνετε,
ὄνομα μόνον δείσαντες; οὐ γὰρ δὴ τό γε
σῶμ', οὐδὲ τἄργα τἄμ'· ἐπεὶ τά γ' ἔργα μου
πεπονθότ' ἐστὶ μᾶλλον ἢ δεδρακότα,

V. 249. ἄγοι 'κφυγεῖν cum Hermanno scripsi. Libri ἄγοι ἐκφυγεῖν.

V. 256. θεοσεβεστάτας] Testificatur hanc virtutem Oedipus 1125 sqq. (1120 sqq.), Aeschylus Eum. 867. χώρας μετασχεῖν τῆσδε θεοφιλεστάτης. Pericles apud Thucyd. II, 41., Demosth. or. Lept. §. 90. Wolf., Isocr. de permutat. p. 314. B. C. H. ST. et alii. REISIG.

V. 257. μόνας] Recte Erfurdtius: prae ceteris civitatibus. Cfr. O. R. 299. Ceterum Schol.: ἐπεὶ καὶ ἐλέου βωμὸς ἐν Ἀθήναις ἵδρυται.

V. 259. κἄμοιγε ποῦ ταῦτ' ἐστίν, οἵτινες] Oratio Oedipi sic procedit: quid iuvat existimatio temere dilabens, si Athenas pias esse dicunt miserisque opem ferre, et mihi illorum nihil obtingit? Id sic exprimit Oedipus, ut alteram partem enuntiationis non, ut exspectabatur, per negationem proferat, κἄμοί γε ταῦτ' οὐκ ἔστι, sed nova interrogatione utatur. HERM. Ceterum κἄμοί γε — ἐστίν, οἵτινες dictum est pro κἄμοί γε ποῦ ταῦτ' ἐστὶ παρ' ὑμῶν, οἵτινες etc. Similia exempla Matth. §. 481. not. 1. attulit. Ταῦτα id est τὰ λεγόμενα.

V. 259 sq. οἵτινες — ἐξάραντες εἶτ' ἐλαύνετε] qui me primum ex locis inaccessis removistis, ut possem hic manere, deinde exterminatis. De εἶτα vide 277 (273). 914 (911). 1005 (1002). Ant. 496. et ad O. R. 447. meae edit. et Matth. §. 566. 3. p. 1116.

V. 261. οὐ γὰρ δὴ τό γε σῶμ'] sc. δείσαντες. — Corpus enim certe non tam metuendum quam vel despiciendum vel miserandum. Quare 285 (281) μηδέ μου — ἀτιμάσῃς. REIS.

V. 262 sq. ἐπεὶ τά γ' ἔργα — δεδρακότα] Insolentius quidem, sed ita tamen, ut ipsa insolentia dictionis maiorem orationi vim adderet, Sophocles τὰ ἔργα μου πεπονθότα ἐστὶ etc. dixit hoc sensu: nam quae commisisse perhibeor, iniuriam passi potius quam inferentis fuerunt. Simile est quod O. R. 1190. meae ed. dixit: γάμον τεκνοῦντα καὶ τεκνούμενον. Adde quae ibidem ad 1342. meae ed. adnotata sunt.

εἴ σοι τὰ μητρὸς καὶ πατρὸς χρείη λέγειν,
ὧν οὕνεκ' ἐκφοβεῖ με· τοῦτ' ἐγὼ καλῶς
ἔξοιδα. καίτοι πῶς ἐγὼ κακὸς φύσιν,
ὅςτις παθὼν μὲν ἀντέδρων, ὥςτ', εἰ φρονῶν
ἔπρασσον, οὐδ' ἂν ὧδ' ἐγιγνόμην κακός;
νῦν δ' οὐδὲν εἰδὼς ἱκόμην ἵν' ἱκόμην,
ὑφ' ὧν δ' ἔπασχον εἰδότων ἀπωλλύμην.
ἀνθ' ὧν ἱκνοῦμαι πρὸς θεῶν ὑμᾶς, ξένοι,

V. 273 sq. μοῖραν primus Schaeferus ex libris Triclin. resti-

V. 264. εἴ σοι — λέγειν] Breviter dictum hac sententia: quod intelligeres, si de matre et patre tibi exponere mihi liceret. Confert Reisig. 1196 (1191.). πατρῷα καὶ μητρῷα πήμαθ' ἅπαθες.

V. 265 sq. ὧν οὕνεκ — ἔξοιδα] i. e. quorum factorum causa sat scio (sive manifesto) me abominaris. Hoc enim sensu verba τοῦτ' ἐγὼ κ. ἔξοιδα addi iis verbis solent, quorum de veritate non dubitandum significatur. Cfr. 359 (355). 452 (448). Ὧν autem non ad τὰ μητρὸς etc., sed ad τὰ ἔργα referendum esse intelliget qui attenderit ignarum fingi hic Chorum eorum, quae parentes Oedipi commiserant. Exempla pronominis relativi ad nomen remotius referendi attulit Reisig. ad h. locum p. 224. Adde Phil. 268. Trach. 358. Est autem ὧν bono distinguendum prae ceteris verbis, ita ut eadem vi positum putandum sit, qua vulgo pronomen demonstrativum ponitur, ut in Phil. 268.

V. 266. καίτοι πῶς ἐγὼ κακὸς φύσιν] Hoc quoque breviter dictum pro: καίτοι πῶς ἐκφοβεῖ με ὡς κακὸν φύσιν ὄντα. Dicitur autem κακὸς φύσιν, ut recte monet Bothius, qui malus natura, non casu ad committenda flagitia adductus est.

V. 267 sq. ὅςτις — κακός] qui primum acceptas tantum iniurias ultus sim, ita ut, si sciens, cuius iniurias ulciscerer, reddidissem, ne sic quidem scelestus essem. De tota sententia confer 229 sqq. (224 sqq.). Μὲν particulam spectare ad sententiae partem eam, quae omissa sit, δρῶν δὲ οὐκ ἤδη οὓς δρῴην, sed contineri tamen iis, quae adiiciat, νῦν δὲ etc., recte Hermannus monuit. De imperfecto ἔπρασσον apte confert Neuius 952. O. R. 125. 432. Ant. 906. Adde Pflugk. ad Eur. Hel. 937. Eodem modo Latini; cfr. Matth. ad Cic. Epist. CXXXI. 1. et ad Catil. II, 2, 3.

V. 269. νῦν δ'] iam vero. Sic O. R. 263. Ai. 1060. Cfr. Matth. §. 607. Neque aliter Latini quamvis raro nunc vero usurpant. Sic M. Tullius ad Quintum fratrem I, 1, 88. 93. — De dictione ἱκ. ἵν' ἱκ. vide Matth. §. 486. not. 2. et ad huius fabulae 548 (547). Adde Herm. ad Vig. p. 709. Seidl. ad Eur. El. 1117. et Blomf. gloss. ad Aesch. Ag. 66.

V. 270. εἰδότων ἀπωλλύμην] i. e. ὑπὸ τούτων εἰδότων ἀπωλλύμην. Ut enim periret, parentes Oedipum exponi iusserant. Vide O. R. 1173 sqq. De ἀπωλλύμην vide ad O. R. 1454 (1420). Conf. Rost. §. 116. not. 5. p. 573 sq.

ὥςπερ με κἀνεστήσαθ', ὧδε σώσατε,
καὶ μὴ θεοὺς τιμῶντες εἶτα τοὺς θεοὺς
μοῖραν ποιεῖσθε μηδαμῶς· ἡγεῖσθε δὲ
βλέπειν μὲν αὐτοὺς πρὸς τὸν εὐσεβῆ βροτῶν,
βλέπειν δὲ πρὸς τοὺς δυςσεβεῖς· φυγὴν δέ του
μήπω γενέσθαι φωτὸς ἀνοσίου βροτῶν.
ξὺν οἷς σὺ μὴ κάλυπτε τὰς εὐδαίμονας
ἔργοις Ἀθήνας ἀνοσίοις ὑπηρετῶν.

tuit; veteres habent μοίραις. Brunckius ex coni. dedit τῶν θεῶν ὤραν.

V. 271. ἀνθ' ὧν] quare. Sic O. R. 264.

V. 272. ὥςπερ με κἀνεστήσαθ'] Recte Musgravius: iis conditionibus quibus me e luco reduxistis. Sollemniter autem ἀνιστάναι (supra 260. ἐξαίρειν eo sensu positum fuit) dicitur is, qui supplicem ex loco sacro surgere iubet, tanquam opem ei laturus. Vide infra 1286 (1281). Cfr. Wass. ad Thucyd. I, 133. Comparant editores Thucyd. I, 128. οἱ Λακεδαιμόνιοι ἀναστήσαντες ἐκ τοῦ ἱεροῦ τῶν Εἱλώτων ἱκέτας, ἀπαγαγόντες διέφθειραν. et I, 126. 136. III, 28. De καὶ ad ὧδε σώσατε referendo vide ad 53.

V. 273 sq. μὴ — μηδαμῶς] Bene Reisigius: ne cultui deorum studentes eosdem studio vestro dehonestate. Quo hoc dicit Oedipus: cavete vero, ne, quum me expellitis honorandorum deorum causa (256), deos ipsos (Iovem ξένιον et ἱκέσιον et Apollinem (86 sq.) maxime intellige) negligatis.

Ibid. τοὺς θεοὺς — μηδαμῶς] οὐδαμῶς ποιεῖσθαί τινα μοῖραν idem videtur quod ποιεῖσθαί τινα ἐν οὐδεμιᾷ μοίρᾳ [nullo in honore habere aliquem]. Phil. 498 sq. τοὐμὸν ἐν σμικρῷ μέρει ποιούμενοι. Herod. II, 172. ἐν οὐδεμιῇ μοίρῃ μεγάλῃ ἦγον. Accusativus τοὺς θεοὺς si quem offendat, conferat 223. 584. SCHAEF.

V. 276 sq. φυγὴν δὲ — βροτῶν] Eadem sententia 252 sqq. (247 sqq.). De pleonasmo, qui est in verbis φωτὸς ἀνοσ. βροτῶν, vide Ai. 1359. sive βροτοῖς ibi sive βροτῶν vera scriptura est, et Hom. Od. XVII, 581. οὐ γάρ πού τινες ὧδε καταθνητῶν ἀνθρώπων ἀνέρες ὑβρίζοντες ἀτάσθαλα μηχανόωνται.

V. 278. Schol.: ξὺν οἷς σὺ μὴ κάλυπτε· ἀντὶ τοῦ, μὴ περικαλύψῃς θεοὺς καὶ Ἀθήνας. οἷον, ἀνόσια πράττων μὴ ἀφάνιζε τὰς Ἀθήνας. ξὺν οἷς· σὺν τοῖς θεοῖς. Malim haec sic interpretari: his dis noli uti ad obscurandam gloriam Athenarum impia facta committens. Vide quae ad 814 meae ed. adnotavi. Iacobsio tamen hoc potius dicere poeta videtur: cum dis faciens cave committas, ut Athenarum laudem imminuas. Ceterum illud sponte apparet, εὐδαίμονας dici hic Athenas non propter opes aut divitias, sed propter gloriam, de qua 258 sqq. (254 sqq.) dictum. Cum locutione ἀνοσίοις ἔργ. ὑπηρ. compara 105.

ἀλλ' ὥςπερ ἔλαβες τὸν ἱκέτην ἐχέγγυον,
ῥύου με κἀκφύλασσε· μηδέ μου κάρα
τὸ δυςπρόςωπον εἰςορῶν ἀτιμάσῃς.
ἥκω γὰρ ἱερὸς εὐσεβής τε, καὶ φέρων
ὄνησιν ἀστοῖς τοῖςδ'· ὅταν δ' ὁ κύριος
παρῇ τις, ὑμῶν ὅςτις ἐστὶν ἡγεμών,
τότ' εἰςακούων πάντ' ἐπιστήσει· τὰ δὲ
μεταξὺ τούτου μηδαμῶς γίγνου κακός.

ΧΟΡΟΣ.

ταρβεῖν μέν, ὦ γεραιέ, τἀνθυμήματα
πολλή 'στ' ἀνάγκη τἀπὸ σοῦ· λόγοισι γὰρ
οὐκ ὠνόμασται βραχέσι. τοὺς δὲ τῆςδε γῆς
ἄνακτας ἀρκεῖ ταῦτά μοι διειδέναι.

V. 284. Brunck. ex Triclin. ὅταν δὲ κύριος scripsit.
V. 294. Brunck. ex paucis codd. ἔπεμψεν edidit.

V. 280. Schol.: ἐχέγγυον, ἀσφαλῆ. — Ἐχέγγυος, quod sponsorem promissis stantem ac fide dignum significat, hic de eo dictum videtur, qui alius sponsione fretus est. Neque id mirandum, quum sponsionem habens, quae propria est huius vocabuli significatio, et is intelligi possit, cui fidunt alii, et is, qui aliis ipse fidit; sicut hoc ipsum, fidem habere, ambiguum est, ut et πιστεύειν graece dici possit et πιστεύεσθαι. Respicit autem ad chori verba 174 sq. (171 sq.). HERM. Idem hoc versu Oedipus dixit atque 272. ὥςπερ με etc. Ceterum cfr. O. R. 276 (271) ὥςπερ μ' ἀραῖον ἔλαβες, ὧδ', ἄναξ, ἐρῶ.

V. 281. μηδέ μου — ἀτιμάσῃς] Vide ad 261.

V. 283. ἱερὸς εὐσεβής τε] ἱερὸν se appellare videtur, quod ἱκέτης erat, i. e. quod dis traditus erat (cfr. 634.); εὐσεβῆ, quod Apollinis oracula observans in loca sacra venerat; cfr. 46. 86 sqq. 142 (140).

V. 283 sq. Schol.: καὶ φέρων ὄνησιν ἀστοῖς· ἐρεῖ γάρ, ὡς ἔσται ποτὲ αὐτοῖς ἔχθρα πρὸς Θηβαίους, ἐν ᾗ κρατήσουσιν αὐτῶν διὰ τὸ τάφον αὐτοῦ παρ' Ἀθηναίοις τυγχάνειν. ἦν γάρ τι λόγιον, ἐν ᾗ ἂν ταφῇ χώρᾳ, ἐκείνην μηδὲν κακὸν πείσεσθαι ὑπὸ Θηβαίων.

V. 284 sq. ὅταν δ' ὁ κύριος παρῇ τις] i. e. is aliquis, penes quem potestas est. Loquitur enim quasi quis ille sit nesciat. Non enim a choro, sed a viatore illo acceperat Theseum esse [Vide ad O. R. 107.]. Recte etiam Brunckius ὑμῶν sequentibus iunxit, quod ante eum ad praecedentia referebatur. Nam illum, qui cognoscendae rei ius habeat, requirit Oedipus, eoque fine illum κύριον dicit: qui quoniam non potest alius esse quam rex huius regionis, propterea addit, ὑμῶν ὅςτις ἐστὶν ἡγεμών. HERM.

V. 286 sq. τὰ δὲ μεταξὺ τούτου] interea vero. Cfr. Matth. ad Eur. Hec. 433. —

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

καὶ ποῦ ᾿σθ᾿ ὁ κραίνων τῆσδε τῆς χώρας, ξένοι;

ΧΟΡΟΣ.

πατρῷον ἄστυ γῆς ἔχει· σκοπὸς δέ νιν,
ὃς κἀμὲ δεῦρ᾿ ἔπεμπεν, οἴχεται στελῶν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἦ καὶ δοκεῖτε τοῦ τυφλοῦ τιν᾿ ἐντροπὴν
ἢ φροντίδ᾿ ἕξειν, αὐτὸν ὥςτ᾿ ἐλθεῖν πέλας;

ΧΟΡΟΣ.

καὶ κάρθ᾿, ὅταν περ τοὔνομ᾿ αἴσθηται τὸ σόν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τίς δ᾿ ἔσθ᾿ ὁ κείνῳ τοῦτο τοὔπος ἀγγελῶν;

ΧΟΡΟΣ.

μακρὰ κέλευθος· πολλὰ δ᾿ ἐμπόρων ἔπη

V. 296. αὐτὸν ὥςτ᾿ ex Porsoni, Elmsleii, et mea emendatione scripsi. Libri ἀπόνως τ᾿. Brunck. ex Triclin. κἀπόνως recepit.

κακός, i. e. fidem mihi datam fallens.

V. 288. ταρβεῖν] vereri. Sic Hom. Od. XVIII, 391. DOED. Eadem est verbi θαρσεῖν structura. Vide ad 648. meae ed. τὰν θυμήματα, argumenta. Cfr. 1199 (1194).

V. 290. βραχέσι] οὐ βραχέσι λόγοις non est longa oratione, sed non levibus dictis. βραχὺς enim etiam exiguum [tenuem], humilem, debilem significat; vide ad 197 (192). [Adde 880 (877).] HERM. ὠνόμασται, enuntiata; vide ad Eur. Iph. Aul. 1068. MUSGR.

V. 290 sq. τοὺς δὲ — διειδέναι] ἄνακτες de uno Theseo intelligendum videtur. Sic infra 884 (881). γᾶς πρόμοι. 1087 (1082). γᾶς τᾶςδε δαμούχοις.

V. 292. ὁ κραίνων — χώρας] O. R. 14. ὦ κρατύνων Οἰδίπους χώρας ἐμῆς. Sic latine potens dicitur. Cfr. interpp. ad Horat. I. od. 3, 1.

V. 293. πατρῷον ἄστυ γῆς] Sic Ant. 937. ὦ γῆς Θήβης ἄστυ πατρῷον.

V. 297. καὶ κάρθ᾿] Vide ad 65.

V. 298. τίς δ᾿ ἔσθ᾿ — ἀγγελῶν] De locutione τίς ὁ ἀγγελῶν ἐστι vide ad O. R. 297 (292). — τοῦτο τοὔπος, i. e. nomen Oedipi. Id enim non professus erat Oedipus apud viatorem, qui regem arcessiturus abierat.

V. 299 sqq. μακρὰ κέλευθος — παρέσται] Hoc dicit Chorus: etsi via ad eum longa est, tamen mox per aliquem viatorum, qui multi ultro citroque euntes, si quid novi est, alius alii narrant, nomen tuum audiet, eoque audito huc properabit. Credibile autem Choro videbatur praetereuntem aliquem Oedipi sermonem audisse; per quem eum ad Theseum relatum iri putabat. Schol.: εἰκὸς οὖν ἐστιν ἡμῶν ἀκηκοότων καὶ ἕτερον μεμαθηκέναι. ὁ γὰρ ἀπεληλυθὼς πρότερον οὐδέπω

φιλεῖ πλανᾶσθαι, τῶν ἐκεῖνος αἴων,
θάρσει, παρέσται. πολὺ γάρ, ὦ γέρον, τὸ σὸν
ὄνομα διήκει πάντας, ὥςτε, κεἰ βραδὺς
εὕδει, κλύων σου δεῦρ' ἀφίξεται ταχύς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀλλ' εὐτυχὴς ἵκοιτο τῇ θ' αὐτοῦ πόλει,
ἐμοί τε. τίς γὰρ ἐσθλὸς οὐχ αὑτῷ φίλος;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὦ Ζεῦ, τί λέξω; ποῖ φρενῶν ἔλθω, πάτερ;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τί δ' ἔστι, τέκνον Ἀντιγόνη;

V. 303. Brunck. ex coni. ἕρπει dedit.

μεμαθήκει ὅςτις ἦν. τῷ γὰρ χρόνῳ πρώτῳ ὡμολόγησεν. διὰ μέσου δὲ τὸ θάρσει.

V. 301. θάρσει] confide mihi, mihi crede. Cfr. Philoct. 667. 774. — πολὺ διήκει simillime dictum atque O. R. 786 (759). ὕφειρπε γὰρ πολύ. Cfr. Ai. 999 sq.

V. 302 sq. κεἰ βραδὺς εὕδει] De metaphorico usu verbi εὕδειν expositum ad O. R. 65. Sensus est: etiamsi segni quiete captus tenetur.

V. 303. κλύων σου] i. e. κλέος σου ἀκούσας (Ant. 1182.), ut dicitur βάξις σου Ai. 999. Cfr. Matth. §. 342. De ἀφίξεται ταχύς cfr. ad 196 (192).

V. 305. τίς γὰρ — φίλος] De sententia comparant Ai. 1367. Eur. Med. 86. ὡς πᾶς τις αὑτὸν τοῦ πέλας μᾶλλον φιλεῖ. et Terent. Andr. II, 5, 16.

V. 307. Scite instituit poeta, dum exspectatur Theseus, ut spectatores earum rerum scientia, quae praeparantur, opportuno Ismenae adventu imbuerentur. REIS.

V. 308. Αἰτναίας ἐπὶ πώλου βεβῶσαν] Siculorum genus equorum velocitate clarum fuit. Itaque ab Oppiano Cyneget. I, 170. illi non solum inter praestantissimos numerantur, sed etiam ob cursus celeritatem commendantur v. 272. Cum eo congruit Schol. Aristoph. ad Pac. 73.: Αἰτναῖοι ἵπποι ταχεῖς καὶ διαβόηται πρὸς τὸν δρόμον. Haec igitur summa eorum alacritas in causa fuit, cur Sophocles Ismenam nuntiam Sicula faceret equa vehi; tantum voluit hoc significare attributo, advehi Ismenam incitato cursu. REIS. De βεβῶσαν ἐπὶ πώλου, insidentem equo, vide ad 52.

V. 309 sq. Schol.: ἡλιοστερής· σκιαστική. πλατύπιλος κυνῆ τὴν ὄψιν αὐτῆς περιέχει, καλύπτουσα καὶ ἀφαιροῦμένη τὴν ἡλίωσιν· τὸ ἑξῆς δὲ, κρατὶ ἡλιοστερὴς κυνῆ· κυνῆ πρόςωπα Θεσσαλίς· καὶ γὰρ περισσοὶ ἦσαν οἱ Θεσσαλικοὶ πῖλοι, ὡς καὶ Καλλίμαχος· ἀμφὶ δέ οἱ κεφαλῇ νέον Αἱμονίηθεν μεμβλωκὸς πίλημα περίτροχον ἄλκαρ ἔκειτο ἴδεος ἐνδίοιο. Eo pileo utebantur peregrinatores adversus imbres aestusque. Quamobrem eodem Iris a Sophocle in Inacho atque ab Aristophane in avibus induta est. Κυνῆ autem, ut ait Schol.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

γυναῖχ' ὁρῶ
στείχουσαν ἡμῶν ἆσσον, Αἰτναίας ἐπὶ
πώλου βεβῶσαν· κρατὶ δ' ἡλιοστερὴς
κυνῆ πρόςωπα Θεσσαλίς νιν ἀμπέχει.
τί φῶ;
ἆρ' ἔστιν; ἆρ' οὐκ ἔστιν; ἢ γνώμη πλανᾷ;
καὶ φημὶ κἀπόφημι, κοὐκ ἔχω τί φῶ,
τάλαινα,
οὐκ ἔστιν ἄλλη. φαιδρὰ γοῦν ἀπ' ὀμμάτων
σαίνει με προςστείχουσα· σημαίνει δ', ὅτι
μόνης τόδ' ἐστὶ δῆλον Ἰσμήνης κάρα.

V. 312. Hermannus ex La ἡ γνώμη πλανῶ edidit.

ad Arist. Nub. 267., fuit capitis tegumentum rusticanum, ita appellatum a materia, ex qua principio confectum fuit, pellibus caninis. Duplex huius petasi genus memoratur ab Hesychio, Ἀρκὰς κυνῆ (πῖλος Ἀρκαδικός) et Βοιωτία. Et Boeotici quidem galeri fuerunt bonitate insignes. ἐγένοντο γὰρ διάφοροι, ἀλλ' αἱ ἐν Βοιωτίᾳ καλαὶ κυναῖ, ἃς οἱ κατ' ἀγρὸν ἐφόρουν. Amplitudine vero Thessalici videntur praestitisse, ob eamque causam usu commodissimi fuisse. Quare poeta nunc Ismenae hoc genus attribuit; quanquam ab eodem Arcadicus galerus in Inacho adhibitus fuisse traditur ab Hesychio s. v. Ἀρκάς. REIS. De κυνῆ ἡλιοστερής vide Bentl. ad Callim. fr. 124. et Valck. ad Theocr. Adon. p. 344. de duplici acc. πρόςωπα et νιν ad v. 113. Κρατὶ dativus loci est (vide 411. 700. 715. 1260. Matth. §. 406. b. et Pflugk. ad Eur. Andr. 438.), ut sensus sit: capite est sive capiti impositus est galerus Thessalicus, sic cingens frontem eius, ut solis caloribus privet.

V. 312. ἆρ' ἔστιν etc.] Apte Elmsleius confert Eurip. Iphig. T. 577. ἆρ' εἰσίν; ἆρ' οὐκ εἰσί; τίς φράσειεν ἄν; Verba ἢ γνώμη πλανᾷ; recte Reisigius interpretatur: an sententia fallit? Cfr. 1075. προμνᾶταί τι μοι γνώμα.

V. 314. τάλαινα] Recte Brunckius interpretatur: perii. Perisse autem se dicit Antigona, quod veretur, ne mali quid Ismena nuntiet. Cfr. 355 sq. meae ed. Iacobsio vehemens Antigonae sollicitudo, nescientis et scire cupientis, quae esset, quam e longinquo conspiciebat, femina, indicata hoc verbo videtur.

V. 315, φαιδρὰ — προςστείχουσα] i. e. φαιδρῶς (cfr. Matth. §. 446.) γοῦν ὄμμασι (vide ad 15.) sive φαιδροῖς γοῦν ὄμμασι σαίνει με προςστείχουσα, blando certe vultu permulcet me accedens. De verbo σαίνειν cfr. Blomf. gloss. ad Aeschyl. Sept. c. Th. 379.

V. 316. σημαίνει] sc. ἡ προςστείχουσα διὰ τὸ φαιδροῖς ὄμμασί με σαίνειν.

V. 317. δῆλον — κάρα] Reisigio, cui adsentitur Hermannus, δῆλον κάρα eodem sensu dictum videtur atque ταυ-

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πῶς εἶπας; ὦ παῖ;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

παῖδα σήν, ἐμὴν δ' ὁρᾶν
ὅμαιμον· αὐδῇ δ' αὐτίκ' ἔξεστιν μαθεῖν.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ὦ δισσὰ πατρὸς καὶ κασιγνήτης ἐμοὶ
ἥδιστα προςφωνήμαθ', ὡς ὑμᾶς μόλις
εὑροῦσα λύπῃ δεύτερον μόλις βλέπω.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ τέκνον, ἥκεις;

ΙΣΜΗΝΗ.

ὦ πάτερ δύςμοιρ' ὁρᾶν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τέκνον, πέφηνας; 329

ΙΣΜΗΝΗ.

οὐκ ἄνευ μόχθου γέ μοι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πρόςψαυσον, ὦ παῖ.

ΙΣΜΗΝΗ.

θιγγάνω δυοῖν ὁμοῦ.

V. 324. In codicibus post vers. 323. ὦ τέκνον etc. vs. 326. ὦ σπέρμ' etc. positus reperitur, quem ego ex Musgravii coni. cum

ρος ἐναργής Trachin. 11., ita ut nobis sit: Ismenens leibhaftiges Haupt. Cfr. Ant. 320.

V. 319. αὐδῇ — μαθεῖν] Scholiastes: ἐκ τῆς φωνῆς ἔξεστι μαθεῖν.

V. 320 sq. ὦ δισσὰ — προςφωνήμαθ'] o gemina patris et sororis dulcissima mihi alloquia, i. e. quam dulce mihi est vos ambos, pater et soror, alloqui!

V. 321 sq. ὡς ὑμᾶς — βλέπω] i. e. quam vos aegre repertos prae dolore aegre rursus adspicio! Itaque et dulcissimum sibi esse ait rursus alloqui patrem et sororem, et tristissimum eos tantis oppressos malis videre. De dativo λύπῃ confer 328. σῇ προμηθίᾳ. 329. πόθοισι. ibid. λόγοις et Matth. §. 397. 3. Iacobsius: λύπῃ — βλέπω, lacrimis nimirum obortis.

V. 326. ὦ σπέρμ' ὅμαιμον] Simul et amoris et infelicis, quae inter Oedipum filiamque est, cognationis significationem continent, ita ut gaudio admixtum dolorem conscientiamque flagitii indicent. HERM.

Ibid. δυςάθλιαι τροφαί]

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ σπέρμ' ὅμαιμον. 328

ΙΣΜΗΝΗ.

ὦ δυςάθλιαι τροφαί.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἦ τῆςδε κἀμοῦ; 331

ΙΣΜΗΝΗ.

δυςμόρου τ' ἐμοῦ τρίτης.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τέκνον, τί δ' ἦλθες;

ΙΣΜΗΝΗ.

σῇ, πάτερ, προμηθίᾳ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πότερα πόθοισι;

ΙΣΜΗΝΗ.

καὶ λόγοις γ' αὐτάγγελος
ξὺν ᾧπερ εἶχον οἰκετῶν πιστῷ μόνῳ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οἱ δ' αὐθόμαιμοι ποῖ νεανίαι πονεῖν; 335

Hermanno et Dindorfio post vs. 325. collocavi.

V. 329. Brunck. ex cod. T. edidit καὶ λόγων αὐτάγγελος.

V. 331. Brunck. ex duobus non optimis codd. ποῦ edidit.

Interpretantur cum Musgravio: infelix vivendi ratio. coll. 338 (334.). Adde El. 1183. φεῦ τῆς ἀνύμφου δυςμόρου τε σῆς τροφῆς.

V. 328. σῇ προμηθίᾳ] propter providam curam tui. Vide Matth. §. 466. 2., de dativo vide ad v. 321.

V. 329. καὶ λόγοις γ' αὐτάγγελος] et propter verba quidem quae ipsa referre ad te volui.

V. 330. ξὺν ᾧπερ εἶχον etc.] Sic Xen. An. VII, 3, 48. ἀλλ' ἐγὼ μὲν σὺν οἷς ἔχω τὰ ἄκρα καταλήψομαι. Cfr. Matth. §. 474. c. p. 888.

V. 331. οἱ δ' — πονεῖν] Ad ποῖ supplendum esse εἰσὶν ex responsione Ismenae apparet. Est autem ποῖ εἰσι, wohin sind sie, quo iverunt? Ex eo verbo omisso aptus est infinitivus πονεῖν, hoc sensu: quo iverunt ad labores perferendos fratres germani? i. e. ubi sunt, qui labores hos perferre debebant, fratres germani? Simillime Eur. Or. 1472. ποῦ δῆτ' ἀμύνειν οἱ κατὰ στέγας Φρύγες; ubi erant ad auxiliandum Phryges? i. e. ubi

ΙΣΜΗΝΗ.

εἴσ' οὗπέρ εἰσι. δεινὰ δ' ἐν κείνοις τὰ νῦν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὢ πάντ' ἐκείνω τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ νόμοις
φύσιν κατεικασθέντε καὶ βίου τροφάς.
ἐκεῖ γὰρ οἱ μὲν ἄρσενες κατὰ στέγας
θακοῦσιν ἱστουργοῦντες, αἱ δὲ σύννομοι
τἄξω βίου τροφεῖα πορσύνουσ' ἀεί.
σφῷν δ', ὦ τέκν', οὓς μὲν εἰκὸς ἦν πονεῖν τάδε,
κατ' οἶκον οἰκουροῦσιν, ὥςτε παρθένοι·
σφὼ δ' ἀντ' ἐκείνων τἀμὰ δυστήνου κακὰ
ὑπερπονεῖτον. ἡ μὲν ἐξ ὅτου νέας
τροφῆς ἔληξε καὶ κατίσχυσεν δέμας,
ἀεὶ μεθ' ἡμῶν δύςμορος πλανωμένη
γερονταγωγεῖ, πολλὰ μὲν κατ' ἀγρίαν

V. 332. δεινὰ δ' ἐν κείνοις plerique libri habent. Brunck., Herm. aliique ex quattuor non optimis codd. δεινὰ τἀκείνοις edi-

qui auxiliari debebant Phryges erant?

V. 332. εἴσ' οὗπέρ εἰσι] Cfr. ad 273 (269.). — Schol.: δεινὰ δ' ἐν κείνοις τὰ νῦν· νῦν δὲ τὰ ἐν ἐκείνοις δεινά ἐστιν.

V. 333. Brevi Ismenae oratione deceptus Oedipus filios suos otiosos sedere domi putat.

Ibid. τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ νόμοις] De Aegyptiorum moribus dissimillimis aliarum gentium abunde egerunt Nymphodorus apud Scholiastam, Herodot. II, 35., atque Eustathius ad Iliad. *Α.* p. 31. lin. 12. Herodoti verba imprimis haec huc pertinent: αἱ μὲν γυναῖκες ἀγοράζουσι καὶ καπηλεύουσι, οἱ δὲ ἄνδρες κατ' οἴκους ἐόντες ὑφαίνουσι. REISIG. Quod fratres autem moribus Aegyptiorum similes dicuntur, homines rebus, de eo confer, quem Hellerus laudat, Heusing. ad Cic. Off. I, 22. Adde Matth. ad Cic. or. Sull. C. XXVI. §. 72. et Gr. Gr. §. 453. not. 1.

V. 336. Schol.: αἱ δὲ σύννομοι· αἱ ἀδελφαί, ἢ αἱ γυναῖκες. Cfr. El. 600. Reisigius comparat Arist. Av. 209.

V. 337. τἄξω βίου τροφεῖα] quae foris quaerenda sunt vitae alimenta. Similiter infra 1263 (1258). θρεπτήρια.

V. 338. σφῷν] σφῷν dicit Oedipus, intelligens duplicem liberorum sexum: ex vobis utrisque. SEIDL. De forma σφῷν cfr. Buttm. Lexil. I. p. 51.

V. 340. τἀμὰ δυστήνου κακά] Eodem modo dictum, quo Phil. 1126. τὰν ἐμὰν μελέου τροφάν. Cfr. Matth. §. 466. 1. Totius loci sensus hic est: vos autem illorum loco mea miseri mala patimini mihi auxiliantes. Nam ad ὑπερπονεῖτον supplendum ἐμοῦ. Cfr. Ai. 1311. ἐπεὶ καλόν μοι τοὐδ' ὑπερπονουμένῳ θανεῖν etc.

ὕλην ἄσιτος νηλίπους τ' ἀλωμένη,
πολλοῖσι δ' ὄμβροις ἡλίου τε καύμασιν
μοχθοῦσα τλήμων δεύτερ' ἡγεῖται τὰ τῆς
οἴκοι διαίτης, εἰ πατὴρ τροφὴν ἔχοι.
σὺ δ', ὦ τέκνον, πρόσθεν μὲν ἐξίκου πατρὶ
μαντεῖ' ἄγουσα πάντα Καδμείων λάθρα,
ἃ τοῦδ' ἐχρήσθη σώματος· φύλαξ δέ μου
πιστὴ κατέστης, γῆς ὅτ' ἐξηλαυνόμην·
νῦν δ' αὖ τίν' ἥκεις μῦθον, Ἰσμήνη, πατρὶ
φέρουσα; τίς σ' ἐξῆρεν οἴκοθεν στόλος;
ἥκεις γὰρ οὐ κενή γε, τοῦτ' ἐγὼ σαφῶς
ἔξοιδα, μὴ οὐχὶ δεῖμ' ἐμοὶ φέρουσά τι.

ΙΣΜΗΝΗ.

ἐγὼ τὰ μὲν παθήμαθ' ἅπαθον, πάτερ,

derunt. Schaefer. coniecit δεινὰ τὰν κεἰνοις.

V. 347. δεύτερ' ἡγεῖται] Quum antegressum esset γεροντανωγεῖ cum connexis, paullatim subiungitur hoc versu δεύτερ' ἡγεῖται etc., quae cum priore enuntiatione non copula aliqua conglutinantur, sed leniter alia interfluente enuntiatione commiscentur, πολλὰ μὲν — μοχθοῦσα τλήμων. Fusius hoc genus sum persecutus in Coniect. p. 315 — 317. REIS. p. 387. ubi alia huius generis exempla attulit. Phil. 1442. ὡς τἄλλα πάντα δεύτερ' ἡγεῖται πατὴρ Ζεύς.

V. 348. εἰ πατὴρ τρ. ἔχοι] dummodo pater victum habeat. Cfr. Matth. §. 524. not. 3. §. 617. p. 1253.

V. 349. πρόσθεν μὲν ἐξίκου] Verbis πρόσθεν μὲν respondent 353. νῦν δέ. Tum ἐξίκου notat advenisti, proprie pervenisti. Cfr. ad Phil. 197. et El. 387. ἀλλ' ἐξίκοιτο τοῦδέ γ' οὕνεκ' ἐν τάχει. Adde ἐξήγαγε, quod supra 98. positum fuit, et ἐξηγούμενος 1589.

V. 350. Schol.: μαντεῖ' ἄγουσα· ποῖα μαντεῖα; ὅτι, ὅπου ἂν ταφήσεται, σωτήριος ἔσται τῇ γῇ ἐκείνῃ. Non unum id erat oraculum, sed potissimum. Cfr. 87 sqq.

V. 351. ἃ τοῦδ' ἐχρ. σώματος] i. e. τὰ χρησθέντα τοῦδε τοῦ σώματος. Quod sic dictum, ut genitivus non tam ex verbo χρησθῆναι, quod Matth. §. 342. 2. opinatur, quam ex substantivo μαντεῖα aptus sit; cfr. Matth. §. 342. 1.

V. 354. τίς σ' — στόλος] quae te excivit domo expeditio? i. e. cuius rei expediendae causa domo existi?

V. 355 sq. ἥκεις γὰρ οὐ κενή γε — μὴ οὐχὶ etc.] Recte Doederl.: non enim venisti, quin aliquid terroris mihi afferas, sive οὐ γὰρ ἂν ἦλθες, μὴ οὐχὶ δεῖμά τι φέρουσα, i. e. εἰ μὴ δεῖμά τι

ζητοῦσα τὴν σὴν, ποῦ κατοικοίης, τροφήν,
παρεῖσ' ἐάσω. δὶς γὰρ οὐχὶ βούλομαι
πονοῦσά τ' ἀλγεῖν καὶ λέγουσ' αὖθις πάλιν.
ἃ δ' ἀμφὶ τοῖν σοῖν δυςμόροιν παίδοιν κακὰ
νῦν ἐστι, ταῦτα σημανοῦσ' ἐλήλυθα.
πρὶν μὲν γὰρ αὐτοῖς ἦν ἔρως Κρέοντί τε
θρόνους ἐᾶσθαι, μηδὲ χραίνεσθαι πόλιν,
λόγῳ σκοποῦσι τὴν πάλαι γένους φθορὰν,
οἵα κατέσχε τὸν σὸν ἄθλιον δόμον·
νῦν δ' ἐκ θεῶν του κἀξ ἀλιτηροῦ φρενὸς
εἰςῆλθε τοῖν τριςαθλίοιν ἔρις κακὴ

V. 363. Libri ἔρις, quod ex Tyrwhitti coni. Brunckius, Herm. aliique correxerunt.

V. 367. Brunck. ex libris Triclin. κἀξ ἀλιτηρίου scripsit; Hermannus ex Toupii coni. κἀλιτηρίου dedit, primam adiectivi ἀλιτηρὸς syllabam brevem esse contendens.

ἔφερες. Cfr. Matth. §. 609. 2. p. 1230. Ex abundantia additum κενή.

V. 358. ζητοῦσα — τροφήν] Recte Brunckius interpretatur: dum investigarem, quo in loco versareris. Fatendum autem τροφὴ hoc sensu alibi non usurpatum reperiri.

V. 359. παρεῖσ' ἐάσω] Ai. 754. ἀφέντ' ἐᾶν, itemque Eur. Troadd. 690. Cfr. Valck. ad Herod. II, 30. REIS. Schol.: τὸ ἑξῆς· δὶς γὰρ οὐ βούλομαι ἀλγεῖν.

V. 363. ἦν ἔρως] Sic ἔρως usurpatum infra 436 (432). Eur. Phoen. 631. Alcest. 1101. Suppl. 139. Iph. A. 813. et passim. Vide notata ad O. R. 601. BR. Particulae τὲ respondet δὲ in μηδέ, quia e disiunctione, Κρέοντί τε θρόνους ἐᾶσθαι, αὐτούς τε μὴ ἐρίζειν, in oppositionem transit. HERM. Cfr. Matth. §. 609. p. 1227. et §. 626. p. 1276.

V. 364. μηδὲ χραίνεσθαι πόλιν] praesentia sua [imo imperio suo], ob ortum ex incestu, ad quam labem etiam v. seq. γένους φθορὰν refero. IACOBS. Hellerus comparat Ai. 43. δοκῶν ἐν ὑμῖν χεῖρα χραίνεσθαι φόνῳ.

V. 365. λόγῳ σκοποῦσι etc.] reputantibus, ut dicebant, veterem generis labem. Confert Doederl. Thucyd. II, 43. σκοποῦντας μη λόγῳ μόνῳ τὴν ὠφελείαν.

V. 367. Schol.: ἀλιτηροῦ· ἁμαρτωλοῦ, μιαρᾶς.

V. 368. εἰςῆλθε τοῖν τριςα.] De locutione εἰςερχεσθαί τινι cfr. Matth. §. 402. c.

V. 370 sq. Notatus hic locus litera χ a grammaticis, quod Sophocles Polynicen maiorem natu dixit, minorem autem Eteoclem. Alii enim, ut Euripides, contrarium prodiderunt. HERM.

V. 371. θρόνων ἀποστερίσκει] Recte Reisigius ad h. l. p. 244. de regno pluralem θρόνοι usurpare a tragicis

ἀρχῆς λαβέσθαι καὶ κράτους τυραννικοῦ.
χὼ μὲν νεάζων καὶ χρόνῳ μείων γεγὼς
τὸν πρόσθε γεννηθέντα Πολυνείκη θρόνων
ἀποστερίσκει, κἀξελήλακεν πάτρας.
ὁ δ', ὡς καθ' ἡμᾶς ἔσθ' ὁ πληθύων λόγος,
τὸ κοῖλον Ἄργος βὰς φυγὰς προσλαμβάνει
κῆδός τε καινὸν καὶ ξυνασπιστὰς φίλους,
ὡς αὐτίκ' Ἄργος ἢ τὸ Καδμείων πέδον
τιμῇ καθέξον, ἢ πρὸς οὐρανὸν βιβῶν.
ταῦτ' οὐκ ἀριθμός ἐστιν, ὦ πάτερ, λόγων,
ἀλλ' ἔργα δεινά· τοὺς δὲ σοὺς ὅποι θεοὶ

V. 371. Pauci codd. *Πολυνείκην*, quod invitus retinuerat Brunckius. Cfr. Matth. §. 91. cum nota.

V. 376. Brunckius ex coni. pro ἢ — ἢ scripsit pessime *δὴ — καὶ* etc.

solere monet, quum *θρόνος* nil nisi ipsam sellam regalem, quod solium vocatur, significare videatur.

V. 373. *ὁ πληθύων λόγος*] Comparant Aesch. Ag. 869. *ὡς ἐπλήθυον λόγοι*. Simile est quod infra 930. posuit, *ὁ πληθύων χρόνος*.

V. 374. *τὸ κοῖλον Ἄργος*] Illustratum hoc a Scholiasta et Musgravio, qui: in universum, inquit, *τόπος κοῖλος* est locus montium ambitu cinctus, qui speciem excavati habet.

V. 375. *κῆδός τε καινόν*] In *καινὸν* reprehensio aliqua latet, quod Polynices, quum connubium non esset inter Thebanos et Argivos, tamen Adrasti filiam duxerit. DOED.

V. 376. *ὡς αὐτίκ' — τιμῇ καθέξον*] Recte haec explicat Scholiastes is, qui adnotavit: *ὡς πορθησόντων Ἀργείων τὰς Θήβας καὶ κατὰ τοῦτο ἐνδόξων γενησομένων*. De dictione *ὡς Ἄργος καθέξον* cfr. Matth. §. 568. 3., de *κατέχειν* Ant. 605.

V. 377. *ἢ πρὸς οὐρανὸν βιβῶν*] i. e. *ἢ ἡττηθησομένων ὑπὸ τῶν Θηβαίων*. — Musgravius: „usitata hyperbole. Vide Theocr. V, 144. Nonnus X, 344. *ἥπτετο Βάκχος Ὀλύμπου*.“ Fons est Hom. Od. XV, 329. Adde Eur. Bacch. 930. *ὥστ' οὐρανῷ στηρίζον εὑρήσεις κλέος*. Cic. pro Mil. 35. DOED. De forma futuri *βιβῶν* pro *βιβάσων* vide Matth. §. 181. 2. a.

V. 378. *ταῦτ' οὐκ ἀριθμὸς — λόγων*] haec non sunt inania verba. Cfr. Elmsl. ad Eur. Heracl. 997. et, quos Heller. laudat, Bergl. ad Aristoph. Nub. 1205. et Boeckh. de tragg. vett. p. 93.

V. 379 sq. *ὅποι*] Alii quomodo, Reisigius quatenus, quam in partem interpretatur. Mihi *ὅποι* ita dictum videtur, ut locus et regio intelligi debeat, in quam deducturi sint Oedipum di, laborum eius miserti. HERM. Vide ad v. 223 meae ed.

πόνους κατοικτιοῦσιν, οὐκ ἔχω μαθεῖν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἤδη γὰρ ἔσχες ἐλπίδ', ὡς ἐμοῦ θεοὺς
ὤραν τίν' ἕξειν, ὥςτε σωθῆναί ποτε;

ΙΣΜΗΝΗ.

ἔγωγε τοῖς νῦν γ', ὦ πάτερ, μαντεύμασιν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ποίοισι τούτοις; τί δὲ τεθέσπισται, τέκνον;

ΙΣΜΗΝΗ.

σὲ τοῖς ἐκεῖ ζητητὸν ἀνθρώποις ποτὲ
θανόντ' ἔσεσθαι ζῶντά τ', εὐσοίας χάριν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τίς δ' ἂν τοιοῦδ' ὑπ' ἀνδρὸς εὖ πράξειεν ἄν;

ΙΣΜΗΝΗ.

ἐν σοὶ τὰ κείνων φασὶ γίγνεσθαι κράτη.

V. 397. Libri *θύραισι*, quod primus correxit Elmsleius, quem

V. 381. *ὡς — ἕξειν*] Vide de hac abundantia dictionis Matth. §. 539. not. 1. — Schol.: *ὤραν· φροντίδα.*

V. 385 sq. *σὲ τοῖς — εὐσοίας χάριν*] te a Thebanis propter salutem civitatis suae aliquando mortuum expetitum fore vivumque.

V. 387. *τίς δ' ἂν — εὖ πράξειεν ἄν*] Idem dictum supra 73. *καὶ τίς πρὸς ἀνδρὸς μὴ βλέποντος ἄρκεσις;* Non bene hoc instituit poeta, ut quod hic nuntiatur oraculum nihil nisi confirmet antiquam illam dictionem, quae Oedipo olim erat data. Illius quidem mentio facta est in principio fabulae, ut ne casu in hos locos venisse Oedipus videretur, sed animi spectatorum statim ab initio ad exspectationem fatalis necessitatis excitarentur. Quod quum provide esset et sapienter factum, non debebat nunc eadem res tanquam novum quid per confabulationem exquiri, sed potius continua oratione ab Ismena nuntiari, rescivisse principes Thebanorum, quid olim Oedipo respondisset oraculum. Ita enim cavisset poeta, ne fallerentur spectatores, qui, uti nunc istam narrationem composuit, novum quid se audituros esse exspectant, cognito autem relatum esse intelligunt, quod neque Oedipo ignotum esset, et ipsi ab illo iam supra indicatum meminissent. HERM. De duplici *ἂν* vide Rost. §. 120. not. 4. p. 600 sq.

V. 388. *ἐν σοὶ — κράτη*] in te contineri dicunt illorum imperium. De *ἐν* vide ad v. 242., de *κράτη* cfr. Ai. 1016. et O. R. 586.

V. 389. *ἀνὴρ*] vir *κατ' ἐξοχήν*. Sic apud Arist. equit. 391.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὅτ' οὐκ ἔτ' εἰμί, τηνικαῦτ' ἄρ' εἴμ' ἀνήρ;

ΙΣΜΗΝΗ.

νῦν γὰρ θεοί σ' ὀρθοῦσι, πρόσθε δ' ὤλλυσαν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

γέροντα δ' ὀρθοῦν φλαῦρον, ὃς νέος πέσῃ.

ΙΣΜΗΝΗ.

καὶ μὴν Κρέοντά γ' ἴσθι σοι τούτων χάριν
ἥξοντα βαιοῦ κοὐχὶ μυρίου χρόνου.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὅπως τί δράσῃ, θύγατερ; ἑρμήνευέ μοι.

ΙΣΜΗΝΗ.

ὥς σ' ἄγχι γῆς στήσωσι Καδμείας, ὅπως
κρατῶσι μέν σου, γῆς δὲ μὴ 'μβαίνῃς ὅρων.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἡ δ' ὠφέλησις τίς θύρασι κειμένου;

vide ad Eur. Med. 466. Cfr. Matth. §. 258.

ἀλλ' ὅμως οὗτος τοιοῦτος ὢν ἅπαντα τὸν βίον, κἄτ' ἀνὴρ ἔδοξεν εἶναι. ibid. 1254. μέμνησ', ὅτι ἀνὴρ γεγένησαι δι' ἐμέ. BR.

V. 390. νῦν γὰρ — ὤλλυσαν] Simillime Chorus v. 1565 sq. πολλῶν γὰρ ἂν καὶ μάταν πημάτων ἱκνουμένων πάλιν σὲ δαίμων δίκαιος αὔξοι.

V. 391. Schol.: γέροντα δ' ὀρθοῦν· τὸν ἅπαξ ἐν νεότητι πεσόντα ἐν γήρᾳ ὀρθοῦσθαι ἀδύνατον. Rectius Brunckius φλαῦρον interpretatur εὐτελές, vile, futile. Cfr. Blomf. ad Aesch. Pers. 222. gloss. De coni. πέσῃ cfr. Matth. §. 527. not. 2.

V. 393. βαιοῦ — χρόνου] proprie intra breve tempus, i. e. post breve tempus. Cfr. Matth. §. 377. 2. a. De locutionis abundantia β. κοὐχὶ μυρίου vide ad O. R. 58.

V. 395 sq. Schol.: στήσωσι· κατοικίσωσι, ὅπως κρατῶσι μέν σου· ἀντὶ τοῦ ὅπως σχῶσί σε. Ceterum recte Seidlerus: Exteris omnino potuit mortuus Oedipus prodesse, quum exsilio scelus iam esset expiatum; Thebani autem mediam quandam ingressi viam atque ita oraculi mentem interpretati sunt, quasi iis lucrum paraturus esset mortuus, in quorum non tam terra quam potestate foret. In confini igitur loco facilius se vindicaturos sibi sepulcrum, quam si in media alius populi terra conditus esset. Ceterum confer 785. ἥκεις ἔμ' ἄξων, οὐχ ἵν' εἰς δόμους ἄγῃς, ἀλλ' ὡς πάραυλον οἰκίσῃς.

V. 396. μὴ 'μβαίνῃς ὅρων] Cum genitivo eiusdem generis verbum coniunctum O. R. 825.

V. 397. Schol.: κειμένου· ἀντὶ τοῦ οἰκοῦντος. Ismene tamen, ut ex responsione eius apparet, de sepulto Oedipo hoc dictum accepit.

ΙΣΜΗΝΗ.

κείνοις ὁ τύμβος δυςτυχῶν ὁ σὸς βαρύς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

κἄνευ θεοῦ τις τοῦτό γ' ἂν γνώμῃ μάθοι.

ΙΣΜΗΝΗ.

τούτου χάριν τοίνυν σε προςθέσθαι πέλας
χώρας θέλουσι, μηδ' ἵν' ἂν σαυτοῦ κρατῇς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἦ καὶ κατασκιῶσι Θηβαίᾳ κόνει;

ΙΣΜΗΝΗ.

ἀλλ' οὐκ ἐᾷ τοὔμφυλον αἷμά σ', ὦ πάτερ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὐκ ἆρ' ἐμοῦ γε μὴ κρατήσωσίν ποτε.

ΙΣΜΗΝΗ.

ἔσται ποτ' ἆρα τοῦτο Καδμείοις βάρος.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ποίας φανείσης, ὦ τέκνον, ξυναλλαγῆς;

V. 401. Brunckius ex coni. κρατοῖς scripsit, quod probat Matth. §. 528. 2.

V. 398. Schol.: κείνοις ὁ τύμβος· ὁ τύμβος δυςτυχῶν ὁ σὸς κείνοις βαρύς, ἀντὶ τοῦ· ἐπὶ ξένης σοῦ θαπτομένου δυςτυχήσουσιν ἐκεῖνοι. Recte; hoc enim dicit Ismene: illis grave quid a manibus tuis metuendum, infeliciter (i. e. peregrina in terra) sepultis. Vide 405 — 407. Apte confert Neuius Aesch. Choeph. 913. ΟΡ. τεκοῦσα γάρ μ' ἔῤῥιψας ἐς τὸ δυςτυχές. ΚΛ. οὔτοι σ' ἀπέῤῥιψ' εἰς δόμους δορυξένους. De notione nominis βαρὺς vide ad O. R. 527. meae ed.

V. 399. κἄνευ — μάθοι] Recte Brunckius: me etiam mortuum illis infensum fore, ἀραῖον, si me non sirint in patria terra sepeliri, vel non monente deo quivis facile intelligat.

V. 400. Schol.: προςθέσθαι· ἀντὶ τοῦ κατοικίσαι. χώρας· τῆς Θήβης.

V. 401. Schol.: μηδ' ἵν' ἂν σαυτοῦ· μηδὲ ἐᾶν σε ὅπου ἂν σαυτοῦ ἐξουσιάσῃ. λείπει τὸ ἐᾶν ῥῆμα· ἢ ἀπὸ κοινοῦ τὸ προςθέσθαι.

V. 402. Schol.: κατασκιῶσι· οἷον ἐν Θήβαις με χώσουσιν;

V. 403. Schol.: τοὔμφυλον αἷμα· ὁ πατρῷος φόνος. Cfr. O. R. 101. Reisigius comparat Eur. Suppl. 148. Τυδεὺς μὲν αἷμα συγγενὲς φεύγων χθονός. et huius fab. 600 sq. De verbis οὐκ ἐᾷ σε αἷμα, sc. κατασκιάζεσθαι etc. confert Neuius Ant. 538.

V. 404. οὐκ — μὴ κρατή-

ΙΣΜΗΝΗ.

τῆς σῆς ὑπ' ὀργῆς, σοῖς ὅταν στῶσιν τάφοις.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἃ δ' ἐννέπεις κλύουσα τοῦ λέγεις, τέκνον;

ΙΣΜΗΝΗ.

ἀνδρῶν θεωρῶν Δελφικῆς ἀφ' ἑστίας.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

καὶ ταῦτ' ἐφ' ἡμῖν Φοῖβος εἰρηκὼς κυρεῖ;

ΙΣΜΗΝΗ.

ὥς φασιν οἱ μολόντες εἰς Θήβης πέδον.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

παίδων τις οὖν ἤκουσε τῶν ἐμῶν τάδε;

ΙΣΜΗΝΗ.

ἄμφω γ' ὁμοίως, κἀξεπίστασθον καλῶς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

κᾆθ' οἱ κάκιστοι τῶνδ' ἀκούσαντες, πάρος
τοὐμοῦ πόθου προὔθεντο τὴν τυραννίδα;

V. 404. Brunck. κρατήσουσιν edidit, quae scriptura in cod. T. supra scripta fuit.

σωσίν ποτε] nunquam igitur me in sua potestate habebunt. Cfr. Philoct. 381. et Matth. §. 517. Schol.: εἰ οὐ θάπτουσί με ἐν Θήβῃ.

V. 405. Schol.: βάρος· διὰ τὸ μὴ κατασχεῖν σε.

V. 406. Schol.: ποίας φανείσης· ποίας αἰτίας γενομένης βλαβήσονται; ἀντὶ τοῦ· ὑπὸ θεῶν, ὑπὸ Ἐριννύων, ἢ ὑπό τινος; Vide ad O. R. 34.

V. 407. τῆς σῆς ὑπ' ὀργῆς — τάφοις] i. e. ὑπὸ σοῦ ὀργισθέντος (sc. magna clade afficientur), ὅταν ἐν τῷ σῷ τύμβῳ στῶσιν, manes tui irati Thebanis, a quibus eiectus sis, cladem iis inferent, ubi in sepulcro tuo constiterint. De re vide Schol. ad 453. meae ed.; de dativo not. extr. ad 309. meae ed.

V. 409. ἀνδρῶν — ἑστίας] Recte Winsemius: a legatis, qui redierant ab ara Delphica.

V. 410. ἐφ' ἡμῖν] proprie quae ad me pertineant, i. e. de me. Cfr. Phil. 1384. Alia exempla attulit Matth. §. 586. ε.

V. 414 sq. κᾆθ'] Vide 1005. et Matth. §. 603. extr. — πάρος προὔθεντο ex abundantia dictum, tragicis valde frequentata; cfr. Lobeck. ad Ai. 741. Elmsl. ad Heracl. 141. Neuius comparat Eur. Heracl. 201. ἡ γὰρ αἰσχύνη πάρος τοῦ ζῆν παρ' ἐσθλοῖς ἀνδράσιν νομίζεται. De τοὐμοῦ πόθου vide ad 328. meae ed. Eadem sententia enuntiata aliis verbis 448 sq. (444 sq.).

ΙΣΜΗΝΗ.

ἀλγῶ κλύουσα ταῦτ' ἐγώ· φέρω δ' ὅμως.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀλλ' οἱ θεοί σφι μήτε τὴν πεπρωμένην
ἔριν κατασβέσειαν, ἐν δ' ἐμοὶ τέλος
αὐτοῖν γένοιτο τῆςδε τῆς μάχης πέρι,
ἧς νῦν ἔχονται, κἀπαναιροῦνται δόρυ·
ὡς οὔτ' ἂν ὃς νῦν σκῆπτρα καὶ θρόνους ἔχει
μείνειεν, οὔτ' ἂν οὑξεληλυθὼς πάλιν
ἔλθοι πότ' αὖθις· οἵ γε τὸν φύσαντ' ἐμὲ
οὕτως ἀτίμως πατρίδος ἐξωθούμενον
οὐκ ἔσχον, οὐδ' ἤμυναν· ἀλλ' ἀνάστατος

V. 420. Temere Hermannus ex coni. scripsit *κἀπαναίροντται.*
V. 422. *πάλιν* cum Gaisfordio ex optimis codd. restitui. Vulgo

V. 416. *φέρω δ' ὅμως*] *φέρω* est afferο, nuntio; vide Lob. ad Ai. 798. HERM. Matthiae tolero interpretatur.

V. 418 sq. *ἐν δ' ἐμοὶ τέλος* etc.] Respondet *δὲ* particula *μήτε* particulae; cfr. Matth. §. 609. p. 1226. De *ἐν* praep. monitum ad 242. meae ed., de addita *περὶ* praepositione cfr. Matth. §. 380. n. 4.

V. 420. *ἧς — δόρυ*] Recte Brunckius: quam nunc conserere parant, invicem in se arma inferentes [immo tollentes] praeeunte Scholiasta, qui *ἀπ.* explicat: *κατ' ἀλλήλων ἐπαίρουσιν.* Non recte autem editores quidam verbum *ἐπαναιρεῖσθαι* tollendi significatu usurpari potuisse negant. Nam eodem modo Xenoph. Anab. V, 7, 21. *καὶ τάχα δὴ ὁρῶμεν πολλοὺς προςθέοντας λίθους ἔχοντας ἐν ταῖς χερσί, τοὺς δὲ καὶ ἀναιρουμένους.* Pariter mortuos tollere ab eodem saepissime *ἀνελέσθαι τοὺς νεκροὺς* dicitur. De conformatione orationis *ἧς ἐχ. κἀπ. δόρυ* confer O. R. 1223. meae ed. et ex Latinis Virg. Aen. IV, 71 sq. quam (cervam) procul incautam nemora inter Cresia fixit pastor agens telis, liquitque volatile ferrum nescius.

V. 421. Schol.: *εἰ γὰρ ἐν τῇ ἐμῇ ἐξουσίᾳ γένοιτο, οὐδὲ εἷς αὐτῶν ζήσεται.* De *ὡς* vide Matth. §. 628. 3. b. — Verba *σκῆπτρα καὶ θρόνους* coniunxit poeta etiam infra 448. 1354; similiter *κράτη καὶ θρόνους* dixit Ant. 173. et O. R. 237.

V. 425. *ἔσχον*] i. e. *ἐκώλυσαν*, ut infra 888.; de dictione *ἔσχον ἐξωθούμενον* vide Matth. §. 555. p. 1090.

V. 426. Schol.: *αὐτοῖν ἐπέμφθην· τὸ ἐφ' ἑαυτοῖς οὐκ ἐπήρκεσαν. ἐνῆν γὰρ αὐτοῖς τὸ ἐφ' αὑτοῖς τοῦτο πρᾶξαι, ὡς αὐτάρκως κεκολασμένου τῇ πηρώσει.* De dativo cfr. 444 (440) et Matth. §. 395.

V. 427 sq. *εἴποις ἂν — κατήγυσεν*] Dicit hoc respiciens ad ea, quae O. R. 1436 sqq. dixerat. Cfr. etiam huius fab. 765 sqq. (762 sqq.). Scho-

αὐτοῖν ἐπέμφθην, κἀξεκηρύχθην φυγάς.
εἴποις ἄν, ὡς θέλοντι τοῦτ᾽ ἐμοὶ τότε
πόλις τὸ δῶρον εἰκότως κατήνυσεν.
οὐ δῆτ᾽, ἐπεί τοι τὴν μὲν αὐτίχ᾽ ἡμέραν,
ὁπηνίκ᾽ ἔζει θυμός, ἥδιστον δέ μοι
τὸ κατθανεῖν ἦν καὶ τὸ λευσθῆναι πέτροις,
οὐδεὶς ἔρωτος τοῦδ᾽ ἐφαίνετ᾽ ὠφελῶν·
χρόνῳ δ᾽, ὅτ᾽ ἤδη πᾶς ὁ μόχθος ἦν πέπων,
κἀμάνθανον τὸν θυμὸν ἐκδραμόντα μοι
μείζω κολαστὴν τῶν πρὶν ἡμαρτημένων,
τοτηνίκ᾽ ἤδη τοῦτο μὲν πόλις βίᾳ
ἤλαυνέ μ᾽ ἐκ γῆς χρόνιον· οἱ δ᾽ ἐπωφελεῖν

πόλιν. Cfr. 601.
V. 428. Ex deterioribus libris Brunck. κατήνεσεν edidit.

liastes: θέλοντι· τὸ ἐξορισθῆναι. De τότε Neuius Popponem ad Thucyd. 1, 101. Soph. Ai. 650. et Ant. 135. confert.

V. 430. ὁπηνίκ᾽ ἔζει θυμός] Similiter Eur. Hec. 1055. ἀλλ᾽ ἐκποδὼν ἄπειμι κἀποστήσομαι θυμῷ ζέοντι Θρῃκὶ δυσμαχωτάτῳ. Cfr. Iacobs. ad Anthol. Gr. Vol. II. P. II. p. 203.

V. 431. λευσθῆναι πέτροις] De abundantia locutionis cfr. quae ad O. R. 65. monui. De lapidatione conferunt Dawes. Misc. cr. p. 308. et Blomf. gloss. ad Aeschyl. Agam. 1606.

V. 432. Schol.: τούτου τοῦ ἔρωτος οὐδείς με ἐποίει ἀπολαῦσαι. τοῦ ἀποθανεῖν δὲ φησίν. Immo exilium dicit. Participium ὠφελῶν iunctum cum genitivo est, quod substantivi vice fungitur, veluti ὠφελητής, quanquam hoc substantivum non videtur in usu fuisse. Cfr. ad Philoct. 3. Adde huius fab. 107. 1207. 1316 sq. 1319 meae ed.

V. 433. χρόνῳ δ᾽ — πέπων] Hesychius: πέπων· ἔκλυτος, ἀσθενής. Vide Trach. 728. Eur. Heracl. 160. Mollis sonare videtur Aesch. Ag. 1374. Eumen. 66., suavis in versu Aeschyli apud Athen. p. 51. C. ὀργὴν πεπᾶναι Arist. Vesp. 644. MUSGR. Aegritudo et dolor initio animo conceptus hic πέπων dicitur, i. e. μαλαχθείς, sicut ulcus, initio durum. Cfr. Aesch. Prom. 387. IACOBS. De χρόνῳ monitum ad Philoct. 233. Tantum autem abest, ut in repetitis verbis χρόνῳ et (437) χρόνιον ulla sit offensio, ut magna sit venustas in vocabulo eo, cuius maximam vim esse voluit poeta, in initio et exitu eiusdem membri posito.

V. 434 sq. κἀμάνθανον — ἡμαρτημένων] et quum intellexissem me ira abreptum maiores, quam pro delictis, poenas de me sumpsisse. Nam τῶν πρὶν ἡμ. valet ἢ κατὰ τὰ ἡμ.; cfr. O. R. 1374. et Matth. §. 451.

V. 436. τοῦτο μὲν] Respondent his vers. seq. οἱ δέ. Cfr. Matth. §. 288. n. 2. extr.

V. 437. χρόνιον] Hesychius: μετὰ πολὺν χρόνον. Cfr. Matth. §. 446. 8.

οἱ τοῦ πατρὸς τῷ πατρὶ δυνάμενοι, τὸ δρᾶν
οὐκ ἠθέλησαν, ἀλλ' ἔπους σμικροῦ χάριν
φυγάς σφιν ἔξω πτωχὸς ἠλώμην ἐγώ.
ἐκ ταῖνδε δ' οὔσαιν παρθένοιν, ὅσον φύσις
δίδωσιν αὐταῖν, καὶ τροφὰς ἔχω βίου,
καὶ γῆς ἄδειαν, καὶ γένους ἐπάρκεσιν·
τὼ δ' ἀντὶ τοῦ φύσαντος εἰλέσθην θρόνους
καὶ σκῆπτρα κραίνειν, καὶ τυραννεύειν χθονός.
ἀλλ' οὔ τι μὴ λάχωσι τοῦδε συμμάχου,

V. 454. προστάτισι ταῖς ex Dindorfi coni. (Praef. ad poett. scen. p. XIV.) edidi. Brunck. ex Canteri coni. ξὺν ταῖςδε ταῖς

V. 438. οἱ τοῦ πατρός] Eo confirmatur pietatis officium. Itaque illi non solum potuisse (δυνάμενοι), sed etiam debuisse dicuntur patri opem ferre, quippe filii. REIS. De τὸ δρᾶν vide Matth. ad Eur. Hipp. 49. et Gr. Gr. §. 543. not. 2.

V. 439 sq. Schol.: οἷον ἀντιλογίας βραχείας ἔδει ποιήσασθαι αὐτοὺς ὑπὲρ τοῦ πατρὸς διωκομένου τῶν Θηβῶν. Recte Brunckius: qui patris causam suscipere debebant potius quam eum verbulo defenderent, eum expelli passi sunt. Hoc est enim illud leve verbum, quod satis fuisset ad defendendum ab exsilio Oedipum, si filii eius causam agere voluissent. Tantulo igitur neglecto officio, illis non invitis exterminatus est. REIS. Vide etiam Matth. §. 576. p. 1138. — De ἠλώμην σφιν, quod idem est atque ἠλώμην ἐξ sive ὑπ' αὐτοῖν, vide ad 1358 meae ed. De dativo ita usurpari solito cfr. Matth. §. 395.

V. 441 sq. ἐκ ταῖνδε — βίου] ab his autem, quae virgines sint, quantum per sexum iis licet, et alimenta vitae consequor.

V. 443. καὶ γῆς — ἐπάρκεσιν] γῆς ἄδειαν, terrae securitatem, dicit sic, ut sit terra, quam non metuat, in qua securus sit, i. e., ut recte Brunckius interpretatus est, sedes secura. Cfr. Matth. §. 344. 1. Tum γένους ἐπάρκεσιν recte explanavit Musgravius ita: omne id praesidium, quod quisque a consanguineis suis consequi solet.

V. 445. σκῆπτρα κραίνειν] Cfr. Phil. 140. et quae ad eum locum adnotavi.

V. 446. ἀλλ' — συμμάχου] sed nunquam me socium habebunt. Est enim λαγχάνειν τινός τινος eo hic sensu usurpatum, quo vulgo τυγχάνειν τινός τινος (cfr. Ad. vers. in Philoct. p. 83 sq.) dici solet. Eodem modo infra 1487 (1474). κιχήσεται usurpatum. De οὐ μὴ λάχωσι vide ad v. 404. meae ed.

V. 447 sq. οὔτε σφιν ἀρχῆς — ὄνησις ἥξει] Vide quae ad v. 70. adnotata sunt.

V. 448 sqq. τοῦτ' ἐγῷδα — ἤνυσέν ποτε] Hoc ego non iam auguror, sed certo etiam scio, quum Ismenes oracula modo au-

οὔτε σφιν ἀρχῆς τῆςδε Καδμείας ποτὲ
ὄνησις ἥξει. τοῦτ' ἐγῷδα, τῆςδέ τε
μαντεῖ' ἀκούων συννοῶν τά τ' ἐξ ἐμοῦ
παλαίφαθ', ἁμοὶ Φοῖβος ἤνυσέν ποτε.
πρὸς ταῦτα καὶ Κρέοντα πεμπόντων, ἐμοῦ
μαστῆρα, κεἴ τις ἄλλος ἐν πόλει σθένει.
ἐὰν γὰρ ὑμεῖς, ὦ ξένοι, θέλητέ μου
προστάτισι ταῖς σεμναῖσι δημούχοις θεαῖς
ἀλκὴν ποιεῖσθαι, τῇδε τῇ πόλει μέγαν

edidit, Herm. ex sua σὺν προστάταις.

dita et illas iam pridem a me editas voces, quibus tandem aliquando eventum dedit Apollo, mecum reputo atque inter se confero. Constructio enim haec est: τοῦτ' ἐγὼ οἶδα, συννοῶν τῆςδέ τε [ἃ ἤκουσα] μαντεῖα τά τε ἐξ ἐμοῦ παλαίφατα. Per haec παλαίφατα ea intelligo, quae ipse Oedipus olim, quum aut domi male haberetur aut patria expelleretur, filiis suis dira imprecatus fuerat, ut inter se ipsos quandoque dissiderent; quae dirae et infra a Polynice v. 1299 (1294) ἡ σὴ ἐρινύς [adde 1370 meae ed.] et apud Aesch. Sept. c. Th. 766. τέλειαι γὰρ παλαίφατοι ἀραὶ vocantur. Itaque μαντεῖα et παλαίφατα obiecta sunt verbi συννοῶν, participium autem ἀκούων διὰ μέσου positum; ποτὲ non olim, sed tandem aliquando, ut [386 (382)] 805 (802). et Aesch. Prom. 997. significat. Nam primum, quod rixabantur filii, hac re eventum cerni imprecationis suae, diu ac frustra exoptatum, cognoscit; deinde quod Ismene oracula memoraverat, quibus filii paternam benevolentiam ac societatem sibi comparare iussi essent, magis etiam declarabatur curae tunc Oedipum dis esse coepisse. DOED. De coniunctis participiis vide Matth. §. 557. 3. et de locutione τὰ ἐξ ἐμοῦ παλαίφατα ad v. 252 meae ed.

V. 451. πρὸς ταῦτα] quapropter; vide ad O. R. 426.

V. 453 sqq. Schol.: εἰ ὑμεῖς συμβάλησθέ μοι, ἑαυτοῖς συμβάλλεσθε. χρησμὸς γὰρ ἦν, ὡς εἰ Ἀθηναῖοι τοῦ τάφου αὐτοῦ ἐγκρατεῖς γένωνται, ἔσοιτο αὐτοῖς ποτε σωτὴρ πολιορκουμένοις ὑπὸ Θηβαίων, εἴτε κατὰ τὸν Πελοποννησιακὸν πόλεμον, εἴτε καθ' ἕτερον. ταῦτα δὲ εἰκὸς ποιητικώτερον ὑπὸ τοῦ Σοφοκλέους πεπλάσθαι, ἐπὶ θεραπείᾳ τῶν Ἀθηναίων. πολλαχοῦ δὲ οἱ τραγικοὶ χαρίζονται ταῖς πατρίσιν ἔνια. Ceterum singularis locutio ἀλκήν τινος ποιεῖσθαι, defensionem alicuius suscipere.

V. 454. δημούχοις θεαῖς] quae coluntur a populo. Cfr. Blomf. gloss. ad Aesch. Sept. c. Th. 69. Intelligendas Furias esse per se patet.

V. 455. τῇδε τῇ πόλει] Recte sic, non τῇδε μὲν πόλει. Nam salus urbis est, qua permoveri senes vult Oedipus, non suorum clades inimicorum. Sed si invertisset, addere debebat μέν, τοῖς μὲν ἐμοῖς ἐχθροῖς πόνους, τῇδε δὲ πόλει μέγαν σωτῆρα. HERM.

σωτῆρ' ἀρεῖσθε, τοῖς δ' ἐμοῖς ἐχθροῖς πόνους.

ΧΟΡΟΣ.

ἐπάξιος μέν, Οἰδίπους, κατοικτίσαι,
αὐτός τε, παῖδές θ' αἵδ'· ἐπεὶ δὲ τῆςδε γῆς
σωτῆρα σαυτὸν τῷδ' ἐπεμβάλλεις λόγῳ,
παραινέσαι σοι βούλομαι τὰ σύμφορα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ φίλταθ', ὡς νῦν πᾶν τελοῦντι προξένει.

ΧΟΡΟΣ.

θοῦ νῦν καθαρμὸν τῶνδε δαιμόνων, ἐφ' ἃς
τὸ πρῶτον ἵκου καὶ κατέστειψας πέδον.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τρόποισι ποίοις; ὦ ξένοι, διδάσκετε.

V. 466. Elmsleius ex coni. ἐνέγκου. Vide Buttm. Gr. ampl. §. 103. not. 3. et Hermann. ad huius fab. 745. suae ed.

V. 467. Hermannus e Schol. Aristoph. Ach. 972., Suida v. χοάς, et Par. F. dedit χεῦμα τοῦτ'.

V. 456. τοῖς δ' ἐμοῖς ἐχθροῖς πόνους] Non dixerim ad haec verba non esse ἀρεῖσθε subaudiendum, sed δώσετε, quae Elmsleii sententia est. Nam hoc dicit Oedipus: me huic urbi magnum sospitatorem recipietis, inimicis autem meis ultorem. HERM.

V. 457. ἐπάξιος — κατοικτίσαι] Vide ad O. R. 750. meae ed.

V. 458. αὐτός τε, παῖδές θ' αἵδ'] Comparat Neuius 559. 952. 1152. Phil. 89.

V. 458 sqq. Schol.: ἐπεὶ δὲ τῆςδε γῆς· ὅτι δὲ σώζειν ὑπίσχνῇ τὴν πόλιν, ὑποθέσθαι σοι βούλομαι τὰ χρήσιμα. Ἀττικῶς δὲ πάνυ τῇ συντάξει καὶ πιθανὴ λοιπὸν ἡ χάρις τῶν ἐγχωρίων ἀνδρῶν. παραινοῦσι γὰρ αὐτὸν καθαρσίων τυχεῖν, ἵνα ἧττόν πως ἐναγὴς φαίνοιτο. Verba ἐπεὶ — ἐπεμβάλλεις λόγῳ recte videtur Iacobsius interpretari: quum praeterea verbis tuis significes te servatorem huius civitatis fore.

V. 461. Schol.: ὡς φής, προξένει μοι καὶ πάρεχε τὰ χρήσιμα· οὐ γὰρ ὀκνήσαιμι τελεῖν. Cfr. O. R. 1449. meae ed. et Trachin. 728.

V. 462. θοῦ νῦν καθαρμὸν τῶνδε δ.] Poetice dictum pro κάθαιρε νῦν τάςδε δαίμονας. Sic infra 542 sq. ἔθου φόνον πατρός. 1139. μῆκος τῶν λόγων ἔθου. et O. R. 134. τήνδ' ἔθεσθ' ἐπιστροφήν.

V. 465 sq. Schol.: πρῶτον μὲν ἱερᾶς· ἐξ ἀενάου πηγῆς ὕδωρ ἄρυσαι, καὶ οὕτω χοὰς ταῖς θεαῖς ποίησον ἀπὸ τῶν κρατήρων, πλήσας αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ ἀντληθέντος ὕδατος. Ex fonte [vivo] pete libamina ma-

ΧΟΡΟΣ.

πρῶτον μὲν ἱερὰς ἐξ ἀειρύτου χοὰς
κρήνης ἐνέγκου δι' ὁσίων χειρῶν θιγών.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὅταν δὲ τοῦτο χεῦμ' ἀκήρατον λάβω;

ΧΟΡΟΣ.

κρατῆρές εἰσιν, ἀνδρὸς εὔχειρος τέχνη,
ὧν κρᾶτ' ἔρεψον καὶ λαβὰς ἀμφιστόμους.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

θαλλοῖσιν, ἢ κρόκαισιν, ἢ ποίῳ τρόπῳ;

ΧΟΡΟΣ.

οἰὸς νεαρᾶς νεοπόκῳ μαλλῷ λαβών.

V. 471. νεαρᾶς, quod in libris omnibus est, corruptum esse metrum arguit. Brunckius ex Valck. coni. νεογνῆς, Hermannus νεώρου, alii νεωροῦς, alii οἰός γε νεαρᾶς scripserunt. — Pro λαβὼν Brunck. aliique ex paucis codd. βαλὼν receperunt.

nibus puris, quas prius laveris. Nam θιγεῖν sc. πηγῆς est fonte lavari. Aesch. Sept. c. Th. 44. θιγγάνοντες χερσὶ ταυρείου φόνου. Pers. 202. ἔψαυσα πηγῆς. Tibull. II, 1, 14. et manibus puris sumite fontis aquam. DOED. De locutione διὰ χειρῶν cfr. Matth. §. 396. n. 1.

V. 467. Schol.: ἀντὶ τοῦ, καὶ ὅταν ἀρύσωμαι, τί πράξω;

V. 468. κρατῆρες] haud dubie λάϊνοι, ut in Hom. Od. XIII, 105. — τέχνη, opus arte factum; vide Schaefer. ad Long. p. 362. DOED. Scholiastes a Daedalo facta illa pocula tradit.

V. 469. λαβὰς ἀμφιστόμους] Quales hae intelligendae sint, dubitat Scholiastes. Analogia ansas significari postulat in utraque craterum parte pervias, ut manus inseri posset. HERM.

V. 470. κρόκαισιν] filis laneis. MUSGR. ποίῳ τρόπῳ, subaudi ἄλλῳ. Eodem modo Eur. Hec. 1254. Pors. Sic Latini scriptores quonam modo, h. e. quonam alio modo. Vid. Goerenzius ad Cic. Acad. I. p. 64. SCHAEF.

V. 471. οἰὸς — μαλλῷ λαβών] Saepius ex quadam abundantia adiectum vocabulum λαβών. Verba sunt Dorvillii ad Charit. p. 591. Infra 861. τόνδ' ἀπάξομαι λαβών. Aristoph. Δαιταλ. fragm. XVI. ᾆσον δή μοι σκολιόν τι λαβὼν Ἀλκαίου κἀνακρέοντος. Imprimis compara Hom. Il. XII, 451. ὡς δ' ὅτε ποιμὴν ῥεῖα φέρει πόκον ἄρσενος οἰὸς χειρὶ λαβὼν ἑτέρῃ. SCHAEF. Adde Matth. §. 557. n. 2. §. 632. 6. p. 1303.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

εἶεν· τὸ δ' ἔνθεν ποῖ τελευτῆσαί με χρή;

ΧΟΡΟΣ.

χοὰς χέασθαι στάντα πρὸς πρώτην ἕω.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἦ τοῖςδε κρωσσοῖς, οἷς λέγεις, χέω τάδε;

ΧΟΡΟΣ.

τρισσάς γε πηγάς· τὸν τελευταῖον δ' ὅλον.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τοῦ τόνδε πλήσας θῶ; δίδασκε καὶ τόδε.

V. 472. τὸ δ' ἔνθεν] quod reliquum est, sive quod deinde faciendum est. Sic τἀντεῦθεν Phil. 817. meae ed. De ποῖ cfr. 227.

V. 473. Schol.: πρὸς πρώτην ἕω· πρὸς τὴν ἀνατολήν. καὶ γὰρ δὴ καὶ τὰς ἐκθύσεις πρὸς ἥλιον ἐποιοῦντο. καθάπερ καὶ ἐν Ἠλέκτρᾳ (424)· τοιαῦτά του παρόντος, ἡνίχ' ἡλίῳ δείκνυσι τοὔναρ ἔκλυον ἐξηγουμένου. καὶ οἱ τοὺς καθαρμοὺς δὲ ἐπιτελοῦντες πρὸς τὴν ἕω ἵστανται. Κρατῖνος ἐν Χείρωνι· ἄγε δὴ πρὸς ἕω πρῶτον ἁπάντων ἵστω, καὶ λάμβανε χεροῖν σχῖνον μεγάλην. Musgravius comparat Ovid. Fast. IV, 775. haec tu conversus ad ortus dic ter. Senec. Oed. 338. taurus dicitur primos ad ortus positus. Val. Flacc. III, 437. Phoebi surgentis ad orbem ferre manus. Clem. Alex. p. 856, 7. D. Heinsii Crepund. Sil. p. 470. ed. Plantin. Adde Lips. ad Tacit. hist. III, 24.

V. 474. ἦ τοῖςδε — χέω τάδε] Hoc dicit: his, quae dixisti, poculis hanc, quam hauriendam dixisti, aquam effundam?

V. 375. τρισσάς γε πηγάς] sc. effunde, i. e., ut recte interpretatus est Brunckius, ternos liba latices, nobis und zwar drei Güsse, sive und zwar in drei Güssen. Usurpatum ita vocabulum πηγή est Electr. 895. Ex eo autem, quod numerus ternarius sacer erat, in quam rem comparant Hom. Od. λ, 26. Aesch. Agam. 1386. τρίτην ἐπενδίδωμι. Soph. Ant. 431. χοαῖσι τρισπόνδοισι. Schwenk. ad Choeph. 548. Obbarium ad Hor. Epist. I, 1, 37. I. H. Voss. ad Virg. Eccl. VIII, 73., pariter atque ex verbis additis, τὸν τελευταῖον δ' ὅλον, certo mihi apparere videtur, id quod unus adhuc intellexit Bothius, tria pocula effundenda Oedipo fuisse, duo aqua pura impleta, tertium aqua mulsa, quod totum effundi Chorus iubet.

V. 476. τοῦ τόνδε πλήσας θῶ] quanam re hunc impletum statuam? scilicet ante quam libem. Coniicit autem Oedipus, quia ultima libatione totus crater effundendus

ΧΟΡΟΣ.

ὕδατος, μελίσσης· μηδὲ προςφέρειν μέθυ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὅταν δὲ τούτων γῆ μελάμφυλλος τύχῃ;

ΧΟΡΟΣ.

τρὶς ἐννέ' αὐτῇ κλῶνας ἐξ ἀμφοῖν χεροῖν
τιθεὶς ἐλαίας, τάςδ' ἐπεύχεσθαι λιτάς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τούτων ἀκοῦσαι βούλομαι. μέγιστα γάρ.

ΧΟΡΟΣ.

ὥς σφας καλοῦμεν Εὐμενίδας, ἐξ εὐμενῶν
στέρνων δέχεσθαι τὸν ἱκέτην σωτήριον

sit, hanc libationem a prioribus diversam esse; unde quaerit, quid ex isto cratere effundi oporteat. HERM.

V. 477. Schol.: ὕδατος, μελίσσης· ὕδατος καὶ μέλιτος. ἀπὸ γὰρ τοῦ ποιοῦντος τὸ ποιούμενον. βούλεται δὲ λέγειν τὸ μελίκρατον. λείπει ὁ καί. De omissa copula vide ad Ant. 1079., de usu vocis μέλισσα Musgr. ad Trach. 709., Lob. ad Phryn. p. 187. et Herm. in Wolfii Anal. Vol. II. P. I. p. 67 sqq.

Ibid. Schol.: μηδὲ προςφέρειν μέθυ· ἄοινοι γὰρ αἱ θεαί. Vide ad 100.

V. 478. γῆ μελάμφυλλος] regio arborum densitate obscurata, i. e. nemus. Schol. ad Pind. Pyth. I, 27. Boeckh. Αἴτνας ἐν μελαμφύλλοις κορυφαῖς· μελάμφυλλος πολύδενδρος. ἡ γὰρ τῶν δένδρων πυκνότης βαθεῖαν ἐργάζεται τὴν ὕλην. Sic Samus ap. Hesych. T. II. p. 562 audit μελάμφυλλος, quae eadem Hom. Il. XIII, 12. ὑλήεσσα appellatur. Elmsl. addit μελάμφυλλά τ' ὄρη δάσκια ex Aristoph. Thesm. 1006. DOED.

V. 479 sq. τρὶς ἐννέ' αὐτῇ etc.] De dativo loci αὐτῇ vide ad 309 meae ed., de locutione ἐξ ἀμφοῖν χεροῖν ad Philoct. 91. Ceterum recte Hermannus: operiri iubet locum, in quo profusa sit libatio, ramis oleaginis ordine, ut alii a dextra, alii ab sinistra imponantur.

V. 482 sqq. ὥς σφας — ἀντὶ σοῦ] i. e. quo nos cognomine deas illas (466) appellamus Benevolarum (proprio enim nomine Ἐρινύων eas appellare (129) horrescebant), eo appellans, ut animo benevolo supplicem te excipiant sospitentque, aut ipse tu ora, aut si quis alius vice tua. Verba ἐξ εὐμενῶν στέρνων eodem modo dicta quo paullo ante ἐξ ἀμφοῖν χεροῖν.

V. 483. σωτήριον] Sensu passivo accipiendum hoc nomen esse cum Hellero aliisque recte contra Reisigium contendit Hermannus, adferens Aesch. Ag. 655. σωτηρίων δὲ πραγμάτων εὐάγγελον ἥκοντα. et Choeph. 234. δακρυτὸς ἐλπὶς σπέρματος σωτηρίου.

αἰτοῦ σύ τ' αὐτὸς, κεἴ τις ἄλλος ἀντὶ σοῦ,
ἄπυστα φωνῶν, μηδὲ μηκύνων βοήν.
ἔπειτ' ἀφέρπειν ἄστροφος. καὶ ταῦτά σοι
δράσαντι θαρσῶν ἂν παρασταίην ἐγώ·
ἄλλως δὲ δειμαίνοιμ' ἂν, ὦ ξέν', ἀμφὶ σοί.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ παῖδε, κλύετον τῶνδε προσχώρων ξένων;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἠκούσαμέν τε, χὤ τι δεῖ πρόστασσε δρᾶν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἐμοὶ μὲν οὐχ ὁδωτά. λείπομαι γὰρ ἐν
τῷ μὴ δύνασθαι μήθ' ὁρᾶν, δυοῖν κακοῖν.

V. 484. Vulgo σύ γ', quod primus Elmsleius ex trium codd. auctoritate correxit.

V. 490. Antigonae hunc versum adsignavi cum Brunckio, Hermanno, aliisque. Vulgo Ismenae tributus fuit.

V. 495. ἐκτίνουσαν primus Brunck. ex Canteri coni. restituit. Libri ἐκτείνουσαν.

V. 484. σύ τ' αὐτὸς, κεἴ τις] Sic 455 sq. καὶ Κρέοντα —, κεἴ τις ἄλλος.

V. 484. ἄλλος ἀντὶ σοῦ] alius tua vice, quum ἄλλος σοῦ sit alius quam tu. Exempla huius locutionis alia attulerunt Pflugk. ad Eur. Hel. 574. et Matth. §. 366. not. 1.

V. 485. Schol.: ἄπυστα φωνῶν· ἀνήκουστα. ἀντὶ τοῦ ἠρέμα. Vide ad 130 sqq. meae ed. Idem gravius incutitur Oedipi animo verbis μηδὲ μηκύνων βοήν (vide ad 393 meae ed.), quae recte interpretatus est Brunckius: non elata voce. Apte confert Doederlinus Homericum μακρὸν ἄϋσεν.

V. 486. ἔπειτ' ἀφ. ἄστροφος] Vide ad 129 meae ed.; Musgravius comparat Aesch. Choeph. 97., ubi videatur Stanleius, et Virg. VIII, 102. fer cineres — transque caput iace; ne respexeris. Hellerus addit Orph. de Lapid. 730 sqq. et Ovid. Fast. I, 148.

V. 487 sq. Schol.: δράσαντι· ὡς καθαρθέντι. ἄλλως δέ· μὴ καθαρθέντι.

V. 491. ὁδωτά] Attice pro ὁδωτόν. Vide Scholiastam ad 883 (880) et ad Philoct. 488 meae ed. — λείπομαι — ὁρᾶν, non valeo enim propterea, quod et viribus infirmior sum et caecus, quae Matthiaei interpretatio est, proposita ad Eur. Hipp. 323, ubi de λείπομαι exponit. De μὴ — μήτε monuit idem Gr. Gr. §. 609. p. 1225.

V. 494 sq. ἀρκεῖν γὰρ etc.] Recte Brunckius: animam enim vel unam, aeque ac mille, piacula haec perficere posse arbitror, si

σφῷν δ' ἡτέρα μολοῦσα πραξάτω τάδε.
ἀρκεῖν γὰρ οἶμαι κἀντὶ μυρίων μίαν
ψυχὴν τάδ' ἐκτίνουσαν, ἢν εὔνους παρῇ.
ἀλλ' ἐν τάχει τι πράσσετον· μόνον δέ με
μὴ λείπετ'. οὐ γὰρ ἂν σθένοι τοὐμὸν δέμας
ἔρημον ἕρπειν, οὐδ' ὑφηγητοῦ δίχα.

ΙΣΜΗΝΗ.

ἀλλ' εἶμ' ἐγὼ τελοῦσα· τὸν τόπον δ' ἵνα
χρῆσται μ' ἐφευρεῖν, τοῦτο βούλομαι μαθεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

τοὐκεῖθεν ἄλσους, ὦ ξένη, τοῦδ'· ἢν δέ του
σπάνιν τιν' ἴσχῃς, ἔστ' ἔποικος, ὃς φράσει.

V. 498. οὐδ' ὑφηγητοῦ δίχα ex Hermanni coni. scripsi, qui tamen ipse οὐδ' ὑφηγητῶν ἄνευ correxit. Libri veteres habent οὐδ' ὑφηγητοῦ δ' ἄνευ, tribus exceptis legitur οὐδ' ὑφηγητοῦ γ' ἄνευ, quod ipsum in edd. Triclin. scriptum exstat et a Brunckio receptum est.

V. 500. Audacter Brunckius invitis libris τὰ χρεῖ' ἐφεύρω scripsit.

benevola adsit. De ἀρκεῖν cum participio iuncto cfr. Matth. §. 297. p. 595.

V. 496. ἐν τάχει τι] Nobis etwas schnell. Apte confert Doederlinus Ai. 854. σὺν τάχει τινί.

V. 497 sq. Schol.: οὐδ' ὑφηγητοῦ γ' ἄνευ· ἄνευ χειραγωγοῦ. Ἀπὸ κοινοῦ δὲ τὸ ἕρπειν· οὐκ ἰσχύω βαδίζειν. Hoc dicit, et imbecillum se esse ita, ut non innixus aliquo comite progredi nequeat, et caecum, ut sine duce, qui praeeat, eo quo tendere debeat pervenire non possit.

V. 499 sq. Schol.: τὸν τόπον δ' ἵνα· ἔνθα τὸ ὕδωρ ἐστὶν, ἡδέως ἂν εἰδείην. Recte Hermannus: non solum ubi ter noveni isti rami quaerendi essent, sed totus ille locus, qui crateres et cetera haberet, qua parte ludi esset, nesciebat Ismene. Hunc itaque locum ubi inveniat, quaerit.

V. 500. Schol.: χρῆσται μ' ἐφευρεῖν· χρείη ἔσται, κατὰ συναλοιφὴν χρῆσται, ἀντὶ τοῦ χρείη ἔσται. δηλοῦται δὲ ταὐτὸν τὸ δεήσει· καὶ ἐν Τριπτολέμῳ· χρῆσται δέ σ' ἐνθένδ' αὖτις. Cfr. Fr. A. Wolfius in Anal. litt. Vol. I. P. II. p. 456. et Reisigius in Syntagm. crit. p. 32.

V. 501 sq. Schol.: τοὐκεῖθεν ἄλσους· τὸ ἐκεῖθεν τοῦ ἄλσους τούτου· ἐὰν δέ τι τούτων ἀγνοῇς, παρά τινος τῶν ἐπιχωρίων τοῦτο μαθήσῃ. σπάνιν γάρ φησιν ἀντὶ τοῦ, εἴ τι τῆς εἰδήσεως ἀγνοεῖς περὶ τὸν τόπον. De locutione τὸ ἐκεῖθεν vide Matth. §. 283., de genitivo ab ἐκεῖθεν pendente eundem §. 324. 8. Nobis est τοὐκεῖθεν ἄλσους τοῦδε in diesem Haine dort.

ΙΣΜΗΝΗ.

χωροῖμ' ἂν εἰς τόδ'· Ἀντιγόνη, σὺ δ' ἐνθάδε
φύλασσε πατέρα τόνδε. τοῖς τεκοῦσι γὰρ
οὐδ' εἰ πονεῖ τις δεῖ πόνου μνήμην ἔχειν.

(στροφὴ α'.)

ΧΟΡΟΣ.

δεινὸν μὲν τὸ πάλαι κείμενον ἤ-
δη κακὸν, ὦ ξεῖν', ἐπεγείρειν·
ὅμως δ' ἔραμαι πυθέσθαι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τί τοῦτο;

ΧΟΡΟΣ.

τᾶς δειλαίας ἀπόρου φανείσας
ἀλγηδόνος, ᾧ ξυνέστας.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

μὴ πρὸς ξενίας ἀνοίξῃς

V. 510. Metri gratia Hermannus τᾶσδ' addidit ante ἀπόρου.

V. 513. τὰς σᾶς, πέπον, ἔργ' ἀναιδῆ. Sic ex coniectura Bothii et Dindorfii (Praef. ad poetas scen. gr. p. XIV.) scripsi. Libri τᾶς σᾶς. πέπονθ' ἔργ' ἀναιδῆ. Hermannus τὰς σᾶς. ἃ πέπονθ', ἀναιδῆ ex Reisigii coni. scripsit.

V. 503. Ἀντιγόνη, σὺ δ'] Sic Ai. 1409. παῖ, σὺ δέ. El. 150. ἰὼ παντλάμων Νιόβα, σὲ δ' ἔγωγε νέμω θεόν.

V. 504 sq. Schol.: τοῖς τεκοῦσι γάρ· ὅταν τις ὑπὲρ γονέων πονῇ, μὴ ἡγείσθω πόνον εἶναι τὸν κάματον. De dativo compara 1673. ᾧ τινι τὸν πολὺν — πόνον ἔμπεδον εἴχομεν.

V. 506 sqq. Schol.: δεινὸν μὲν τὸ πάλαι· τῆς Ἰσμήνης ἀποστάσης, ὁ χορὸς ἐρωτᾷ τὸν Οἰδίποδα, καί φησι τὸ ἐπεγείρειν μὲν καὶ ἀνακινεῖν τὰ πάλαι συμβάντα δυσχερές· ὅμως δὲ μαθεῖν ἐπιθυμῶ τὴν αἰτίαν τῆς πηρώσεως· καὶ ἔστι παθητικά. Καλλίμαχος· τί δάκρυον εὗδον ἐγείρεις;

V. 509. τί τοῦτο;] sc. ὃ βούλει πυθέσθαι.

V. 510 sq. τᾶς — ξυνέστας] Genitivus pendet a πυθέσθαι. Cfr. Matth. §. 349. not. 2. Tum ἄπορος ἀλγηδὼν idem fere atque ἀμήχανον ἄλγος El. 140., cui simile est νόσος ἀμήχανος Ant. 363., significat, i. e. inmedicabilem, infandum dolorem. Adde ἄπορα πάθη Phil. 854. — Porro de locutione ἀπόρου φανείσας dictum ad Philoct. 744. meae ed. Postremo ᾇ ξυνέστας eodem sensu dictum, quo ξυνεῖναι ἄλγει dicitur, de qua locutione monitum ad Philoct. 266 meae ed.

V. 512 sq. Schol.: μὴ πρὸς ξενίας· μὴ πρὸς τῆς σῆς ξενίας ἀναπτύξῃς μου τὰ ἀναιδῆ ἔργα.

V. 514 sq. τά τοι — ἀκοῦσαι] quae late dissipata est neque desinit dissi-

τᾶς σᾶς, πέπον, ἔργ' ἀναιδῆ.

ΧΟΡΟΣ.

τό τοι πολὺ καὶ μηδαμὰ λῆγον
χρῄζω, ξέν', ὀρθὸν ἄκουσμ' ἀκοῦσαι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὤ μοι.

ΧΟΡΟΣ.

στέρξον, ἱκετεύω.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

φεῦ, φεῦ.

ΧΟΡΟΣ.

πείθου· κἀγὼ γὰρ ὅσον σὺ προσχρῄζεις.

(ἀντιστροφὴ α'.)

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἤνεγκον κακότατ', ὦ ξένοι, ἤ-
νεγκον, ἑκὼν μέν, θεὸς ἴστω,

V. 516. Libri ἰώ μοι, quod primus correxit Hermannus.

V. 521. ἑκὼν scripsi cum Bothio et Dindorfio, quem vide in Praef. ad poett. sc. gr. p. XV. Libri ἄκων, quod ipsum Tryphon in Hom. Il. IV, 43. huic loco simillimo pro ἑκὼν olim restitui voluit. Hermannus ἄνων μὲν scripsit.

pari auditionem audire recte cupio. De πολὺ vide ad 301. meae ed.

V. 517. Schol.: στέρξον, ἱκετεύω· στέρξον ἃ λέγω· καὶ μὴ ἀποστραφῇς τὴν αἰτίαν εἰπεῖν, ὅ ἐστι, προσδέξαι με. Cfr. Philoct. 538. Trach. 992. Recte Reisigius: ergieb dich darein.

V. 519. κἀγὼ γάρ] scilicet πείθομαι.

V. 520. ἤνεγκον κακότατ'] Recte Doederlinus κακότητα φέρειν interpretatus est auctorem malorum sive calamitatum esse, nobis Unheil stiften, comparans Hom. Il. XII, 332. τοῦ γὰρ δὴ πρὸς πύργον ἴσαν κακότητα φέροντες. et Euen. ap. Stob. Flor. XLIX. p. 354. πρὸς σοφίᾳ μὲν ἔχειν τόλμαν μάλα σύμφορόν ἐστι, χωρὶς δὲ βλαβερὴ καὶ κακότητα φέρει.

V. 521 sq. ἑκὼν μὲν — οὐδέν] per oxymorum dicta haec hoc sensu: fui auctor malorum non coactus quidem, sed deum testor, nihil horum, quae mihi scelera obiiciuntur, lubens patravi. Quibus verbis hoc significat Oedipus: Non coactus quidem sum, ut Laium patrem occiderem et Iocasten matrem in matrimonium ducerem, quum et Laio cedere et Iocasten spernere possem; sed tamen non lubens haec feci, siquidem quod parricidium attinet, a Laio iniuria lacessitus fui, ut occiderem eum, et patrem meum esse

τούτων δ' αὐθαίρετον οὐδέν.

ΧΟΡΟΣ.

ἀλλ' ἐς τί;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

κακᾷ μ' εὐνᾷ πόλις οὐδὲν ἴδριν
γάμων ἐνέδησεν ἄτᾳ.

ΧΟΡΟΣ.

ἦ μητρόθεν, ὡς ἀκούω,
δυςώνυμα λέκτρ' ἐπλήσω;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὤ μοι, θάνατος μὲν τάδ' ἀκούειν,
ὦ ξεῖν'· αὗται δὲ δύ' ἐξ ἐμοῦ . .

V. 522. Hermannus metri causa ex coni. scripsit τούτων ἐθελητὸν οὐδέν.

V. 524. κακᾷ μ' εὐνᾷ primus Elmsleius ex Lb restituit; vulgo κακᾷ μὲν εὐνᾷ, ex quo Brunck., Hermann. aliique κακᾷ μ' ἐν εὐνᾷ fecerunt.

V. 527. Brunck. ex Paris. B. ἔπλησας edidit.

V. 529. Brunck. ὦ ξέν'. — Tum post ἐμοῦ Herm. ex coni.

ignoravi, ita ut patrem voluisse interficere dici nequeam; quod autem incestum attinet, Iocaste a civitate Thebana mihi data in coniugium est, quam nec dari mihi postulavi et matrem meam esse ignoravi, ita ut matrem voluisse ducere dici nequeam. — Simile est quod 539. dictum; *XO.* ἔρεξας. *OI.* οὐκ ἔρεξα. etc. Similiter etiam Hom. Il. IV, 43. καὶ γάρ ἐγώ σοι δῶκα ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ. et Eur. Iph. T. 512. φεύγω τρόπον γε δή τιν' οὐχ ἑκὼν ἑκών. Alia similis oxymori exempla attulit Wyttenbach. ad Plut. Vol. VI. p. 113. Verba θεὸς ἴστω, quum ad totam enuntiationem ἑκὼν μέν, τούτων δ' αὐθ. οὐδέν pertinerent, salva sententia interiici inter membra illa duo, quibus tota constat enuntiatio, potuerunt. Ceterum recte Neuius ad Ant. 184. „Valck. ad Phoen. 1671. et Reisig. Enarr. p. LXXXVII. suspicantur formula ἴστω Ζεὺς expressisse Tragicos morem Thebis, non Athenis receptum. Obstant Trach. 399. Eur. Andr. 37. Iph. T. 1046. Ducta est illa potius ex Homero, Il. σ, 36. τ, 258. Od. ε, 184. ξ, 158. ρ, 155. τ, 303. υ, 230."

V. 523. ἀλλ' ἐς τί;] quo vero spectant haec quae dicis? i. e. quomodo invitum te dicere potes scelera illa commisisse? Praepositionis εἰς ita usurpatae exempla attulit Matth. §. 578. p. 1145., qui tamen male ibi hunc locum interpretatus est sic; quousque progressus es?

V. 524 sq. κακᾷ μ' εὐνᾷ

ΧΟΡΟΣ.

πῶς φῄς;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

παῖδε, δύο δ' ἄτα

ΧΟΡΟΣ.

ὦ Ζεῦ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ματρὸς κοινᾶς ἀπέβλαστον ὠδῖνος.

(στροφὴ β'.)

ΧΟΡΟΣ.

αὗται γὰρ ἀπόγονοι τεαί;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

κοιναί γε πατρὸς ἀδελφεαί.

Elmsl. addidit μέν. Bothius ἐμεῖο scripsit.

V. 531. παῖδε cum Herm. ex coni. Elmsleii scripsi. Libri παῖδες.

V. 534 sq. Sic ex Hermanni coni. hos duo versus scripsi. Vulgo choro tribuuntur ambo sic scripti: σαί τ' ἄρ' εἰσ' ἀπόγονοί τε καὶ κοιναί γε πατρὸς ἀδελφεαί, nisi quod Triclin. libri αὐτὰρ εἰσίν, Par. B. αὐτ' ἄρ εἰσίν, Vat. αὐτ' ἄρ' εἰσίν habent.

— ἄτα] Recte Brunckius: nefario in toro civitas me inscium nuptiarum irretivit noxa. Confert Reisigius Hom. Il. β, 111. ι, 18. ἄτη ἐνέδησε βαρείη. et O. R. 826. γάμοις — μητρὸς ζυγῆναι.

V. 526 sq. ἢ μητρόθεν — ἐπλήσω] a matre, ut audivi, torum tuum infamem reddidisti? sive nonne eo, quod matrem recepisti in torum tuum (proprie quod matre implesti torum tuum) infamem eum reddidisti? De locutione praegnanti δυςώνυμα λέκτρα ἐπλήσω vide ad Philoct. 139 sq. et ad O. R. 65. — De μητρόθεν confer πατρόθεν 215 (211).

V. 528. θάνατος μὲν] Simillime Ai. 215. θανάτῳ γὰρ ἴσον πάθος ἐκπεύσει.

V. 529 — 533. αὗται δὲ — ὠδῖνος] hae vero, duae ex me filiae, sed duae noxae, matris communis editae sunt partu. Sic recte haec cum Brunckio interpretatus est Hermannus, addens: Nempe et ipsae labem originis gerunt, et patri, qui genuit, opprobria sunt.

V. 534. αὗται — τεαί] Quaeret quispiam, cur dicat Chorus, haecine igitur sunt filiae tuae? quum ei de ea re satis constet? Nempe non illa nescientis, sed stupentis interrogatio est, quae vim habet exclamationis. HERM.

V. 535. κοιναί γε] De κοιναὶ vide Ant. 1., de γε confer huius fab. 195 (191) et 479 (475).

ΧΟΡΟΣ.

ἰώ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἰὼ δῆτα μυρίων γ' ἐπιστροφαὶ κακῶν.

ΧΟΡΟΣ.

ἔπαθες

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἔπαθον ἄλαστ' ἔχειν.

ΧΟΡΟΣ.

ἔρεξας

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὐκ ἔρεξα.

ΧΟΡΟΣ.

τί γάρ;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἐδεξάμην
δῶρον, ὃ μήποτ' ἐγὼ ταλακάρδιος
ἐπωφέλησα πόλεος ἐξελέσθαι.

V. 536. Vulgo: ΟΙΔ. ἰώ. ΧΟ. ἰὼ δῆτα. ΟΙΔ. μυρίων ἐπιστροφαὶ κακῶν. In personis libri nonnihil variant. Brunckius

V. 536. Schol.: *ἐπιστροφαί*· συναθροίσεις, πλῆθος. Musgravius vortices, Doederlinus impetus coll. 1045. interpretatur.

V. 537 sq. *ἔπαθες — ἔρεξας*] Recte Hermannus: quod Chorus dicere in mente habet, hoc est: ἔπαθες ἄλαστα, ἔρεξας ἀνόσια. De sensu additi verbi ἔχειν vide ad 233 (227 sq.).

V. 538 sqq. *ἐδεξάμην — ἐξελέσθαι*] Vulgo ἐπωφέλησα pro ὤφελον accipiunt, quod nescio quo argumento defendi possit. Itaque ad Vig. p. 758. dixi haec sic intelligenda esse, ἐπωφέλησα τὴν πόλιν, ὥστε μήποτε αὐτῆς ἐξελέσθαι τοῦτο τὸ δῶρον. Accepi, inquit Oedipus, donum, uxorem dicit, quod ego ut nunquam a civitate debuerim accipere, ei profui, i. e. quod ut mihi non unquam daret civitas, merui, quum eam a

(ἀντιστροφὴ β'.)

ΧΟΡΟΣ.

δύστανε, τί γάρ; ἔθου φόνον

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τί τοῦτο; τί δ' ἐθέλεις μαθεῖν;

ΧΟΡΟΣ.

πατρός;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

παπαῖ, δευτέραν ἔπαισας ἐπὶ νόσῳ νόσον.

ΧΟΡΟΣ.

ἔκανες

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἔκανον. ἔχει δέ μοι

ΧΟΡΟΣ.

τί τοῦτο;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πρὸς δίκας τι.

ΧΟΡΟΣ.

τί γάρ;

primum ἰώ Oedipo dedit, cetera et verbum ἔπαθες choro. Ego secutus sum Hermannum.

Sphinge liberavi. HERM. Consentit Passovius Lex. Gr. voce ἐπωφελεῖν, dissentit Matth. Gr. Gr. T. I. p. 533., qui ἐπωφέλησα pro ὤφελον dictum accipit. De significatione verbi ἐξελέσθαι Neuius Passovium et Blomf. gloss. Agam. 927. conferri iubet.

V. 541. δύστανε etc.] Non cur occiderit patrem Oedipus, sed num occiderit, interrogat Chorus. Τί γὰρ refertur ad δύστανε, et idem fere est ac si dicas profecto. Vide ad Vig. p. 729. HERM.

V. 543. ἐπὶ νόσῳ νόσον] De voc. νόσος vulneris sive luctus significatum habente vide O. R. 61. Ant. 421., de ἐπὶ νόσῳ cfr. Matth. §. 586. p. 1167 extr.

V. 544 sq. ἔχει δέ μοι πρὸς δίκας τι] i. e. ἔστι δὲ τοῦτο ἔνδικόν τι, sive ἐγένετο δὲ τοῦτο σὺν δίκῃ τινί. Cfr. Matth. §. 590. 6. a.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἐγὼ φράσω.
καὶ γὰρ ἁλοὺς ἐφόνευσα καὶ ὤλεσα,
νόμῳ δὲ καθαρός, ἄϊδρις εἰς τόδ' ἦλθον.

ΧΟΡΟΣ.

καὶ μὴν ἄναξ ὅδ' ἡμὶν Αἰγέως γόνος,
Θησεὺς κατ' ὀμφὴν σὴν ἐφ' ἁστάλη πάρα.

ΘΗΣΕΥΣ.

Πολλῶν ἀκούων ἔν τε τῷ πάρος χρόνῳ
τὰς αἱματηρὰς ὀμμάτων διαφθορὰς
ἔγνωκά σ', ὦ παῖ Λαΐου, τὰ νῦν θ' ὁδοῖς

V. 546. Sic ex Hermanni coni. scripsi. Libri καὶ γὰρ ἄλλους ἐφόνευσα καὶ ἀπώλεσα. Brunckius ex Tyrwhitti coni. repugnante metro καὶ γὰρ ἀγνὼς ἐφόνευσα κἀπώλεσα scripsit.

V. 549. ἐφ' ἁστάλη ex coni. Dindorfii scripsi, quem vide in Praef. ad poett. scen. p. XV. Libri omnes ἀπεστάλη, quod Turne-

V. 546 sq. καὶ γὰρ ἁλοὺς ἐφόνευσα etc.] ἁλοὺς ἐφόνευσα dictum mihi videtur pro ἑάλων φονεύσας, ut sensus sit: aperte atque haud dubie necavi, confiteor caedem ac profiteor, sed ut lege purus (quia lacessitus ab illo), ita inscius (quia patrem ignorabam) patravi caedem. Ant. 491. χὤταν ἐν κακοῖσί τις ἁλοὺς, ἔπειτα τοῦτο καλλύνειν θέλει. — Tum φονεὺς καθαρὸς νόμῳ idem esse puto, quod ἄκων φονεύς, sive προπαθὼν καὶ ἀντιδράσας. Cfr. 274. Ita νόμῳ καθαρὸς homicidii, ἄϊδρις parricidii continet excusationem. DOED. Recte addit Hermannus, post ἁλοὺς mente μὲν addendum esse. De locutione εἰς τόδ' ἦλθον monuit Matth. §. 578. p. 1145. Simili metaphora huc venire usurpatum est a Cicerone ad Att. II, 17. nunquam huc venissent, nisi ad alias res pestiferas aditus sibi compararent.

V. 549. κατ' ὀμφὴν — πάρα] i. e. κατ' ὀμφὴν σὴν πάρεστιν ἐφ' ἃ (ἐπὶ ταῦτα, ἐφ' ἃ) ἐστάλη, secundum vocem tuam, i. e. invitatus a te adest ad ea perficienda, quorum perficiendorum causa arcessitus est. Apte contendit Dindorfius Eur. Bacch. 454. ἐφ' ὅπερ εἰς Θήβας πάρει.

V. 551. τὰς αἱμ. — διαφθ.] Recte monet Reisigius articulo famae celebritatem huius mali declarari. Ceterum confer Eur. Phoen. 877. αἵ θ' αἱματωποὶ δεργμάτων διαφθοραὶ θεῶν σόφισμα κἀπίδειξις Ἑλλάδι.

V. 554. σκευή τε — κάρα] Priori nomine vestitus, posteriori caput oculis privatum significatur, quod supra 286. τὸ δυςπρόςωπον κάρα appellatum. Similiter Philoct. 1377. τῷδε δυστήνῳ ποδί dictum.

V. 555. δηλοῦτον — ὃς εἶ] ostendunt nobis esse

ἐν ταῖσδ᾽ ἀκούων μᾶλλον ἐξεπίσταμαι.
σκευή τε γάρ σε καὶ τὸ δύστηνον κάρα
δηλοῦτον ἡμῖν ὄνθ᾽ ὃς εἶ, καί σ᾽ οἰκτίσας
θέλω ᾽περέσθαι, δύςμορ᾽ Οἰδίπου, τίνα
πόλεως ἐπέστης προςτροπὴν ἐμοῦ τ᾽ ἔχων
αὐτός τε χἠ σὴ δύςμορος παραστάτις.
δίδασκε. δεινὴν γάρ τιν᾽ ἂν πρᾶξιν τύχοις
λέξας, ὁποίας ἐξαφισταίμην ἐγώ.
ὡς οἶδά γ᾽, αὐτὸς ὡς ἐπαιδεύθην ξένος,
ὥςπερ σύ, χὤς τις πλεῖστ᾽ ἀνὴρ ἐπὶ ξένης
ἤθλησα κινδυνεύματ᾽ ἐν τὠμῷ κάρᾳ,

bus in ἀποσταλεὶς mutavit, quem secutus est Brunck. aliique. Hermannus ex coni. sua ὃς ἰσιάλῃ edidit.

V. 556. ᾽περέσθαι primus ex coni. restituit Reisigius. Libri vett. τι ἔρεσθαι, Triclin., quos secutus Brunck., σ᾽ ἐρέσθαι habent.

V. 562. Male Brunck. cum libris Triclin. χῶςτις.

te eum, qui es.

V. 556 sq. τίνα πόλεως — ἔχων] quid ab civitate meque supplex petens accesseris. Vide ad 50.

V. 559 sq. δεινὴν γάρ — ἐγώ] nimis magnum enim negotium dixeris, quod ego detrectem.

V. 561—563. ὡς οἶδά γ᾽ — ἐν τὠμῷ κάρᾳ] Constructio haec est: ὡς οἶδά γ᾽, ὡς αὐτὸς ξένος, ὥςπερ σύ, ἐπαιδεύθην, καὶ κινδυνεύματ᾽ ἐν τὠμῷ κάρᾳ ἤθλησα, ὡς τις πλεῖστα ἀνὴρ ἀθλήσας, nam ipse, bene memini, in peregrina terra, ut tu, educatus sum, et ut qui plurima pericula meo capite in peregrina terra sustinui. De αὐτὸς ὡς pro ὡς αὐτὸς confer 300., de ξένος Electr. 865. Brunckius comparat Virg. Aen. I, 628. me quoque per multos similis fortuna labores iactatam hac demum voluit consistere terra; non ignara mali miseris succurrere disco.

V. 562. ὥςπερ σύ] id est, ut recte Doederlinus interpretatur, ὡς σὺ νῦν ξένος εἶ. Theseus autem apud Pittheum Troezene educatus fuit.

Ibid. χὤς τις πλεῖστ᾽ ἀνὴρ etc.] i. e. ut qui plurima in peregrina terra adii pericula. Istud exaggerandi genus tum Latini frequentant formulis, ut qui maxime, vel ut quum maxime, tum Graeci in pervulgatis adeo, ἡ ἄριστον, ὡς τάχιστα, et ὡς τις ἄλλος. Cfr. Matth. §. 617. e. REISIG.

V. 562 sq. ἐπὶ ξένης etc.] Maxime quum primum Troezene in Atticam terrestri itinere proficisceretur, atque Herculis aemulatione incitatus latrones debellaret. Cfr. Plutarch. Thes. c. 7. REISIG. De locutione ἐν τὠμῷ κάρᾳ pro vulgari τὠμῷ κάρᾳ vide ad Philoct. 60., de κάρᾳ Matth. §. 166. not. 2.

ὥςτε ξένον γ' ἂν οὐδέν' ὄνθ', ὥςπερ σὺ νῦν,
ὑπεκτραποίμην μὴ οὐ συνεκσώζειν· ἐπεὶ
ἔξοιδ' ἀνὴρ ὤν, χὤτι τῆς ἐς αὔριον
οὐδὲν πλέον μοι σοῦ μέτεστιν ἡμέρας.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Θησεῦ, τὸ σὸν γενναῖον ἐν σμικρῷ λόγῳ
παρῆκεν, ὥςτε βραχέα μοι δεῖσθαι φράσαι.
σὺ γάρ μ' ὅς εἰμι, κἀφ' ὅτου πατρὸς γεγώς,
καὶ γῆς ὁποίας ἦλθον, εἰρηκὼς κυρεῖς·
ὥςτ' ἔστι μοι τὸ λοιπὸν οὐδὲν ἄλλο, πλὴν
εἰπεῖν ἃ χρῄζω, χὠ λόγος διοίχεται.

ΘΗΣΕΥΣ.

τοῦτ' αὐτὸ νῦν δίδασχ', ὅπως ἂν ἐκμάθω.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

δώσων ἱκάνω τοὐμὸν ἄθλιον δέμας
σοὶ δῶρον, οὐ σπουδαῖον εἰς ὄψιν· τὰ δὲ

V. 564. Hermannus ex plerisque codicibus οὐδὲν scripsit.
V. 570. Brunck. ex coni. κἀξ ὅτου.

V. 564. ὥςτε ξένον γ' ἂν οὐδέν' ὄνθ'] i. e. ὥςτε οὐδένα ἂν ξένον, ὄντα, ὥςπερ σὺ νῦν, etc. ut O. R. 1528. ὥςτε θνητὸν ὄντ' — μηδέν' ὀλβίζειν. De ὥςπερ vide Matth. §. 485.

V. 565. ὑπεκτραποίμην etc.] recusaverim, quominus etc. Cfr. Matth. §. 609. p. 1228.

V. 565 sq. ἐπεὶ — ὤν] nam hominem me natum esse scio. Ἀνὴρ pro ἄνθρωπος usurpatum etiam Ai. 77. Cfr. Herm. ad Vig. n. 66. p. 722. et Elmsl. ad Eur. Med. 658.

V. 566 sq. χὤτι τῆς — ἡμέρας] Bene Brunckius: nihiloque certiorem mihi esse quam tibi crastinae lucis usuram. De ἐς αὔριον vide Matth. §. 578. e., de σοῦ pro ἢ σοὶ posito eundem §. 454.

V. 568 sq. τὸ σὸν — φράσαι] Recte hunc locum Doederlinus interpretatus est. — Sensus hic est: clementia tua brevi oratione concessit, ut pauca opus habeam dicere, i. e. clementia tua, quam brevi oratione satis mihi ostendisti, factum est, ut omissa praefatione, qua supplices, antequam quid velint proferant, uti solent, pauca tantum tibi dicere opus sit. De τὸ γενναῖον vide ad Philoct. 1050. meae ed., de παρῆκεν Electr. 1482. ἀλλά μοι πάρες κἂν σμικρὸν εἰπεῖν., de ὥςτε Philoct. 901. et Herm. ad Vig. p. 949. Postremo statuendum Sophoclem aut δεῖσθαι pro δεῖν usurpasse, quae Doederlini sententia est, cui refragatur Hermannus, aut diversas structuras convenisse has: δέομαι βραχέων φράσαι et δεῖ μοι βραχέα φράσαι. De locutione δέομαι βραχέων φράσαι cfr. Xen. An. V, 4, 9.

κέρδη παρ' αὐτοῦ κρείσσον' ἢ μορφὴ καλή.

ΘΗΣΕΥΣ.

ποῖον δὲ κέρδος ἀξιοῖς ἥκειν φέρων;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

χρόνῳ μάθοις ἂν οὐχὶ τῷ παρόντι που.

ΘΗΣΕΥΣ.

ποίῳ γὰρ ἡ σὴ προςφορὰ δηλώσεται;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὅταν θάνω 'γώ, καὶ σύ μου ταφεὺς γένῃ.

ΘΗΣΕΥΣ.

τὰ λοίσθι' αἰτεῖ τοῦ βίου· τὰ δ' ἐν μέσῳ
ἢ λῆστιν ἴσχεις, ἢ δι' οὐδενὸς ποιεῖ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἐνταῦθα γάρ μοι κεῖνα συγκομίζεται.

V. 573. Brunck. ex aliquot codd. διέρχεται scripsit.

τί ἡμῶν δεήσεσθε χρήσασθαι; et VII, 3, 10. δέομαι ὑμῶν στρατεύεσθαι σὺν ἐμοί. et Schaef. ad Soph. El. 543.

V. 570. σὺ γάρ μ' ὅς εἰμι] i. e. σὺ γὰρ ὅς εἰμι ἐγώ. Cfr. Matth. §. 296.

V. 571. γῆς ὅπ. ἦλθον] De genitivo vide ad O. R. 142. et Matth. §. 354. ζ.

V. 573. χὠ λόγος διοίχεται] finita erit oratio mea, i. e. nihil reliquum erit quod addam. Vide adnotationem meam ad Eur. Suppl. 546. HERM.

V. 576. εἰς ὄψιν] quod adspectum attinet; cfr. Matth. §. 578. c.

V. 576 sq. τὰ δὲ — καλή] id est τὰ κέρδη παρ' αὐτοῦ μᾶλλον ἀγαθά ἐστιν ἢ καλὴ ἡ μορφή. Vide 796 (794). Nitzsch. ad Platon. Ion. p. 65. DOED.

V. 579. οὐχὶ τῷ παρόντι που] Sic infra 1549. πρόσθε πού ποτ' ἦσθ' ἐμόν.

V. 580. ποίῳ γὰρ etc.] i. e. quo enim temporis momento. — Προςφορὰ proprie est accessio, ut 1270 (1265), monente Reisigio, ergo κέρδος, emolumentum, hic. De δηλώσεται vide notam extr. ad Philoct. 48.

V. 582. τὰ λοίσθι' — βίου] scil. τὸ ἐμὲ ταφέα σου γενέσθαι.

V. 583. Schol.: ἢ λῆστιν ἴσχεις· τοῦ ζῆν ἢ ἐπιλέλησαι, ἢ οὐ φροντίζεις. De accusativo ex verbis λῆστιν ἴσχειν apto vide Matth. §. 421. n. 4., de locutione δι' οὐδενὸς ποιεῖσθαι eundem §. 580. b.

V. 584. Schol.: ἐνταῦθα γάρ μοι κεῖνα· διὰ τοῦ τέλους καὶ τὰ μέσα τοῦ βίου εὐτυχήσει· προςδοκῶν γὰρ σὺ ὠφεληθήσεσθαι παρ' ἐμοῦ, ὅταν ἀποθάνω, ζῶντά με γηροβοσκήσεις. Recte Iacobsius verba sic interpretatur: ἐνταῦθα, ἐν τῷ τα-

ΘΗΣΕΥΣ.

ἀλλ' ἐν βραχεῖ δὴ τήνδε μ' ἐξαιτεῖ χάριν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὅρα γε μήν· οὐ σμικρός, οὔκ, ἀγὼν ὅδε.

ΘΗΣΕΥΣ.

πότερα τὰ τῶν σῶν ἐκγόνων, ἢ 'μοῦ λέγεις;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

κεῖνοι κομίζειν κεῖσ' ἀναγκάζουσί με.

ΘΗΣΕΥΣ.

ἀλλ' εἰ θέλοντάς γ' οὐδὲ σοὶ φεύγειν καλόν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀλλ' οὐδ', ὅτ' αὐτὸς ἤθελον, παρίεσαν.

ΘΗΣΕΥΣ.

ὦ μῶρε, θυμὸς δ' ἐν κακοῖς οὐ ξύμφορον.

V. 589. θέλοντας γ' ex Reisigii coni. cum Hermanno scripsi. Brunckius edidit θέλοιέν γ'. Libri veteres θέλοντ' ἂν γ'. Par. B. T. Farn. θέλοιντ' ἂν Vat. Ven. θέλοιεν ἄν. edd. Triclin. θέλοιεν.

φῆναι ὑπὸ σοῦ, κἀκεῖνα ἔξω. De ἐνταῦθα, in illa sepultura, Reisigius conferri iubet Bastium in Epist. crit. p. 238. not. Adde O. R. 598.

V. 585. Schol.: βραχὺ δῶρόν με αἰτεῖς, τὸ ἐν Ἀθήναις θάψαι σε. Hermannus interpretatur: at in re levi positum a me petis hoc beneficium.

V. 586. οὐ σμικρὸς — ὅδε] Apte comparant Ai. 970. θεοῖς τέθνηκεν οὗτος, οὐ κείνοισιν, οὔ. Construe autem ἀγὼν cum οὐ σμικρός, non cum ὅδε. Nam hoc dicit: οὐ σμικρὸς ἀγών ἐστιν ὅδε, scilicet ὁ ἀγών. Aliter enim οὐ σμικρὸς οὐχ ἁγὼν ὅδε scriptum oportuisset. HERM.

V. 587. πότερα — λέγεις] Dixerat Oedipus: noli putare tam expedita haec mihi fore; non sine difficultate et discrimine mihi contingent quae modo flagitavi. Ad hoc respondens Theseus sciscitatur, utrum a filiis suis, an ab ipso Theseo impedimenta ista vaticinetur profectura esse. DOED. De locutione τὰ τῶν ἐκγόνων cfr. 351. τὰ τῆς διαίτης. 649. τὸ τοῦδέ γ' ἀνδρός. Electr. 261. τὰ μητρός. et Matth. §. 285.

Ibid. ἢ 'μοῦ] h. e. ἢ τἀμοῦ, ut 606. κἀκείνων. Cfr. Matth. ad Eur. Phoen. 473. DOED.

V. 588. κεῖνοι — με] Praesenti recte usus est qui non quid illi post aliquando, sed nunc agant dicere velit. Eo enim fine venerat Ismene, ut quae illi de reducendo Oedipo molirentur nuntiaret; vide 396 sqq. Quodsi addit poeta huic verbo infinitivum κομίζειν, non Theseum, sed universe eos intelligit, qui tradendi Oedipi potestatem habeant. Eo factum, ut accusativum omittere potuerit.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὅταν μάθῃς μου, νουθέτει· τὰ νῦν δ' ἔα.

ΘΗΣΕΥΣ.

δίδασκ'. ἄνευ γνώμης γὰρ οὔ με χρὴ λέγειν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πέπονθα, Θησεῦ, δεινὰ πρὸς κακοῖς κακά.

ΘΗΣΕΥΣ.

ἦ τὴν παλαιὰν ξυμφορὰν γένους ἐρεῖς;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὐ δῆτ'· ἐπεὶ πᾶς τοῦτό γ' Ἑλλήνων θροεῖ.

ΘΗΣΕΥΣ.

τί γὰρ τὸ μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον νοσεῖς;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὕτως ἔχει μοι. γῆς ἐμῆς ἀπηλάθην

V. 592. La *μάθῃς με*. quod minime damnem. Vide ad Vig. p. 893 sq. HERM.

Itaque sensus est: illi me reducere illuc iubent. Quod Latinis usitatius est per infinitivum passivi exprimi. HERM. Cfr. Xen. An. V, 7, 18. *καὶ τοὺς νεκροὺς κελεύειν αὐτοὺς θάπτειν λαβόντας τοὺς τούτου δεομένους.* ibid. §. 30. *τοὺς δὲ νεκρούς, οὓς πρόσθεν αὐτοὶ οἱ κατακανόντες ἐκέλευον θάπτειν, τούτους διεπράξαντο μηδὲ σὺν κηρυκίῳ ἔτι ἀσφαλὲς εἶναι ἀνελέσθαι.* Est autem *ἀναγκάζουσι*, quod posuit Sophocles, idem atque *κελεύουσι*. Sic infra v. 898. Adde Euripidis Hel. 427. Bacch. 469.

V. 589. *ἀλλ' εἰ — καλόν*] Recte Hermannus: quid autem si, quum te volunt recipere, ne tibi quidem decorum est exsulem esse.

V. 590. *ὅτ' αὐτὸς ἤθελον*] Haec verba quum opposita sint illis, quae Theseus dixit, *θέλοντάς γε*, i. e. eos, qui volunt te Thebis esse, sponte intelligitur, ad *ἤθελον* supplendum esse manere sive versari Thebis.

V. 591. *θυμὸς δ' — ξύμφορον*] Cfr. Phil. 1387. *ὦ 'τᾶν, διδάσκου μὴ θρασύνεσθαι κακοῖς.* De *δὲ* particula vide ad O. R. 374. meae ed., de locutione *θυμὸς ξύμφορον* Matth. §. 437.

V. 593. *ἄνευ γνώμης*] re non cognita. Simile est quod dixit Herodt. VI, 37. *ἦν δὲ ὁ Μιλτιάδης Κροίσῳ τῷ Λυδῷ ἐν γνώμῃ γεγονώς.*

V. 594. *δεινὰ — κακά*] Quae sint, ipse explicat Oedipus 598 sqq. *γῆς — πατροκτόνῳ.*

V. 595. *παλαιὰν — γένους*] parricidium dicit et incestum cum matre initum matrimonium.

V. 597. *τί γὰρ — νοσεῖς*] i. e. *τί γὰρ τὸ μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρ. ἐστιν, ὃ νοσεῖς;* cfr. Matth. §. 265. not.

πρὸς τῶν ἐμαυτοῦ σπερμάτων· ἔστιν δέ μοι
πάλιν κατελθεῖν μήποθ', ὡς πατροκτόνῳ.

ΘΗΣΕΥΣ.

πῶς δῆτά σ' ἂν πεμψαίαθ', ὥςτ' οἰκεῖν δίχα;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τὸ θεῖον αὐτοὺς ἐξαναγκάζει στόμα.

ΘΗΣΕΥΣ.

ποῖον πάθος δείσαντας ἐκ χρηστηρίων;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὅτι σφ' ἀνάγκη τῇδε πληγῆναι χθονί.

ΘΗΣΕΥΣ.

καὶ πῶς γένοιτ' ἂν τἀμὰ κἀκείνων πικρά;

V. 607. Brunckius *οὐδὲ μὴν θανεῖν* e Philostr. vit. Apoll. p. 353.

V. 616. Intactam reliqui librorum scripturam, quamvis manifesto vitiosam, *καλῶς τε πρὸς σέ*. Nam quod Brunckius scripsit, *καλῶς τὰ πρὸς σέ*, cui accessit Hermannus, *τὰ* in *τὸ* mutato, id nihilo melius est. Mihi nondum liquet, quid scriptum a Sophocle

V. 599 sq. *ἔστιν — μήποθ'*] Quod ad *ἔστιν* attinet, sic intellige: lege mihi constitutum est, nunquam ut reverti liceat. Verbi autem *κατέρχεσθαι* significatio, ab exsilio reditus, ab Aeschylo illustratur in Aristophanis Ranis 1165. Ita dictum *κάτειμι* in Agam. 1294. et *κατάγειν* ibid. 1638. Cfr. Valck. ad Eur. Phoen. 430. REIS. Adde Pors. ad Eur. Med. 1011. Ant. 200.

V. 601. *πῶς — δίχα*] quo igitur pacto te arcessant ea conditione, ut seorsim habites? i. e. sic, ut tamen fines eorum non ingrediare. De *ὥςτε* sic usurpato cfr. Xen. Anab. V, 6, 26. *ταῦτα δ' ἔλεγεν εἰδὼς ἃ Τιμασίωνι οἱ Ἡρακλεῶται καὶ οἱ Σινωπεῖς ἐπαγγέλλοιντο, ὥςτε ἐκπλεῖν.* Thucyd. IV, 37. *ἐκήρυξάν τε, εἰ βούλοιντο τὰ ὅπλα παραδοῦναι καὶ σφᾶς αὐτοὺς Ἀθηναίοις, ὥςτε βουλεῦσαι ὅ τι ἂν ἐκείνοις δοκῇ.*

V. 603. *ἐκ χρηστηρίων*] Reisigius: est secundum oracula, proprie: infortunium ab oraculo editum.

V. 604. Schol.: *τῇδε πληγῆναι χθονί· ἀντὶ τοῦ ὑπὸ ταύτης τῆς χθονὸς πληγῆναι.*

V. 605. *καὶ πῶς*] Sic O. R. 976. Adde huius fab. v. 73.

V. 606 sq. *μόναις οὐ — γῆρας*] Ant. 608. *ἀγήρῳ δὲ χρόνῳ δυνάστας κατέχεις (ὦ Ζεῦ) Ὀλύμπου μ. αἴγλαν.* Heller. laudat Iacobs. ad Anthol. XII. p. 215.

V. 608. *τὰ δ' ἄλλα — χρόνος*] De sententia vide Ai. 646 sqq. et 714.

V. 609. *ἰσχὺς γῆς — σώματος*] Reisigius cum his et orationis specie prorsus et

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ φίλτατ' Αἰγέως παῖ, μόνοις οὐ γίγνεται
θεοῖσι γῆρας, οὐδὲ κατθανεῖν ποτε·
τὰ δ' ἄλλα συγχεῖ πάνθ' ὁ παγκρατὴς χρόνος.
φθίνει μὲν ἰσχὺς γῆς, φθίνει δὲ σώματος·
θνήσκει δὲ πίστις, βλαστάνει δ' ἀπιστία.
καὶ πνεῦμα ταὐτὸν οὔποτ' οὔτ' ἐν ἀνδράσιν
φίλοις βέβηκεν, οὔτε πρὸς πόλιν πόλει.
τοῖς μὲν γὰρ ἤδη, τοῖς δ' ἐν ὑστέρῳ χρόνῳ
τὰ τερπνὰ πικρὰ γίγνεται, καὖθις φίλα.
καὶ ταῖσι Θήβαις εἰ τὰ νῦν εὐημερεῖ
καλῶς τε πρὸς σέ, μυρίας ὁ μυρίος
χρόνος τεκνοῦται νύκτας ἡμέρας τ' ἰών,
ἐν αἷς τὰ νῦν ξύμφωνα δεξιώματα
δόρει διασκεδῶσιν ἐκ σμικροῦ λόγου·

fuerit.

V. 619. Libri veteres *δορί*, Tricliniani, quos secutus est Brunckius, *ἐν δορί*. Recte Hermannus et hic et v. 1309. et v. 1381. meae ed. *δόρει* scribendum monuit ad Erfurdtii Aiac. ed. mai. p. 627 sq., apte in nota ad hunc locum adlato Choerobosco ad Theodosium in indice ad Bekkeri Anecd. p. 1364.: *τὸ σὺν δόρει καὶ σὺν*

sententiae ratione quodammodo congruere putat dicta in O. R. 25 sq. Ceterum opponit poeta *γῆν σώματι*, ut paullo post *πόλιν ἀνδράσιν*.

V. 611. *πνεῦμα*] de animo hoc dictum est ratione poetica, quemadmodum *Ἄρη πνέων*, et alia permulta huiuscemodi. REIS. De *βέβηκεν* vide quae ad v. 52. adnotavimus.

V. 614. *τὰ τερπνὰ — φίλα*] amicitiae dissolvuntur et rursus coniunguntur.

V. 615 sq. *καὶ ταῖσι Θήβαις — καλῶς τε πρὸς σέ*] Manifesto corruptus hic locus est. Sententia tamen quae esse debeat, non obscurum. Hoc enim fere Oedipum dixisse necesse est: Ac si nunc Thebani foedere et amicitia tecum iuncti sunt.

V. 617. *χρόνος — ἰών*] postera aetas. Eur. Phoen. 1637. *καὶ παρθενεύου τὴν ἰοῦσαν ἡμέραν μένουσα.* et huius fab. v. 1771. *ἰόντα φόνον.* DOED.

V. 618. *ἐν αἷς*] Simillime Ant. 1064 sqq. *ἀλλ' εὖ γέ τοι κάτισθι μὴ πολλοὺς ἔτι τρόχους ἁμιλλητῆρας ἡλίου τελῶν, ἐν οἷσι τῶν σῶν αὐτὸς ἐκ σπλάγχνων ἕνα νέκυν νεκρῶν ἀμοιβὸν ἀντιδοὺς ἔσει.*

Ibid. Schol.: *τὰ νῦν ξύμφωνα· οὔπω γὰρ ἦν ἔχθρα Θηβαίοις καὶ Ἀθηναίοις.* Verbis *τὰ ξύμφωνα δεξιώματα* hospitium amicitiamque, qua Thebani tum cum Atheniensibus coniuncti fuerint, significari puta.

V. 619. *ἐκ σμικροῦ λόγου*] levi praetextu. Vide Lob. ad Ai. 1255. et nos ad Philoct. 714.

ἵν' οὑμὸς εὕδων καὶ κεκρυμμένος νέκυς
ψυχρός ποτ' αὐτῶν θερμὸν αἷμα πίεται,
εἰ Ζεὺς ἔτι Ζεύς, χὠ Διὸς Φοῖβος σαφής.
ἀλλ' οὐ γὰρ αὐδᾶν ἡδὺ τἀκίνητ' ἔπη,
ἔα μ' ἐν οἷσιν ἠρξάμην, τὸ σὸν μόνον
πιστὸν φυλάσσων· κοὔποτ' Οἰδίπουν ἐρεῖς
ἀχρεῖον οἰκητῆρα δέξασθαι τόπων
τῶν ἐνθάδ', εἴπερ μὴ θεοὶ ψεύσουσί με.

ἀσπίδι, ὅπερ Ἀριστοφάνης παρεμφαίνει ἐν Εἰρήνῃ ἐν μώμῳ Σοφοκλέους προκείμενον, ὡς ἀπὸ τοῦ δόρος ἐστίν. Sed longius etiam progrediendum Hermanno fuisse iam olim in ed. Lips. ad hunc locum monui. Contendi enim Sophoclem nunquam dativi forma δορί, sed semper δόρει esse usum. Quod ut statuerem, his causis ductus sum. Primum Choerobosci testimonio cognitum habemus usurpatam a Sophocle formam δόρει esse. Confirmatur id testimonium tribus his quos dixi locis, in quibus, quod in libris veteribus legitur, δορὶ propter metrum, quodque a Triclinio illatum, ἐν δορὶ propter numeros trimetri Sophoclei probari nequit. Deinde quoties usus Sophocles dativo huius nominis est, posuit nomen in fine trimetri, ita ut nullus exstet locus, in quo forma δορὶ metri

V. 620. ἵνα] esse id ubi, quo loco, iam Heathius monuerat. Permirum est Schaefero eam particulam hic manifesto χρονικὴν visam esse. Illo in loco, ubi sepultus esset Oedipus, cladem accepturi erant Thebani. Vide v. 411. HERM. Hoc dicit: et quanquam nunc concordia tibi cum Thebanis intercedit, tamen veniet tempus, quo Thebani foedus, quo nunc tecum iuncti sunt, armis rumpent et in tumulo meo collocati gravissimam accipient cladem.

V. 622. χὠ Διὸς Φοῖβος] Comparat Neuius Ai. 401. 450. 952. Magis huc pertinet Philoct. 943. τὰ τόξα μου ἱερὰ λαβὼν τοῦ Ζηνὸς Ἡρακλέους ἔχει. Ceterum vide ad v. 793 (790).

Ibid. Schol.: σαφής· ἀντὶ τοῦ ἀληθής, ὡς καὶ Ὅμηρος (Il. δ, 404.)· ἐπιστάμενος σάφα εἰπεῖν. ἀντὶ τοῦ ἀληθῶς. Confer O. R. 390. et imprimis 1011.

V. 623. ἀλλ' οὐ γάρ] De usu ἀλλὰ γὰρ particularum vide ad Phil. 81. De τἀκίνητα, quae Schol. τὰ ἄῤῥητα interpretatur, vide Ant. 1060. ὄρσεις με τἀκίνητα διὰ φρενῶν φράσαι. et huius fab. v. 1526 (1511) ἃ δ' ἐξάγιστα μηδὲ κινεῖται λόγῳ.

V. 624 sq. ἔα μ' ἐν οἷσιν ἠρξάμην] sc. εἶναι, i. e. sine me consistere in iis, quae dicere coepi, i. e. sufficiat dixisse quae exponere coepi. — Tum τὸ σὸν πιστὸν idem est atque τὴν σὴν πίστιν. Vide Passov. sub voce πιστός b). De re vide v. 586 (585).

V. 627. εἴπερ μὴ θεοὶ ψεύσουσί με] nisi di facient, ut mendax videar. Cfr. quae ad v. 1497 meae ed. adnotata sunt.

V. 628 sq. ταῦτα καὶ τοιαῦτ' ἔπη γῇ τῇδ' — τελῶν] i. e. ut ipsius poetae verbis (v. 647 meae ed.) explicem, ταῦτα καὶ τοιαῦτα, ἅπερ φησί, ταύτῃ τῇ πόλει τελῶν. Est autem τελεῖν τί τινι, persolvere, praestare aliquid alicui.

ΧΟΡΟΣ.

ἄναξ, πάλαι καὶ ταῦτα καὶ τοιαῦτ' ἔπη
γῇ τῇδ' ὅδ' ἀνὴρ ὡς τελῶν ἐφαίνετο.

ΘΗΣΕΥΣ.

τίς δῆτ' ἂν ἀνδρὸς εὐμένειαν ἐκβάλοι
τοιοῦδ', ὅτῳ πρῶτον μὲν ἡ δορύξενος
κοινὴ παρ' ἡμῖν αἰέν ἐστιν ἑστία;
ἔπειτα δ' ἱκέτης δαιμόνων ἀφιγμένος

causa necessaria sit. Loci hi sunt: hac fab. v. 1304. Ai. 515. 764. 1056. 1270. Ant. 195. Trach. 240. 478. ed. Br. In his autem locis ambiguum esset, utram formam Sophocles usurpasse existimandus esset, nisi Ai. 1056. ex scriptura, a Scholiasta pro varia lectione memorata, ὡς ἐλοιδόρει, manifesto appareret antiquam scripturam ἔλοι δόρει fuisse. Illo autem in loco si, de quo dubitari nequit, invitis libris δόρει restituendum est, quid ceteris locis faciendum sit, sponte apparet.

V. 629. Brunckius ἀνὴρ ὅδ'.

V. 631. ὅτῳ cum Brunckio e Suida rescripsi. Libri ὅτου, quos secutus est Hermannus.

